

FLORES

# THEOLOGICARVM

QVÆSTIONVM IN

QVARTVM LIBRVM

SENTENTIARVM,

Collecti, & hac postrema editione diligenter  
summaq; industria perpolit.

A R. P. F. IOSEPHO ANGLÉS VA-  
lentino, ordinis Minorum regularis Observantia,  
Prouincia sancti Iacobi, & Sacrosanctæ Theo-  
logiæ professore, & dominarum monialium  
excalceatarum Madriti  
confessore.




## PARS SECVNDA.

*Eum appendice, nuper adiecta, atq; in extremo  
libri posita.*

MORI, ET NON

DVRARE




PERIRE.

LVGDVNÏ,

APVD HÆREDES CAROLI PESNOT.

M. D. LXXXV 11.





OS DON FRANCISCVS PE-  
REZ, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Ar-  
chiepiscopus Calaritanus & Episcopus V-  
nionum, Prior Sancti Saturnini, Primas Sar-  
dinia, & Corsicæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
vexillarius, & de consilio suæ Maiestatis: Cū-

Etis inspecturis attestamur, & notula facimus comparuisse co-  
ram nobis R. P. Sacræ Theologiæ professorum Fratrem Iose-  
phum Angles, & Seraphici Sancti Francisci Ordinis de Obser-  
uantia in presenti Sardinia Regno Commissarium Generalem,  
& exhibuisse nobis secundam partem libri ab eo collecti, & di-  
cti, & compositi denominati Flores Theologicarum questionū,  
viti, recogniti, & approbati ab eruditissima vniuersitate Com-  
plutensi de mandato Regij consilij Aragoniæ: & cum permisso  
examinatorum librorum imprimendorum ab Illus. D. Archiepi-  
scopo Valentino deputatorum pro illo excedendo. Quæ omnia  
nobis aperta fuerunt per publicas literas, & instrumenta in pri-  
ma parte impressa. Quibus existentibus fuit per nos commissa  
reuisio eiusdem libri R. Antonio Montano in Sacra Pagina Ma-  
gistro & Canonico nostræ Primatialis Ecclesiæ Calaritanæ &  
habita ab eo relatione, licentiam concessimus ipsam imprimē-  
di in præ senti Ciuitate, prout in nostris inde confectis literis  
plenius continetur. Cumque postmodum per eundem R. P.  
Fratrem Iosephum Angles simili modo fuisset petita facultas  
pro secunda eiusdem libri parte, & per nos commissa eidem  
magistro Antonio Montano illius reuisio, nobisque retulerit  
nihil in eadem secunda parte offendisse, quod bonis moribus,  
Sacræ Scripturæ, Oecumenicis Concilijs, aut Sacrosanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ præscriptum contraueniat, quin potius conde-  
cibilem, atque vsui Reipublicæ Christianæ maximo futurum.  
Idcirco quibusuis Impressoribus, seu Typographis harum vi-  
gore concedimus, vt libere, & licite ipsum librum euulgare, at-  
que imprimere possint, & euulgatum, atque impressum distri-  
buere obstaculis, & prohibitionibus cessantibus quibuscunque.  
In quorum testimonium præsentis nostra manu subscriptas,  
& sigillo roboratas per Notarium & Secretarium intra  
scriptū expediendas decernimus Dat. Calari, in Palatio  
nostro Archiepiscopali, Die XXVIII. mensis

Januarij, Anno à Nat. Domini.

M. D. LXXVI.

\* \* \*

F. Archiepiscopus Calaritanus.  
Aa z Antonius

Antonius Montanus Canonicus Calaritanus.

*Illust. & Reuerendissi. Dominus meus Archiepiscopus  
Calaritanus, mandauit mihi Aug. Stino  
Sabater Not. & Secret.*

Locus.

Sigilli.

*Registrata.*

CONCORDANT IMPRESSA,  
CVM ORIGINALI.

Idem Antonius Montanus.

FLORES.

FLORES.  
 QVÆSTIONIS DE  
 CLAVIBVS.

QVAESTIO DE CLAVIBVS.

DD. De hac quæstione disputant dist. 18. & 19. Alex. Alen. quæstione. 15 & 70 S. Thom in additionibus à q. 17. vsque ad 2. Tutrecren. lib. 1. summæ Eccle. à cap. 93. usque ad finem lib. & libro 2. Victoria in duabus prælectionibus circa hanc materiam.

*Art. I. An sint in Ecclesia claves regni cælorum.*



**I**N statu innocentie fuisset aliqua potestas spiritualis, si genus humanum in illo perseverasset. Quia tunc fuisset Ecclesia multo perfectior & de ratione Ecclesie est, ut sint in ea diuersa officia: nam ut in triumphante quidam Angeli sunt aliis in potestate superiores, alioqui enim non esset Ecclesia.

*Alexan. A. en. quæst. 79. m. 1. 2. & 3. S. Th. 1. 17. arti. 1. 2. reliqui d.*

CONCLUSIO.

In statu legis nature à lapsu primi parentis vsque ad legem scriptam tunc potestas spiritualis, habent spiritualem iurisdictionem in subditos coercendi, & amouendi illos à peccatis propter eorundem spirituale bonum. Hæc conclusio eadem ratione, qua proxima confirmatur. Fuit enim tunc Ecclesia iustorum Noe, I. Abrahæ, Iacob, & cæterorum Patriarcharum, quos Ecclesia connumerat. Fuitque Sacerdotium Melchisedech.

*18. D. B. ar. 1. q. 1. ad 2. R. ar. 1. q. 1. 2. & 3.*

CONCLUSIO.

Tempore legis scriptæ fuit potestas aliqua spiritualis, cui sub pœna mortalis peccati subditi obedire tenebantur. Constat Deut. 17. vbi de Sacerdotibus illius generis dicitur, qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis, morietur

*Deut. 17.*

homo ille. Qua quidem poena, nisi propter mortale peccatum, plectebatur nemo.

CONCLUSIO.

Clavis  
pud.

Non tamē in Lege naturali, vel scripta penes aliquam spiri-  
tualem potestatem claves regni cœlorum fuerunt. Clavis enim  
est potestas ligandi, atque solvendi, qua iudex Ecclesiasticus di-  
gnos recipere, & indignos à regno cœlorum excludere debet,  
per quam quidem & peccata remittuntur, & gratia confertur, vt  
in Extratrag. de verb. significatione cōstat. Qua potestate sacer-  
dotes veteris legis caruerunt, vt. B. Pau. multis in locis auctor  
est, vt ad Rom. & ad Gal. ex operibus legis non iustificatur &c.  
Et rursus, si per legem iustitia, &c. Et ad Hæbr. de sacrificiis le-  
gis veteris loquens ait, sanguis hircorum coinquinatos sancti-  
ficat ad emundationem carnis, idest, ab irregularitatibus con-  
tractis propter ceremoniarum transgressionem.

Rom. 3.  
Gal. 2.  
Hebr. 9.

A. P.  
P. E. N.

Hinc colligitur, sacrificia illa virtute propria regnum cœlo-  
rum non aperuisse, & per consequens Sacerdotes veteris legis  
claves regni cœlorum non habuisse. Remittebantur tamen tunc  
peccata virtute contritionis sine ordine ad aliquod sacramen-  
tum, idest, sine sacramento in re, vel in voto.

CONCLUSIO.

Ioan. 20.

Christus Iesus Apostolis claves regni cœlorum dedit, il-  
losque totius orbis Episcopos instituit, & auctoritatem ab-  
soluendi, quemlibet Christianum virtute sacramenti pœ-  
nitentiæ, & ligandi virtute excommunicationis tradidit. Pa-  
ter Ioannis 20. sicut misit me pater, & ego mitto vos. &c.  
Christus autem missus est à patre non solum ad prædican-  
dum, verum etiam ad peccata auctoritative remittenda, vt  
quando dixit paralytico: Remittuntur tibi peccata tua. Qua-  
re eodem modo misit Apostolos, conferens illis tanquam iu-  
dicibus, & ministris potestatem remittendi peccata: ita &  
ministri certo possunt denuntiare pœnitentibus peccata sibi  
remissa esse, &c.

CONCLUSIO.

Clavis potestas ad tria se extendit, nempe ad peccato-  
rum remissionem virtute pœnitentiæ faciendam, ad ligandum,  
& soluen-

& soluendum in foro exteriori, ad Diuinam Scripturam authoritatiue interpretandam. Et ratio est, quia clauium potestas est aperiendi, & claudendi regnum cœlorum, quod quidem regnum trifariam sumitur. 1. pro Ecclesia triumphante. A diebus Ioannis regnum cœlorum vim patitur. 2. pro militante. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, &c. Et 3. Pro Scriptura Sacra. Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Sicut D. Hic, exposuit, quamobrem potestas clauium extendet se ad aperiendum Ecclesiam triumphantem virtute sacramenti pœnitentiæ, & ad claudendam militantem excommunicando, vel aperiendam ab excommunicatione absolueno, & tandem ad obligandum homines ad certam diuinæ scripturæ intelligentiam. *Matt. 17. 10. 11. 21. Mat. 21.*

Ex prima potestate sequitur, nullum esse peccatum, quod virtute pœnitentiæ remitti non possit: quia sine limitatione Apostolis dictum est, Quorum remiseritis peccata &c. Et rursus, Quęcunque ligaueritis &c. *Ioan. 20.*

Secundo sequitur, posse Ecclesiam instituire sacramentalia, quorum virtute venialia peccata remittantur. quia cum venialia peccata non sint ex præcepto confitenda, & Ecclesia omne genus peccati remittere possit, poterit profecto extra cōfessionem sacramentale aliquod instituire, quo authoritatiue ex opere operato venialia condonentur. *A P. E. N.*

Ex potestate admitendi, & excludendi ab Ecclesia militante colligitur, Posse Rom. Pont. condere leges obligantes transgressores virtute obedientiæ, vel excommunicationis ad gehennam. Dicitur enim Beato Petro, Tibi dabo claves regni cœlorum, idest, Ecclesiæ militantis. Quodcunque ligaueris super terram, &c. *A P. E. N.*

Inde etiam infertur, Posse Papam hac potestate sibi à Christo super totam Ecclesiam militantem tradita, idest, in foro exteriori dispensare in his etiam, quę sunt iuris Diuini, vel potius, si maais, ius ipsum declarare, aut interpretari, legitima tamen causa interueniente. Vt in voto, & alijs. *A P. E. N.*

Ex tertia potestate dependet posse Rom. Pont. Concilium congregare, & Concilium rite congregatum authoritatiue Diuinam Scripturam interpretari, & leges obligantes transgressores ad mortale peccatum condere posse. *A P. E. N.*

## CONCLYSIQ.

Eandem potestatem, quam Apostoli in Primitiua Ecclesia habue-

habuerunt, habet modo Rom. Pont. habebitque vsque ad seculi consummationem.

*Mat. 28. 19. 20.* *Rel. y prof.* Hæc Conclusio à Doctoribus probatur ex illo loco. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et ad Ephe. hos Beatus Paulus, de Ecclesia verba faciens, ait. Christum dedisse quosdam Apostolos, quosdam autem Prophas, &c. in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. vbi aperissime testatur, Ecclesiasticum ministerium vsque ad consummationem sæculi esse duraturum.

*Hæresis.* Hinc confutatur error Nouatianorum, & Lutheranorum affirmantium: claves Apostolis non fuisse datas ad remittenda peccata, sed ad prædicandum Euangelium.

*Ar. 2. an.*

*Diffic. I. Fueruntne Claves datae Apostolis ante resurrectionem, an post?*

*Ar. 9. 79*

*Ar. 10. 6.*

*6. S. o. di.*

*19. qu. 1.*

*Ioan. 20.*

*Mat. 18.*

*Luca. 22.*

*Ioan. 20.*

Tres sunt opiniones. Prima Armachani lib. 1. cap. 14. & 15. de Quæstionibus Armenorum asserentis, Claves iussu Apostolis traditas multo ante Iesu mortem. Secunda, & opposita est communis, tenens post resurrectionem fuisse datas. Tertia est Magistri Victoria in relectione de potestate Ecclesiæ, qui docet, diuersis temporibus traditas fuisse, quia diuersa est Ecclesiastica potestas. Nam potestatem in foro exteriori condendi leges, & ligandi per excommunicationem, & obedientiam, acceperunt quando omnibus simul dixit: Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram &c. Potestatem vero super corpus Christi verum, Quando dixit Iesus in cœna, hoc facite in meam commemorationem. Et tandem potestatem remittendi peccata in foro conscientiæ post resurrectionem, quando Ioan. 20. dixit: Accipite Spiritum Sanctum, &c.

### CONCLUSIO.

Ex Euangelio minime constat ante resurrectionem in foro exteriori Apostolis fuisse traditas Claves. Nam locis in tertia opinione citatis, solum pollicetur Christus se claves traditurum, loquitur enim per verba futuri temporis.

*APPB.*

*Rom. 3.*

Hinc aperissime colligitur Ecclesiam habere Claves, nam Deus verax est in promissionibus, ait enim Beatus Paulus: Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? absit.

CON-

DE CLAVIBVS.  
CONCLUSIO.

Apostoli potestatem consecrandi Eucharistiam in Cœna acceperunt dicente Christo, hoc facite in meam commemorationem. Ratio est, quia pronomen (hoc) demonstrat omnia, quæ Christus, tunc fecit, & cum ipse ibi consecrauerit, potestatem consecrandi prœculdubio illis tradidit. Luc. 22.  
1. Cor. 11.

CONCLUSIO.

Claves in utroque foro fuerunt Apostolis traditæ, quando dixit Christus, Accipite Spiritum Sanctum &c. Ratio est, quoniam illis verbis, remissionem, & retentionem peccatorum sine limitatione, quantum ad utrumque forum concessit. Ioan. 20.

Beato Matthiæ fuit concessa plena potestas quando fuit electus Apostolus, & B. Tho quando erat absens, fueruntque aliis traditæ Ioan. 20. Hæc est opinio patris à Castro verb. Sacerdotium. Hæresis 1. Ioan. 20.

II. *Diffic. An Apostoli habuerint immediate à Christo respectu omnium Christianorum, in utroque foro iurisdictionem, & utrumque Beato Petro in illa æquales?*

Alexan.  
A. in ibi.  
C. m. 8.

Tres sunt opiniones. Prima est Turrecrem. lib. 2. summæ Ecclesiasticæ cap. 765. Potestatem Episcopalem, quam ad excommunicandos subditos, ad Ecclesiam gubernandam accepit Beatus Petrus à Christo, eam ipse aliis communicauit, sicut & modo Papa Episcopis exteriorem iurisdictionem communicat. Secunda opinio, quam refert Caietan. tractatu de Authoritate Papæ, & Concilij, cap. 1. tenet, omnes Apostolos fuisse Beato Petro æquales in potestate quo ad utrumque forum, & illam immediate à Christo Domino recepisse. Tertia opinio media est, & explicabitur conclusionibus positis.

CONCLUSIO.

B. Petrus, & cæteri Apostoli fuerunt Episcopi totius orbis à Christo Iesu constituti. Patet, quoniam quod Christus promisit B. Petro, idem omnino & cæteris Apostolis pollicitus est, & quod B. Petro contulit dicens, Pisce oues meas, idem omnino omnibus simul concessit dicens: Accipite Spiritum Sanctum &c.

QVÆSTIO.  
CONCLUSIO.

Hæc authoritas alijs Apostolis collata non erat Ordinaria sed delegata, & hoc solum cæteri Apostoli à B. Petro, differebant, quamuis esset illorum pastor Ratio est, quia potestas ordinaria datur officio, & dignitati, & transit ad successores.

CONCLUSIO.

Si comparemus B. Petri & aliorum Apostolorum potestatem ad gubernationem omnium credentium, tantam alijs Apostoli habuerunt potestatem, quantam B. Petrus habuit, ita quod poterant quemlibet Christianum totius orbis, sicut modo Rom. Pont. excommunicare, & in qualibet Ecclesia Episcopos, & Sacerdotes creare. Ratio est, quia omnis potestas B. Petro promissa & tradita, fuit etiam cæteris Apostolis collata, & hoc sine personarum, loci, vel fori discrimine.

Ioan. 20.

CONCLUSIO.

Si comparemus reliquos Apostolos B. Petro maiorem ille habuit potestatem. Ratio est, quia erat pastor omnium Christianorum ut constat Ioan. 20. Pasce oues meas &c. ita etiam Pastor aliorum Apostolorum, & Sanctissimæ Virginis, & per consequens erat illorum pater, & illis superior.

Hinc sequitur prima differentia, potestas B. Petri, quia erat ordinaria, erat enim Christi Vicarius, & ita dicitur regiminis potestas, aliorum vero delegata, quæ executiua nominatur. Vnde 2. ad Corint. 5. Legatione pro Christo fungimur. Et ad Eph. vi. Legatione fungor &c.

Cæteri Apostoli solum habebant potestatem super alios Christianos: non super se inuicem: at vero B. Petrus habuit potestatem super omnes Apostolos.

Potestas B. Petri quia ordinaria, transit ad omnes eius successores, quoniam habet potestatem super vniuersum orbem. Apostolorum autem successores, nempe episcopi non habent similem potestatem, quia erat delegata, & talis potestas finitur vel finita persona vel ad placitum superioris legantis.

Tertia Diffic. An Christus habuerit Clauem?

CONCLUSIO.

Habuit authoritatiue vt Deus, & excellentiæ vt homo. habuit enim potestatem aperiendi, & claudendi regnum.

Quarta

*Quarta Dis. An claves sint pœnes Sacerdotes Euan-  
gelicos tantum.*

Ale. Alz

q. 79. m.

7. ar. 1.

Dux sunt opiniones. Prima Gersonis in tractatu de Eccle-  
siastica potestate, & Almayn in tractatu de comparatione Papæ  
& Concilij, c. 6. affirmantium, potestatem iurisdictionis esse in  
tota Ecclesia, adhuc sensum, quod, vt olim reges, quando per  
electionem constituebantur, à toto regno eligente regiam po-  
testatem accipiebant, ita nunc Papa accipit potestatem à Car-  
dinalibus qui nomine totius Ecclesiæ illum eligunt, & ipse dat  
illam Episcopis, & aliis Sacerdotibus. Altera opinio est Turre-  
cren lib. 2. c. 71. & in sequentibus, & Caieta. de potestate Papæ,  
hi tenent Papam habere immediate potestatem à Christo, &  
non ab Ecclesia, quam ipse dat Episcopis, & aliis Sacerdotibus.  
Eligitur, inquit, à Cardinalibus nomine Episcoporum tantum,  
& non totius Ecclesiæ. Christus autem sic à Cardinalibus ele-  
cto dat potestatem in vtroque foro.

S. Tho. q.

19. ar. 2.

Scot. d.

19. q. 1.

Dura. d.

18. q. 1.

Ale. Ale.

q. 79. m.

8. Ric. d.

29. a. 1. q.

1. &amp; 2. S.

Thom q.

19. ar. 1.

3. &amp; 4.

Bona. ar.

1. Sco. ea.

d. &amp; Du.

q. 1. ibid.

## CONCLUSIO.

Hæreticum est affirmare characterem ordinis ad consecran-  
dum esse pœnes omnes Christianos. Definita est expresse in  
Conc. Trid. Sess. 7. Cano. 10.

## CONCLUSIO.

Non est pœnes Ecclesiam potestas ligandi, atq; soluendi, vel  
iurisdictionis potestas, ita vt Papa, & alij Prælati iurisdictionem  
ab Ecclesia recipiant, sed immediate à Christo. Ratio est, quia  
Christus non dedit illam Ecclesiæ, sed Petro & aliis Apostolis.  
Vt patet Ioan. vlt. Pasce oues meas. Et alibi: Accipite Spiritum  
Sanctum. Quare non erit hæc potestas nisi tantum pœnes Sa-  
cerdotes.

Ioan. vlt.

Ioan. 20.

## CONCLUSIO.

Papa habet authoritatem immediate à Christo in vtroque  
foro. Ratio est, quia cum non habeat illam ab Ecclesia, vt modo  
diximus, à Christo profecto habebit.

## CONCLUSIO.

Episcopi autem, & alij Sacerdotes habent à Papa iurisdic-  
tionem. Nam vt supra diximus, potest Episcopos, & alios Sacer-  
dotes deponere.

Contra hanc veritatem surrexit maledictus Lutherus dicens,  
omnes Christianos esse Sacerdotes. Quam hæresim copiosissi-  
me confutat Pater à Castro verbo Sacerdotium. hæresi, 1.

Hæresi.

P. Dis.

V. Dif. An Claves quoad iurisdictionem in foro exteriori  
possint infirmitas esse?

## CONCLUSIO.

S. T. q. 19

ar. 3. d. B.

d. 2. ar.

1. q. 1. ad

2. reliquit

di. 19. R.

q. 1. ubi su

pra.

Nulla fœmina potest habere iurisdictionem spiritualem. Nô enim potest excommunicare. Vt constat in c. Dilecta. de maio. ritate, & obedientia. neque est capax potestatis absoluendi, & ligandi in foro conscientia, vt constat ex cap. Noua de pœnitentiis, & remissionibus.

## CONCLUSIO.

Non est iure Diuino prohibitum, ne fœmina possit habere iurisdictionem spiritualem in foro exteriori.

Hæc conclusio est Glossæ in cap. Dilecta citato, & Innocentij ibidem. Ratio est, quia laicus absque vilo ordine potest habere iurisdictionem spiritualem. Potest enim iure Ecclesiastico non Presbyteris competere, vt Episcopis nondum ordinatis.

## CONCLUSIO.

Abbatissa potest suis præceptis moniales sibi subditas obligare, quemadmodum ciuilis potestas, ita vt ratione iniusticia, aut publici nocumenti, transgressiones eius præcepta venialiter, aut mortaliter, secundum quantitatem nocumenti peccent. V. g. si præ nimia literarum frequentia monialis aliqua in periculo peccandi constitueretur, præciperetque illi Abbatissa in virtute Sanctæ obedientia, ne literas scriberet, scribendo mortaliter peccaret. Ratio est, quia potestas politica ratione nocumenti obligat transgressores legum ad M. Propter inobedientiam. Hæc conclusio sequitur ex præcedentibus, quia cum non prohibeantur iure Diuino habere spiritualem iurisdictionem, poterit Papa in hoc ex legitima causa dispensare.

Alexan.

A. e. q. 80.

m. 3. ar. 2.

§. 1. S. Th.

q. 27. art.

1. R. d. 8

ar. 1. q. 4.

d. 19.

ar. 1. q. 3.

D. B. d. 19

ar. 3. q. 1.

D. Du. q.

2.

VI. Dif. An quilibet Sacerdos virtute Clauium possit quemlibet pœnitentem absoluer.

## CONCLUSIO.

Sacerdos non recipit in sua consecratione, potestatem iurisdictionis, ita vt quemlibet possit absoluer. Quia si hoc ratione characteris competeret, quamuis prohiberetur audire confessiones, si tamen de facto audiret, & absolueret, valeret absolutio, quemadmodum degradatus de facto consecraret, quia character Sacerdotalis est indelebilis. Et ita sequeretur. Omnes Sacerdotes esse æquales Papæ in iurisdictione, & non posse alium quem

quem casum illis reseruar, Quæ omnia sunt erronea.

## CONCLUSIO.

Sacerdos sua consecratione, ordinis tantum potestatem recipit. Ratio est, quia accipit characterem, qui est potestas spiritalis conficiendi corpus Christi, & administrandi sacramenta. est enim potestas ordinis potentia remota administrandi sacramentum pœnitentiæ, quæ reducitur ad actum per materiæ, id est, subditorum applicationem.

Circa hanc veritatem Catholicam, quæ est communis Theologorum sententia, erravit Armachanus in quæstionibus Armenorum, qui tenuit contra primam conclusionem, & Abulensis etiam, sed dixit ligari ab Ecclesia, ne possit illa in quemlibet uti. Vide Patrem de Castro libro 1. de iusta Hæreticorum punitione cap. 2.

Art. II. An virtute clauium Sacerdos proprie dicatur culpam remittere, & gratiam conferre?

Duæ sunt opiniones. Prima negans Magist. dist. 28. quem sequuntur antiqui DD. Alex. Bon. Ricar. Gabr. eadem distinct. Cõtraria opinio fuit Tho. Sco. eadem dist. quos sequitur Adrianus q. 2. de Clauibus, s. virtute huius sacramenti à Sacerdote ministerialiter gratiam conferri, & culpam remitti.

Ale. Alē.  
q. 80. m.  
1. S. Tho.  
q. 8. D.  
Bon. d.  
18. toto  
ar. 2. Ri.  
ar. 2. q. 1.  
Da q. 2.  
O Sco. d.  
18.

## CONCLUSIO.

Contritus accedens ad sacramentum pœnitentiæ, verè & remissionem peccatorum, & gratiæ augmentum consequitur. Ratio est, quod sensus abolutionis est, Ergo impendo, quantum est ex parte mea, conferoque tibi abolutionis sacramentum, per quod, nisi posueris obicem, tibi peccata remittentur, & de lege non remittit Deus peccata, quin conferat gratiam.

## CONCLUSIO.

Attritus cum ignorantia vincibili, vel culpabili, vel suæ attritionis conscius, virtute huius sacramenti peccatorum remissionem minime consequitur. Ratio est, quoniam est præceptum contritionis, à quo per ignorantiam culpabilem, vel quando est conscius suæ attritionis non excusatur, atque ita peccat mortaliter non habendo illam, & ex consequenti ponit obicem sacramentum.

ramento, quamuis per illud peccata sibi remittantur.

### CONCLUSIO.

Attrito cum ignorantia inuincibili suæ attritionis confert Sacerdos ministerialiter virtutē huius sacramenti primam gratiam. Patet ex Conc. Flor. dicente, effectum huius sacramenti esse peccatorū remissionem. Quamobrem vetē Sacerdos illud applicando remittit peccata, & ex consequenti primam gratiam confert.

### CONCLUSIO.

Solus Deus remittit peccata principaliter. Ratio est, quia solus virtutē propria remittit, & solus est vitæ, & mortis Dominus. Causa enim principalis est, quæ virtutē propria, & non aliena operatur.

*Ale. Alē.*

*Prima Dif. An Sacerdos virtute clauium possit pœnam temporalem pro peccatis debitam remittere?*

*9. 83. m.*

*5. D. Bō.*

*5. Tb. Ri.*

Communis est Doctorum sententia d. 1. & est tamen opinio Durandi eadem dist. virtute clauium remitti non amplius, quā ubi supr. quartam partem pœnæ.

### CONCLUSIO.

Virtute huius sacramenti aliqua pars pœnæ pro iam dimissis soluendæ ex opere operato remittitur. Ratio est, quia cum Sacerdos virtute clauium habeat potestatem ligandi ad pœnā, habebit etiam remittendi illam. Clavis enim ad ligandum, & ad soluendam se extendit.

### CONCLUSIO.

Virtute clauium non omnis pœna in purgatorio infligenda, sed minima remittitur. Patet, quia cum ex opere operato non detur nisi minima gratia, non remittetur profecto nisi minima pœna. Non enim est maior ratio de vno quam de alio.

### CONCLUSIO.

Tanta potest esse contritio, vt omnis pœna temporalis remittatur. Per contritionem enim non solum pro pœna æterna, sed etiam pro temporali satisfacimus.

*II. Dif. An Sacerdos virtute clauium possit pœnitentem compellere ad penitentiam acceptandam?*

Tres sunt opiniones. Prima Scoti. distinct. 18. & 19. qui tenet non obligari, nisi semel illam accepauerit, & Gabrielis distinct.

16. q. 12. dub. 1. & 5. Syluest. verbo confessio 1. parag. 27. & 28. *Ri. d. 18.*  
 Secunda est Caietani tractatu de satisfactione quæst. 2. dicentis, *art. 1. q. 5.*  
 nec teneri ad illam acceptandam, nec acceptam adimplere. Ter- *D. Bo. q.*  
 tia est D. Tho. & Ric. & Magistri dist. 16. & aliorum multorum, *10. 8. T.*  
 qui affirmant teneri ad acceptandam pœnitentiam sub pœna *47. 4. 76.*  
 mortalis peccati. *supra.*

CONCLUSIO.

Tenenda est Richard. & D. Th. opinio. Ratio est, quia clavis non solum data est ad absolvendum, verum etiam ad ligandum pœnitentem, & cum pœnitens iudicio sacerdotis quoad absolutionem a peccatis subijciatur, subijcietur quoque quantum ad ligationem ad aliquam pœnam.

*III. Diffic. An Sacerdos possit quicunque pœnitentiam quam vult imponere suo arbitrio imponere.*

CONCLUSIO.

Non potest, neque debet. Ratio est, quia non oportet, ut pœnitens satisfaciat pro tota pœna debita per pœnitentiam a confessore iniunctam, alioquin enim frustra esset purgatorium.

Vnde si pœnitentia esset intolerabilis, pœnitens non tenetur obedire.

A P P E.

*Dubium. An Sacerdos debeat imponere aliquam pœnitentiam sub consilio?*

V. g. dicens pœnitenti, si volueris poteris hæc, aut illa præstare in remissionem pœnæ debite pro peccatis.

CONCLUSIO.

Recte facit imponendo. Ratio est, quia talis pœnitentia propter consilium sacerdotis est magis meritoria, quam si ex sola mera voluntate illam efficeret. Hoc S. Tho. approbat, Paludanus, Syluester, & alij faciendum esse admonent.

*Alex. Alē. qu. 80. m.*

*III. Diffic. An Sacerdos virtute clauium possit per quamlibet pœnitentiam reddere totam pœnam in purgatorio luendam?*

*3. arti. 1. 2. S. T. 7. 18. arti.*

Vera est Scoti opinio d. 18. quæst. 2. dicentis, iudiciū sacerdotis non consistere in aliquo indiuisibili, ut per eum tota pœna purgatorii remittatur. Sed habet quæstio latitudinem: ut in alijs contractibus. Nam si sacerdos imponat plures dies pœnitentia, quam sint a Deo taxati tota pœna purgatorii redimitur, atque etiam si pauciores, quia Deus promior est ad miserandum, quam ad puniendum.

*vl. Cano. in relectio ne de pœnitentia. prope finē. Syl. verbo cōf. 9. 28.*

CON-

Aut Sacerdos imponit pœnitentiã intra latitudinem iustã, aut citra aut vltra, si primum, redimetur tota pœna purgatorij vt acutissimè probant rationes Scoti. Si secundum, non tota pœna sed pro rata remittetur, residuum vero in purgatorio soluetur, quia quando clavis errat, non acceptatur in cœlo Sacerdotis sententia. Si tertium, quod relinquitur, thesauro indulgentiarum applicatur.

## CONCLUSIO.

Optimum erit consilium si Sacerdos imponat pœnitentiã, vt indulgentias aliquas lucretur, quia per illas pœna purgatorij redimetur.

*V. Diffic. An Sacerdos possit pœnitentiã ab alio impositã relaxare.*

Vide Syluest. verb. confessio. 6. vigesimo septimo. Distinguendum est. Si pœnitentiã fuerit iusta, superior audita confessione, in qua fuit talis pœnitentiã iniuncta, poterit illam relaxare, nõ autem poterit Sacerdos æqualis, quia par in parem non habet imperium: Si verò fuerit iniusta poterit tunc, quicumque confessor relaxare illam, iterum audiendo confessionem. hæc de clauibus.

## FLORES

QVÆSTIONIS DE INDVLT-  
GENTIS.

Lege Alexan. Alen. 4. parte quæst. 83. Caiet. in tractatu indulgentiarum. DD. d. 20. Sanct. Thom. quæst. 25. 6. & 7. Adria. in 4. in materia de indulgentijs. Eckius in Enchiridio cap. 24. Summistæ verbo indulgentiæ, & pater à Castro verbo Indulgentiæ. contra Hæreses.

*Art. I. An Ecclesia habeat potestatem concedendi indulgentias.*

## CONCLUSIO.

**H**ereticum est asserere, Ecclesiam non posse indulgentias concedere Definita est in multis Cõcilijs: in Cõstantiensi contra Ioannem Vvicleff, in Lateranensi, vbi præscribitur Abbatibus, & Episcopis modus elargiendi indulgentias, & numerus dierum. Et habetur in cap. cum ex eo. De pœnitentijs & remissionibus, & in Concilio Trident. Sess. 21. cap. 9. & Sess. 25. in decreto de indulgentijs.

*D Bo. ar.*

*1. q. 2. Rt.*

*ar. 3. Dn.*

*quæst. 3.*

*Prima diffic. Quid est indulgentia.*

Varie sunt indulgentiæ definitiones, de sententia tamen cõ-  
muni ita definitur.

## CONCLVIO.

Remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccato actuali iam  
dimisso, concessa existenti in gratia data à nempe papa vel a-  
liis id potestatis ab eo habentibus Prælato Ecclesiæ de thesau-  
ro Ecclesiæ propter rationabilem causam. Ex hac descriptione  
multæ colliguntur appendices.

Prima ex illa voce (remissio) infertur, indulgentiam non esse  
tantum condonationem thesauri Ecclesiæ (vt ait Syluest. verbo  
indulgentia §. 2.) sed esse pœnæ remissionem virtute illius the-  
sauri. vnde in Extrauag. Vnigenitus. indulgentia remissio nomi-  
natur. A P-  
P E N.

Ex particula (pro actuali iam dimisso) sequitur, indul-  
gentiam non concedi pro originali, cui solum respondetur pœ-  
na damni, indulgentia enim remissio pœnæ sensus est. A P-  
P E N.

Ex particula (iam dimisso) colligitur, pro culpa indimissa ne-  
minem indulgentias lucrari: quia illi debetur pœna æterna, quæ  
per indulgentias non remittitur. A P-  
P E N.

Ex particula (existenti in gratia) sequitur, indulgentiam non  
prodesse existenti in mortali, passio siquidem Christi, cuius vir-  
tute indulgentia conceditur, viuis membris, & non mortuis ap-  
plicatur. A P-  
P E N.

Ex particula (à Prælato Ecclesiæ) colligitur, neminem à non  
suo Prælato posse consequi indulgentias. A P-  
P E N.

Ex particula (propter rationabilem causam) concluditur, in-  
dulgentiam absque causa cõcessam non valere quantum sonat,  
de qua re infra. A P-  
P E N.

Ex vltima particula (de thesauris Ecclesiæ) fit consequens in-  
dulgentiam esse quandam satisfactionem ex alienis operibus  
pœnalibus, vt si soluturo debitum Imperator, siue Rex tribue-  
ret ex ærario publico vnde posset soluere, ita Papa dispensat per  
indulgentias de Thesauris Ecclesiæ, vt Deo satisfaciamus.

*Secunda dif. quantum valeant indulgentiæ?*

Lege Alexandrum, Ric. Palud. vbi supra duas proponentes  
opiniones. Glo. in c. quod autem. de pœnitentiis, & rē. vbi quin-  
que opiniones referuntur. Prima opinio dicit valere quoad Deū,  
non tamē quoad Ecclesiam vt leuius puniatur, id est indulgentia  
non liberat hominem à pœnitentia iniuncta, aut iniungenda,  
neque à totali pœna purgatorij, valent tamen, vt leuius illas  
obtenentes in purgatorio torqueantur. Secunda opinio, indul-  
gentia non liberat nisi à residua pœnitentia, quando scilicet,  
peccato S. Tho. q.  
2, ar. 1.  
D. B. ar.  
1 que. 6.  
R. ar. 3.  
q. 1 ad 2.  
D. 1. 4.

peccatori secundum iudicium Dei non fuit sufficiens satisfactio imposita. Tertia opinio, scilicet, indulgentiæ valent ad remissionem pœnæ temporalis. Hac tamen lege, vt obtinens illam, tantam eleemosynam, totasque preces effundat, vt æquivalent pœnitentiæ in hac vita, vel in purgatorio soluenda.

Quarta opinio est, indulgentiæ solum valent ad relaxationem pœnitentiæ negligenter commissæ. Quinta opinio, Indulgentiæ tantam liberant à præcepto Ecclesiæ, non autem à pœna in purgatorio infligenda. Sexta opinio est Caieta. in tractatu ad Iulium Cardinalem, vbi ait, quod licet Papa possit concedere indulgentias, liberantes à pœnitentis iniungendis, & à tali pœnitentia peccatorum, tamen non liberabit nisi à pœnitentis iniunctis peccatorum, tam quoad Deum, quam quoad Ecclesiã. Ultima opinio est, Indulgentiæ tantum pœnæ temporalis relaxant, quantum fuit expressè per Indulgentias concessum, ita vt si annus concedatur, pœna in purgatorio luenda vnus anni remittatur. siquidem ex voluntate papæ tempus earum est longum vel breue. Innocentij est in cap. Quod autem & Adrian quomodo, de Indulgen. ibi. Sed potest vltterius: §. si quis dubitat.

## CONCLUSIO.

Indulgentia non est absolutio à pœna luenda in purgatorio, sed est illius pœnæ recompensatio. v. g. Ioannes erat in purgatorio per annum passurus, & recompensat illam pœnam per alienas passiones, Christi, s. & sanctorum, quas Papa Thesauri Ecclesiæ dispensator illi per indulgentias applicat. Et ratio est, quia absolutio est gratuita remissio, & virtute indulgentiarum gratis pœna purgatorij non remittitur, constat, quemadmodum si quis satisfaciat creditori per alienam pecuniam quamobrem erit recompensatio, & non absolutio.

## CONCLUSIO.

Indulgentiæ tantum pœnæ temporalis relaxant, quantum fuit expressè per illas concessum. Hæc conclusio est definita, in Extrauagan. Vnigenitus vbi legitur Papam posse virtute thesauri Ecclesiæ, aut totalem, aut partialem pœnam temporalem pro peccatis luendam relaxare.

*Tertia dis. An qui consequitur indulgentias pœnitentiam iniunctam adimplere teneatur?*

De hac disputat glosa in cap. Quod autem. de pœn. & remiss. quam

quam omnes Canonistæ sequitur, cui non contradicunt Theologi.

## CONCLUSIO.

Qui consequitur indulgentias non tenetur præcepto aliquo poenitentiam adimplere. Patet, in cap. i i. ex eo de poenit. & remiss. ubi dicitur, per Indulgentias enervari poenitentias iniunctas, quæ si non relaxarentur, non enervarentur. Tum etiam, quia quod erat per poenitentiam satisfaciendum per indulgentias satisfacimus, & ut aliqui tenent melius, quia indulgentiæ clarius comparantur iniunctis poenitentis, ergo efficacius operantur, adde quod frustra fit per plura quod equè bene fieri potest per pauciora. Intelligitur Conclusio de Indulgentiis concessis generaliter, vel specialiter de poenitentis tantum iniunctis.

## CONCLUSIO.

Cuicumque obtinenti indulgentias consulendum est, ut poenitentiam iniunctam adimpleat. Ratio est, quia opera poenalia, & sunt satisfactoria, si existant in gratia poenitentes, & mædantur peccatori extenuando vitia. At vero indulgentiæ solum sunt satisfactoriæ.

*Quarta diffi. An quando conceditur indulgentia hac forma, Concedimus annum poenitentia iniuncta, intelligatur de pena respondente in purgatorio, An de satisfactione respondente pena in hac vita?*

De hac differit Adrianus ubi supra, notabili, sed ex hoc petes ulterius. Et cum illo respondeo: tantum valent illæ Indulgentiæ, quantum valeret poenitentia acta per annum in hac vita. Hinc collige aliquot Appendices.

Amplior est indulgentia, quæ conceditur sub hac forma, Concedimus vnum annum poenitentia iniungendæ, quam sub hac, remittimus vnum annum purgatorij. Ratio est, quia magis satisfacimus per opera poenalia exhibita in hac vita.

Secundo Indulgentiæ, quæ communiter conceduntur in forma communi nulla habita ratione ad poenitentias iniunctas, ut quando dicitur, Concedimus Quadraginta dies indulgentiarum remissionis peccatorum. incertum est, an æquivalent Poenitentia luenda in purgatorio, an poenitentia in hac vita agendæ. Ratio est, quia huiusmodi valor pendet ex intentione concedentis, quæ in bulla non exprimitur.

*Quinta diffi. Quidnam significat illa clausula, Concedimus indulgentiam vnam plamariam?*

Nota indulgentiam aliquando dici plenam, aliquando plenioram, quandoque plenissimam. Plena est, quando dimittitur omnis poena pro mortalibus dimissis luenda, siue

fit pœnitentia ibiuncta, siue non. Plenior, quando remittitur pœna pro mortalibus, & venialibus soluenda. Plenissima verò cõceditur non solum pro pœna, verum etiam pro culpa venialium. Verum cum in via Scot. remissio venialium sit solutio pœnæ, idem erit plenior, & plenissima. At vero in via Palud. & Thomistarum tenentium ad deletionem venialis requiri aliquam virtuales pœnitentiam, vltra indulgentiam plenissimam necessariam: illa erit ad venialium deletionem, sed iam supra diximus, quomodo scoti opinio, sit eadem cum Sancti Thomæ opinione.

Ric. 3.  
q. 2. Ad.  
vbi supra  
not. sed.

Sexta dif. An eadem Indulgentia valeat magis v-  
ni, quam alteri?

### CONCLUSIO.

Quando Indulgentia conceditur generaliter absque determinatione causæ, vt si Papa dicat, elargientibus eleemosynam B. Anton. ad constituendam Basilicam conceduntur indulgentiæ Quadraginta dierum, tunc qui plus erogauerit: ampliorem consequetur indulgentiam quantum ad intentionem, sed omnes æqualem quantum ad extensionem. Ita exponunt Ric. Adrian. Antonius, & Patet, per Extrauagantem Antiquorum, vbi Bonifacius V ait, Vnusquisque plus merebitur, & efficacius Indulgentiam assequetur, qui Basilicam Petri, & Pauli amplius, & deuotius frequentauerit.

A. P.  
P. E. N. Hinc, si duo homines æque diuites, vnus elargiatur decem, alius viginti, singuli consequentur Quadraginta dies indulgentiarum, id est, singulis Quadraginta dies pœnarum remittentur: sed elargienti viginti valebunt illi Quadraginta dies, ac si duplo satisfecisset, et si plus satisfacit, non erit virtute indulgentiarum. Notanter dicitur, æque diuites, quia potest contingere, vt pluris faciat Deus eleemosynam vnus oboli à paupere datâ, quam 10 aureorum datam à diuite, vt patet de eleemosyna Viduæ pauperulæ.

Lucæ 21.

### CONCLUSIO.

Quando indulgentia habet causam determinatam, vt quando dicitur, qui audierit missam Corporis Christi, consequetur Quadraginta dies indulgentiarum tantum, qui deuotius audierit, non ampliorem consequetur indulgentiam, quam qui minus deuotè audierit, quamuis plus gratiæ mereatur, non tamen virtute indulgentiarum plures dies remittentur vni, quam alteri. Ratio est, quia Indulgentia non proportionatur labori, aut deuotioni, sed meritis Christi iuxta voluntatem dispensantis, & cum dispensans non velit applicare nisi Quadraginta dies

dies, siue fit magna, siue parua deuotio, non plus profecto indulgentiarum intensiue, aut extensiue, vnus, quam alius consequeretur.

In vtraque Conclusionem consideranda est intentio dispensantis, ita quod, si intentio sit, vt omnes sufficienter deuoti, & valde deuoti æqualiter indulgentiam consequantur, non plus consequitur vnus, quam alius. quia eius animus seu intentio æquè se habet ad omnes. Si vero sit intentio, vt deuotius accedens, siue deuotius laborans consequatur indulgentias labori, & deuotioni respondentes, tunc plus, aut deuotius laborans plures indulgentias lucrabitur. Ratio est, quia Papa, qui est Thesauri Ecclesiæ dispensator rationabili causa existente poterit cui voluerit, indulgentias impartiri. Vide Adria. cuius sunt hæc quomodo de indulgen. notabili, sed probabili dubio. §. ex his omnibus.

*Septima diffi. Quidnam significat illa clausula,  
à culpa, & pœna.*

## CONCLUSIO.

Hæc clausula ortum habuit ab Extrauaganti, Antiquorum. Vbi Bonifacius V. ait, visitanti Basilicam Apostolorum concedimus plenissimam indulgentiam, & veniam omnium peccatorum suorum.

## CONCLUSIO.

Virtute indulgentiarum remissionem culpæ consequitur nemo. Pater, Quia Indulgentiæ præsupponunt culpam dimissam, vt definitur in extrauaganti. Vnigenitus. Et in Extrauaganti Antiquorum. Non enim nisi contritis, & confessis conceduntur.

## CONCLUSIO.

Hæc clausula significat consequenti Indulgentias remissionem peccatorum quantum ad culpam, & pœnam dari, diuersis tamen conditionibus. Quia culpæ remissionem obtinebit virtute contritionis, pœnæ autem virtute indulgentiarum.

*Ar. II. Quibus meritis Thesaurus indulgentiarum aggregantur?*

## CONCLUSIO.

Sancti multa opera satisfactoria fecerunt, quibus ipsi ad satisfaciendum non indigebant, vel quia peccato carebant, cuius ratione temporaliter essent puniendi, vel quia pro peccatis dimissis plura opera satisfactoria, quam debebat Deo, obtulerunt. Iob 7. vtinam appenderentur peccata mea in statera, & calamitas, quam patior, quasi arena maris multo grauior appareret. Quo loco maiores pœnas passum fuisse Iob, Spiritus Sanctus

docet, quam eius peccata mercebantur. Confirmatur exemplo sanctissimæ Virginis, in qua nefandissimum est, culpam investigare, & B. Ioan. Bapt. & aliorum sanctorum, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. Nam B. Virgo quanta passa est sine peccato? & alij Sancti quot opera satisfactoria ultra debita præstiterunt.

## CONCLUSIO.

Ecclesiæ Thesaurus ex superabundantia meritorum Christi aliorumque sanctorum aggregatur. Definita est in Extravaganti. Unigenitus, & multis locis Sacræ Scripturæ confirmatur. Vide Castrum. Verb. Indul.

## CONCLUSIO.

Ecclesiæ Thesaurus non conflatur ex operibus sanctorum, quatenus sunt gratiæ & gloriæ meritoria, sed ut sunt satisfactoria. Ratio est, quia Papa non dat indulgentias ad gratiæ augmentum, sed ad pœnæ remissionem.

## CONCLUSIO.

Sancti hoc animo expresso, aut virtuali, opera satisfactoria supererogationis exhibuerunt, ut nobis in remissionem pœnæ temporalis applicarentur. Patet ad Colossen. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, & Christianorum (ut B. Tho. declarat) in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesiæ.

## CONCLUSIO.

Papa applicare, & dispensare Christi, & Sanctorum opera, quæ quantum ad satisfactionem non sunt à Deo remunerata, in satisfactionem pro alienis peccatis potest. Vnus enim & Ecclesiæ autoritas confirmat, & D. Paul. dicens, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores, &c. & ca. 9. dispensatio mihi credita, &c.

Vide Caieta. in tractatu de Thesauris indulgentiarum. In hac difficultate refutantur Hæretici præsertim Lutherani, quorum initium fuit contemptus indulgentiarum, & Catholici, Ioan. de Mayro. d. 19. & Dur. d. 20. affirmantes, quod licet Papa possit indulgentias concedere, non tamen Thesaurus indulgentiarum meritis sanctorum nititur. Est tamen hæc opinio condemnata in Extravagante Unigenitus.

\* I. Diffic. An requiratur sufficiens causa ad dandas indulgentias?

Dux sunt opiniones, Prima affirmat Papam peccare, si absque

Alexan.  
Alen qu.  
& 3. m. 4.  
7.

Mayro. et  
Dur. in.  
cantè l-  
gendi.

absque vlla causa aliquem plenissime absoluat poenitentem tamen, si fuerit recte dispositus consequi remissionem ita vt si tunc S. Th. qu. moriatur in coelum migabit. Palud. est q. 3. ar. 1. vbi supra, & 2. ar. 3. Mayro. opinio est contra Extrauagantem. Vnigenitus. Vide. A. D. B. d. drianum de Indulgentiis, notabili, sed probabili dubio. Secunda 2. q. 4. opinio est opposita, quam refert Caiet. tenens causam rationabilem concessionis indulgentiarum debere esse aequivalentem supra. S. indulgentiis. responde ad primis

CONCLUSIO.

Vt indulgentia valeant sufficiens causa in obtinente indulgentias desideratur. Ratio est, quia in his quae sunt iuris Diuini non potest Papa absque rationabili causa dispensare, vel commutare, vt in voto, & iuramento, & pati poenam temporalem pro peccatis dimissis, de iure Diuino est. S. Thom. 2. 2. q. 66. ar. vl. ad 2.

CONCLUSIO.

Sufficiens, & rationabilis causa indulgentiarum erit quantitati ipsarum commensuranda, ita vt maior indulgentia maiore causa indigeat. Definita est Conclusio in ca. ex ca. de poenit & remissio. & in Extrauagante. Vnigenitus. D. Bo. q. vl. ad vl. Ad. 8. ex his d. co.

Hinc. Indulgentiae, quae minima de causa conferuntur non tantum valent quantum sonant, quia non commensuratur causa quantitanti indulgentiarum. A P. P. E. N.

*Secunda dis. Huiusmodi indulgentiae valebuntne saltem aliquid.*

CONCLUSIO.

Valebunt quidem secundum proportionem causae, quia indulgentia debet causae proportionari.

Hinc, melius erit recitare orationem, ob quam conceditur indulgentia, quia saltem valebit iuxta proportionem causae. A P. P. E. N.

Hinc, communis sententia, qua dicuntur Indulgentiae valere quantum sonant intelligenda est, si causa sufficiens interueniat, alioqui iuxta causae sufficientiam valebunt. A P. P. E. N.

CONCLUSIO.

Rom. Pont. indulgentias concedere non potest nisi causam concessionis honori sanctorum, & Christi Iesu applicet, aut in publicos & pios vsus referat, debet enim elemosynam, ob quam indulgentia plenaria conceditur, applicate, vel ad aedificandam alicuius Sancti Basilicam, vel in fauore fidei, ad redemptionem scilicet captiuorum, expugnandamue Mahometicam sectam, vel in publicam vtilitatem, scilicet, vt persona publica, v. g. Romanus Pont. recte Eccle-

siam gubernet, vel vt hospitale aliquod ædificetur, quæ pia causa est.

A P. Hinc, non poterunt indulgentiæ applicari ad ædificandam  
P E N. arcem regiam, vel ad erigendos ciuitatis alicuius muros. Ratio est, quia quamuis sint publica ædificia, non sunt pia. Nam vsus pius est, quando aliquid ex operibus misericordiæ corporalis interuenit, quale opus est mortuos sepelire infirmos visitare, &c.

Adr. &  
Cate. ubi  
supra.

*Tertia diffic. An requiratur in recipiẽte indulgentias alia dispositio à gratia.*

PROPOSITIO.

Existenti in gratia, qui parum, aut nihil curat operibus pœnalibus pœnam purgatorij redimere, non profunt indulgentiæ, quod quidẽ verissimũ esse cõstat. Ratio illius est, quia qui sibi nõ opẽ fert, auxilio, & ope amicorum indignus esse censetur.

A P. Hinc, vt quis indulgentias consequatur: Primum desideratur  
P E N. animus paratus ad satisfaciendum Deo, vel per se, vel per aliud  
2. deuotio, scilicet, reuerentia, & intenta voluntas placandi Deũ per sanctorum merita, ne tam intendere debet pœnam redimere, quam Deum placare, & illi satisfacere.

Magister Soto tenet contrariam opinionem, ex cuius sententia fit Conclusio. Proderunt & illi indulgentiæ. Ratio est, quia iure amicitia tenetur amicus amici quoque defectus supplere.

II I I. *diffic. An tempore, quo quis elargitur eleemosynam assignatam pro indulgentia, sit necessarium, vt in gratia existat, An tempore quo plenarie absoluitur?*

Similis quæstio est de Iubileo v. g. datur Iubileus omnibus peregrinis, si per 15. dies visitauerint Basilicam Apostolorum, si peregrinus in medio itineris in mortali existat visitando postea Ecclesias consequeturne indulgentias?

Dæ sunt opiniones. Prima est B. Antonini in 2. p. titulo. 2. c. 3. §. 5. versiculo. Qui rite tenentis non esse necessarium, vt operans sit in gratia tempore, quo fit opus ad indulgentiam consequendam. Secunda opinio, est Caiet. tractatu de indulgen. quem videtur sequi Adrian. q. sed probali dubio, versiculo necessarium, &c.

CONCLUSIO.

Si opus consequendi indulgentias est causa immediata, ita, vt tempore, quo fit opus indulgentia concedatur: necessarium est operantem in gratia existere. Patet ex forma concessionis, dicitur enim in diplomate, & in Extratraganti

maganti Antiquorum Qui pœnitens fuerit & visitauerit Basilicam Petri, & Pauli, indulgentias consequatur, & in hoc sensu est vera Caie. opinio.

## CONCLUSIO.

Quando opus non est immediata causa, & propinquas concedendi indulgentias, non est necessarium opus in gratia fieri, ut si dicatur in bulla, qui duos argenteos elargitus fuerit semel in vita & in mortis articulo plenariam absolutionem omnium peccatorum consequatur. Ratio est, quia ex tenore bullæ non colligitur, ut tempore, quo Christianus duos argenteos tribuerit, sit in gratia. Cum igitur Rom. Ponti. non concedat bullam sub hac forma, talis lex non erit ponenda, & in Extrauaganti. Antiquorum. expressè definitur; veraque est opinio B. Antonini in hoc sensu.

## CONCLUSIO.

Etsi ad consequendas indulgentias, quæ in bulla continentur tempore receptionis status gratiæ non requiratur, nihilominus tamen, ut actus sit moraliter, bonus desideratur. Bulla enim non debet pro opere malo, quale est opus moraliter malum concedi, habenti enim propositum peccandi mortaliter, nempe, quia volo peccare deinceps illam accipio (nam si dicat, si forte peccauerim, actus prudentiæ est, oppositum, scilicet, non peccabo, esset temerarium) bulla suffragari non debet, vel sumentis illam ob quæstoris importunitatem, siue ob gloriam vanam, siue alia sinistra intentione, quæ bonitatem moralem ab opere auferat.

Hinc, consulendum est omnibus Christi fidelibus, ut tempore, quo recipiant bullam cum proposito confitendi conterantur quod efficere tenentur Bullarum promulgatores.

## CONCLUSIO.

Etiamsi existens in mortali non possit sibi indulgentias consequi, nihilominus tamen poterit alteri illas consequi, si in bulla expressè contineatur. Ratio est, quia, ut potest aliquis consequi indulgentias per ministrum peccatorem eleemosynam elargiendo, ita potest applicare indulgentias alicui existenti in gratia, quamuis erogans eleemosynam sit in M. Eleemosyna enim erogata à peccatore pro anima existente in purgatorio, est satisfactoria auctore Caie. ubi supra in solutione ad ult. quamuis opus positum huius conclusionis teneatur.

V. Diffic. An eleemosyna pro bulla Cruciate oblata sit sufficiens causa comparandi omnes illas indulgentias.

Alexan.  
A en. 9.

Q V Æ S T I O.  
C O N C L U S I O.

§ 3. m. 7. Est quidem sufficiens causa ad consequendas omnes indul-  
S. Th. 9. gentias in illo diplomate contentas. Confirmatur, quia diplo-  
25. ar. 3. ma conceditur toti Hispaniæ, & omnibus regnis Inuictissimi  
Regis nostri Philippi pro ingenti Thesaurò, qui explicatione  
diplomatis ad expugnandos Turcas aggregatur, & cum tantus  
Thesaurus non possit ab vno offerri, hac de causa omnibus,  
qui partem illius Thesauri soluerint conceditur. Quemadmo-  
dum esset sufficiens causa si Rex 100000. ducatos P. om. Pont.  
offerret, illas indulgentias omnibus regnis Hispaniæ conferret,  
etiam si Rex postea à singulis regnis Hispaniæ conferret, etiã  
si Rex postea à singulis ciuibus partem illius summæ exigeret,  
& Confirmatur, nam (inquit Caiet. in tractatu ad Iul. Cardina-  
lem) Papa die Paschatis omnibus in platea S. Petri existentibus  
benedictionem impartitur, statimque duo Cardinales plena-  
riam indulgentiam denuntiant, cuius indulgentiæ hanc esse li-  
cet sufficientem causam, scilicet, quia omnes illi fidem Roma-  
næ Ecclesiæ protestantur: Ita quoque hic soluentes duas drag-  
mas argenteas fidem Christi, & Ecclesiæ aduersus infideles pro-  
testantur, atque ita erit sufficiens causa concedendi, & conse-  
quendi tot indulgentias.

Oppositum defendunt, Doctissimus Victoria, & Magister So-  
ro dicentes continere huiusmodi diplomata intolerabilem er-  
rorem, propterea quod pro minima elemosyna amplissimæ  
indulgentiæ conceduntur.

*Art. III. Qui potest indulgentias concedere.*

C O N C L U S I O.

Alex Ale. Summus Pont. & Concilium, Patriarchæ, Primate omnibus  
m. 3. S. sub primatu, Patriarchatu, existentibus. Archiepiscopi omnibus  
Tho. 9. suis subditis, & suffraganeorum, & Episcopi omnes suis subdi-  
26. reli- suis etiam delegatis indulgentias concedere possunt. Communis  
qui d. 20. est sententia Doctorum & confirmatur per cap. Quod autem.  
D. Bona. per cap. Nostro de poenitentis & remiss. & per Extrauagantem  
q 3. Ric. Vnigenitus. In his enim omnes partes huius Conclusionis de-  
ar. 5. Du. finiuntur.  
q 55.

C O N C L U S I O.

Episcopus non tantum presentatus, sed electus non dum cõ-  
secratus nondum sacris initiatus indulgentias concedere po-  
test. Ratio est, quia electus ad Episcopatum ante consecrationem  
habet iurisdictionem, quæ sola est satis ad ingentias conceden-  
das.

C O N-

## CONCLVSIO.

Generales ministri Ordinum, & Prouinciales per concessionem Rom. Pontificis habent authoritatem concedendi indulgentias. Pater ex concessionibus diuersorum Pontificum, quæ in compendio priuilegiorum nostri ordinis assignantur.

## CONCLVSIO.

Nullus Episcopus potest alicui non sibi subdito, nisi ex facultate proprii Episcopi indulgentias concedere. Definita est expresse in cap. quod autem, de poenitentia & remissione.

## CONCLVSIO.

Indulgentiæ ab Archiepiscopo concessæ comitantibus, Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, quando infirmis defertur, PEN. non prosunt peregrinis, qui Eucharistiam comitantur.

## CONCLVSIO.

Omnes isti à Rom. Pont. non possunt nisi Quadraginta dies ex rationabili causa, vel annum indulgentiarum ratione ædificandi aliquam Basilicam concedere. Definita est in cap. Cum ex eo, de poen. & remiss.

## CONCLVSIO.

Quicumque Prælati habens subditos, vt Guardianus, vel Prior &c. potest opera satisfactoria superabundantia suorum subditorum, cui voluerit applicare, licet indulgentias non possit concedere. Nam vt Christus Iesus dolores nostros tulit, ita & nos debemus alter alterius dolores portare. Coloss. Gaudeo in passionibus pro vobis &c.

Thom. Vvaldensis tomo 3, de sacram. titu. 10. confutat errorem Vvicleff, qui hanc suffragiorum applicationem irridebat.

I. *diffic.* Potestne Papa existentibus in M. indulgentias concedere.

## CONCLVSIO.

Non potest de plenitudine potestatis existentibus in M. indulgentias concedere. Ratio est, quia indulgentia est applicatio passionis Christi ad satisfaciendum pro peccatis dimissis, & passio Christi non membris mortuis sed amicis, & viuis, id est, in gratia existentibus applicatur.

I I. *diffic.* An Papa possit sibi indulgentias concedere.

## CONCLVSIO.

Quicumque Prælati à Papa potest consequi indulgentias,

Coloss. 1.  
Heresis.

S. Tho. q.  
27. ar. 1.  
Ric. q. 1.  
ar. 4. Du.  
qu. 4.

Ric. ar. 4.  
q. 2. Pau.  
ar. 3. q. 4.

tas, quas ipse aliis concedit. Ratio est, quia non sunt deteriores conditionis, quam alij Christiani, vt illis merita Christi, & aliorum sanctorum ad satisfaciendum pro pœna temporali proficere non possint.

*Dubium. Quomodo illas consequi potest?*

*Ricar. & Palud. est.*

Respondeo non potest concedere sibi indulgentias directe, potest tamen vti indulgentiis, quas alius dedit, præstando, quod aliis faciendum imposuit.

### C O N C L U S I O.

*Ricar.*

Papa, vt subdit se sacerdoti, quem elegit: vt à peccatis eum absoluat, potest se subdere alij, & concedere illi facultatem donandi sibi indulgentias, etiam circa confessionem. Ratio est, quia concedere indulgentias est actus iurisdictionis, & nullus supra se ipsum iurisdictionem habet.

*Ale. Alen. m 3. ad vltimum.*

**III. Diffic.** *Possuntne exempti a iurisdictione Episcopali lucrari indulgentias ab Episcopo concessas?*

Palud. vbi supra tenet exemptos, vt sunt Religiosi viuentes intra iurisdictionem alicuius Episcopi, posse consequi indulgentias ab illo concessas. Ratio est, quia suffraganei consequuntur indulgentias à Metropolitanano concessas, etiam si, illi immediate non subiciantur.

### C O N C L U S I O.

Dubia, & anceps est hæc difficultas. Patet, quia indulgentia est absolutio à pœna iniuncta, vel iniungenda, à qua solus superior potest absoluere, vt dicitur in cap. quod autem. de pœn. & cum potestas soluendi competat cui conuenit potestas ligandi, & e conuerso, & Episcopus non potest ligare exemptos, neque soluere poterit.

**IIII. Diffic.** *Sitne actus imperfectionis indulgentias quærere.*

### C O N C L U S I O.

*Catesq. 1. de thesaur. indulgent.*

Qui querit Indulgentias, vt pœnalia opera fugiat, imperfectionis actum exercet. Ratio est, quia huiusmodi actus est peccatum. Cum quærat indulgentias amore rerum delectabilium, & odio temperantiæ, cuius actus sunt opera pœnalia, appetitui carnis opposita, & hic non consequitur indulgentias.

### C O N C L U S I O.

Quærere illas ea intentione, vt Deo satisfaciamus, & celestis patriæ desiderio, ne in purgatorio remoremur, actus perfectionis est. Nam est finis optimus, & cuius rei finis bonus est, res quoque bona esse censetur.

*V. D. ffic.*

*V. Diffic. Possitne animabus in purgatorio existentibus indulgentia concedi.*

Alex. Alé.  
m. 5. reli-

Rom. Pont. potest thesaurum Ecclesiasticum animabus purgatorij communicare. Ratio est, quia non potest aperire illis coelestem ianuam, nisi merita sanctorum ad satisfactionem applicando.

qui d. 20.  
s. D. Ba-  
na. q. 5.

## CONCLUSIO.

Rec. ar. 3.  
q. 3. Pal.

Hoc non potest authoritatiue efficere, iam enim sunt extra iurisdictionem Ecclesiæ militantis, in quam solum iudicariam potestatem habet.

q. 4. ar. 3.

Cate. vbi  
supra q.  
5. & 6.

## CONCLUSIO.

Potest per modum suffragij illis indulgentias concedere. Ratio est, quia tantam potestatem habet super opera poenalia sanctorum, quantam priuata persona super propria opera, & vt potest quis orationes, ieiunia, & alia id genus opera poenalia animabus purgatorij ad soluendam poenam temporalem debitam applicare, ita & Rom. Pont. eisdem animabus sanctorum passiones &c.

## CONCLUSIO.

Indulgentiæ animabus purgatorij concessæ non de rigore iustitiæ, sed ex Dei misericordia illis profunt. Ratio est, quia non sunt subiectæ Rom. Pont. & redimere aliquem non sibi subditum non est in potestate liberantis, sed ex creditoris beneficio dependet.

*VI. Diffic. Sitne aliqua dispositio præter gratiam necessaria, vt indulgentius consequantur.*

Cai. q. 5.  
ar. 3. vbi  
supra.

## CONCLUSIO.

Suffragia vniuersaliter oblata omnibus animabus plus, aut minus secundum Diuinam dispensationem profunt. Ratio est, quia cum sint capaces auxilij sanctorum, & participes timendum Dominum, possunt quidem spiritualibus eleemosynis iuari iuxta Dei beneplacitum.

Psa. 118.

## CONCLUSIO.

Suffragia in particulari pro anima alicuius iusti oblata non profunt illi, nisi dum vixit, vno ex tribus modis istud meruit, vel quia viuens opera satisfactoria exercere conabatur, vel quia peculiarem habuit erga Ecclesiam Romanam deuotionem contra hæreticos pugnando, vel quia dum vixit, pia quadam misericordia erga animas defunctorum afficiebatur. Ratio est, quia indignum est, vt illa anima alienis operibus iuuetur, quæ vel pro se satisfacere spreuit, vel Ecclesiæ clauis contempnit, vel nullam defunctis misericordiam præstitit, &c. Confirmatur per

B. Aug. in  
li. de cura  
pro mor-

tuis ager  
vel da, est en-

cap. 109.

Canonem

Canouem Non æstiniamus 13. q. 2. Hæc opinio satis probabilis est. contraria tamen sententia magis pia est, & absque erroris periculo defendi potest.

DD. d. 15.

D. Bona.

C. Ri. ar.

2. Du. q. 1.

2. Mich.

cap. 2.

VII. Diffic. An viuorum suffragia defunctis in purgatorio existentibus profint?

CONCLUSIO.

Profunt quidem viuorum orationes, ieiunia, & elemosynæ. Paret Machab. 12. sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, id est, à poena temporali pro peccatis debita.

CONCLUSIO.

Negligentia hæredis non nocet defuncto, si ipse non potuit viuens pro seipso satisfacere. Ratio est, quia aliena peccata alteri ad poenam non imputantur.

VIII. Diffic. Profuntne suffragia pro vna anima oblata omnibus animabus in purgatorio existentibus?

CONCLUSIO.

Ric. q. 2.

D. Bo. q. 6.

3. C. 4. r.

bi supra.

Profunt omnibus quantum ad diminutionem poenæ intensiue quia cum sint in charitate, gaudent eum gaudentibus animabus per suffragia liberatis, & illis congratulantur. quod quidem gaudium expellit aliquam intensiorem tristitiæ ex tormentis prouenientem.

CONCLUSIO.

Non profunt autem aliis animabus ad diminutionem poenæ extensiue quia, vt apud homines. satisfactio pro vno debitorum exhibita non liberat alios, neque prodest, ita satisfactio oblata Deo pro vna anima alias non liberabit.

D. Bo. q. 6.

3. Ri. q. 3.

ar. 5. Du.

q. 3. Scot.

q. uolib. 20

IX. Diffic. Profuntne suffragia vniuersalia pro omnibus animabus oblata, ac si pro vna sola offerentur?

Fuit opinio Præpositiui afferentis partem affirmantem.

CONCLUSIO.

Non profunt singulis illa suffragia, ac si pro vna sola offerentur. tunc enim Sacerdos obligatus pro duobus defunctis satisfaceret semel pro amobus celebrando, quod est falsum. Tum etiam, quia meritum finitum, (vt ait Scotus) est gradus satisfactionis ex opere operato per nullam collatus, Si totum vnde datur, nihil alteri dandum remanebit.

CONCLUSIO.

Suffragia oblata pro omnibus, aut pluribus animabus singulis iuxta intentionem offerentis diuiduntur. Deus enim diuises

secundam

secundum animum offerentis, ideoque determinauit Ecclesia, ut alia sacrificia pro pluribus, alia pro singulis offerantur.

X. Diffic. An suffragia ab existentibus in M facta defunctis prosint?

DD. dist. 45. D. Bona. q. 2. ar. 2. Du. q. 1.

CONCLUSIO.

Sacrificium Missæ a malo Sacerdote oblatum defunctis prodest. Quia ex opere operato est satisfactorium illi, pro quo offertur, offerturque nomine, & intentione vniuersalis Ecclesiæ, cuius oblatio semper est Deo grata.

CONCLUSIO.

Opera satisfactoria a peccatore, ut a causa principali oblata defunctis non prosunt, qualia sunt ieiunium, oratio &c. constat Isaiæ 1. cap. & cum multiplicaueritis orationem vestram non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plene sunt &c.

Isaiæ 1.

CONCLUSIO.

Existens in P. M. si offerat eleemosynas ex imperio alicuius iusti pro animabus purgatorij, erunt tales eleemosynæ satisfactoriæ. Quia quando causa principalis est Deo accepta, qualis est intentio meritoria iusti, malitia ministri, operis virtutem non destruit.

XI. Diffic. An orationes eternaliter damnatis aliquo modo prosint?

D. Bon. recitat quatuor opiniones, 4. & Catholica hac conclusione continetur.

CONCLUSIO.

Damnati nullo modo viuorum suffragiis iuantur. in inferno enim nulla est redemptio, & qui pro illis oraret, peccaret. quia contra voluntatem Domini oraret.

DD. d. 18. Alex. Alé. q. 3. 1. 2.

FLORES DE

excommunicatione.

Alex. Alé. D. Bona. ar.

QVÆSTIO VNICA.

Art. I. An Ecclesia habeat excommunicandi auctoritatem.

1. q. 1. Ri. ar. 3. Du. q. 3.

CONCLUSIO.

Ecclesia habet auctoritatem excommunicandi excommunicatione maiori rebelles, & contumaces sibi que inobedientes. Patet. Matth. 18. si peccauerit in te frater tuus &c. si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & pub-

Mat. 18.

Heanus.

licanus. Nam vt ethnici non admittuntur, vt sacris interfint, ita  
 2. Io. 10a. & excommunicati à communione fidelium expelluntur. Dicit  
 enim B. Ioannes si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non  
 habet, nolite recipere eum in domo, nec aue ei dixeritis.

## C O N C L U S I O.

Excommunicatio salutaris, & medicinalis pœna esse dicitur.  
 Definita est per Concilium Lugdunense cap. 1. de excommuni-  
 catione, in 6. vbi dicitur, Cum medicinalis sit excommunicatio,  
 non mortalis, disciplinans non eradicans, dum tamen is, in quẽ  
 1. Cor. 5. lata fuerit non contemnat &c. Et B. Paul. 1. ad Cor. 5. decreui  
 tradere huiusmodi hominem sathanæ, vt spiritus saluus fiat in  
 die Domini &c.

*Hæresis.*

Hinc, confutatur hæresis Vvicleff, cui adhæsit Luthe-  
 rus, qui asserbat, Ecclesiam potestatem excommuni-  
 candi & priuandi aliquem bonis spiritualibus minime habe-  
 re. Contra hanc Pater à Castro, verbo excommunicatio dispu-  
 tat.

A P  
 P E N.  
*Gabriel*  
*cautè*  
*legendus.*

Hinc, colligitur caute legendum esse Gabrielem 18. q. 2. qui  
 affirmat duobus primis est, hominem per quodcunque peccatum  
 mortale esse excommunicatum minori excommunicatione, ita  
 vt excommunicatio minor quantum ad hoc à peccato morta-  
 li non differat, quod est falsum. Quia excommunicatio minor  
 tollitur per absolutionem sacramentalem, & non indiget con-  
 tritione, at vero ad remissionem mortalis vtrumque desidera-  
 tur.

Secundum est, scilicet, Ecclesiam per sententiam excommu-  
 nicationis maioris neminem damnificare, aut suis suffragiis  
 priuare, sed solum per suam sententiam declarare hominem  
 peccatorem, esse ratione peccati mortalis priuatum, hoc au-  
 tem est erroneum. Nam ab Ecclesia sunt orationes in-  
 stitutæ pro existentibus in mortali, vt est illa, Deus qui iusti-  
 ficas impium &c. nulla tamen est oratio pro excommunicato  
 instituta, quamobrem Ecclesia aliquo suffragio priuat excom-  
 municatum, à quo peccantes mortaliter minime excludit.

I. *Dis. An effectus excommunicationis ex iure Diuino sequatur, vel solum sit effectus ex Ecclesia institutione.*

Opinio Almayn. d. 18. q. 1. est esse de iure Diuino ita vt hære-  
 ticus ipso facto sit excommunicatus.

## C O N C L U S I O.

Effectus excommunicationis iuri Diuino sunt consen-  
 taneis,

tanei. Constat ex utroque testamento Ioan. 9. Pharisei enim instituerunt, vt qui Christum Dei filium confiteretur, à Synagoga excluderetur & Matth. 18. sit tibi tanquam ethnicus, &c. Ioan. 9. Mat. 18.

CONCLUSIO.

Cum sint tres excommunicationis effectus. scilicet priuatio generalium suffragiorum, exclusio à communione fidelium, & priuatio participationis actiuæ, & passiuæ sacramentorum. Duo priores non comprehendunt excommunicatum ex iure Diuino, sed tantum ex Ecclesiæ institutione. Ratio est, quia solus effectus posterior fuit à Christo institutus, & Ecclesia non potest dispensare, vt aliquis excommunicatus recipiat Sacramenta cū ratione excommunicationis obicem ponat, dispensat tamen de facto, vt excommunicatus cum domestico communice, & pro eo preces fundantur.

Hinc, collige, Excommunicationem à iure Diuino, modum autem excommunicandi esse à iure Ecclesiastico. scilicet vt non manducet cum illo, neque illum salutent &c.

A P-  
P E N. 2  
A P-  
P E N.

Hinc. Episcopus vel Prælatus non poterit dispensare cum aliquo, vt cum excommunicato cōmunicet, nisi prius absoluat, præterquam in casibus à iure concessis, nempe, vt ille, &c. quia quæ incurrat excommunicationem minorem, de iure & inferior in ius superioris dispensare non potest, Soto d. 24. q. 2. art. 1. sine discrimine affirmat omnes effectus excommunicationis esse ex iure tantum Ecclesiastico.

II. *Diffic. An excommunicatio semper pro mortali tantum sit ponenda?*

CONCLUSIO.

Ale. Alē.  
q. 81. m.  
3. D. Bo.  
q. 2. Ric.  
arti. 3. q.  
2. Durz.

Nunquam incurritur excommunicatio, nisi excommunicatus mortaliter peccet nec tamen putes propter omne mortale peccatum hominem excommunicandum. Ita definitum est in Concilio quodam generali expresse, & refertur, in Cano. Nemo Episcoporum 11. q. 3.

CONCLUSIO.

Quatuor sunt casus, in quibus homo ab excommunicatione excusatur, quia obedire minime tenetur, primus est, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem, V. g. quando aliquid in ea præcipitur contra ius diuinum, naturale, aut positium, tunc enim non tenetur subditus obedire.

Hinc, si alicui præcipitur absque legitima causa, ne à creditori-  
Flo. Theo. q. super 4. lib. sent. Par II. C c

A P-  
P E N.

ditoribus debitum petat, non tenebitur obedire, & de similibus, simile est iudicium.

II. casus si excommunicatio pro re minima inferatur, ut si excommunicentur non reddentes pretium vuarum ex aliena vinea qui vvas valentes quatuor dipondis sumpsit, non excommunicabitur etiam si pretium non reddat. Ratio est, quia ex transgressione leue sequitur nocumentum, nisi plures separatim alienam vineam dehaustauerint, tunc namque graue nocumentum esset non restituere, atque ita excommunicatio ligaret.

III. casus, quando quis non potest obedire sine maximo detrimento, ut si, precipiatur restitutio laboranti inopia, hic enim ut a precepto Diuino, ita ab Ecclesiastico excommunicationis, excusaretur. Animaduerte, quam primum, poterit ad restitutionem obligari, alioquin eadem excommunicatione, ligabitur. Preterea nota, manere excommunicatum, qui tempore excommunicationis potuit restituere, & noluit, etiam si postea restituere non possit, erit nihilominus absoluenda a Iudice praeslito iuramento de restituendo quam primum poterit.

III. Casus, quando aliquis retinet alienum titulo recompensationis, licet enim peccauerit accipiendo, non tamen ad restitutionem tenetur, quia alienum, non retinet. Quare cum iure naturali a restitutione excusetur, similiter ab excommunicatione liberatur.

Ex his omnibus collige, posse excommunicationem inferri ad vitandum incommodum temporale, quando ille qui tenetur vitare, non vitando mortaliter peccat.

III. Diff. An ignorantia iuris, aut facti ab excommunicatione excusetur?

### CONCLUSIO.

Quando aliquis inuincibiliter ignorat, sitae factum excommunicationi subiectum, excommunicationem minime incurrit. definita est in c. si vero 2. de sententia excommunicationis, de eo qui cecidit Clericum non gestantem tonsuram, neque habitum clericalem, & comam nutrientem, quilibet esse ab excommunicatione censetur, quia inuincibiliter illum esse clericum ignorabat.

### CONCLUSIO.

Qui inuincibiliter excommunicationem generalem latam a Praelato ignorat, qua aliquid cauetur, non est excommunicandus, quamuis in illud incidat. Ratio est, quia cum non

si admonitus non est inobediens, & ex consequenti non ma-  
ner excommunicatus.

Hinc, qui inuincibiliter aliquod statutum Episcopate igno-  
rat, quo aliquid sub excommunicatione prohibetur, non illam  
incurrit. In expresso definitum est in ca. Vt animarum pericu-  
lis, De constitutionibus.

A P-  
P E N.

Hinc, si secuto Diaecesani, ne quis furetur, aut quid simile  
precipiatur sub excommunicatione, qui illud inuincibiliter igno-  
rat, et laicus, nequaquam eam incurrit.

III. D. ff. in ignorantibus inuincibiliter excommunicationes  
iuris communis, & committentes crimina per illas pro-  
hibita, sint excommunicati?

A P-  
P E N.

Vt est excommunicatio iuris communis lata sententia aduersus  
contrahentes in gradu prohibito, & aduersus hereticos, &c.

Dua sunt opinioniones. Prima ascribitur Scoto in 4. d. 6. q. 8. qua  
dicitur, committentes aliquod delictum mortale iure diuino  
prohibitum, propter quod a iure communi excommunicatio  
imponitur, excommunicationem ignorantes illam incurere,  
idque iuxta illud ignorantia neminem excusat praeterquam in  
in his quae debent omnibus cognita esse, ut constat de eo, qui  
percutit clericum, & ignorat. Cano. si quis suadente &c. & loqui-  
tur opinio generaliter de quacunque poena canonica, & fuit o-  
pinio glossae in textu cap. A nobis 2. de sententia excommuni-  
cationis, quam amplexus est Adr. q. 3. de Ciambus.

Contraria opinio est Pan in c. A nobis citato & Syluest. ver-  
bo excommunicatio 2. & 3. & verbo excommunicatio vltima. §.  
3. ubi citat alios Doctores eiusdem opinionis.

CONCLUSIO.

Ignorans inuincibiliter ius commune, quo excommunicatio  
contrafaciens aliquid iure diuino prohibitum imponitur,  
quomodo illud efficiat, non erit excommunicatus. Ratio est,  
quia excommunicatio non inferitur propter inobedientiam in  
Deum, sed in Ecclesiam, & qui ita excommunicationem iuris  
communis ignorat, non est Ecclesiae inobediens, cum non sit  
admonitus, & ex consequenti non erit excommunicatus.

V. D. ff. An excommunicatio possit fieri pro ino-  
bedientia praeterita?

CONCLUSIO.

Excommunicatio non potest fieri pro peccato praeteri-  
to, sed

Al. q. 81  
m. 1.

to, sed pro futuro tantum. Ratio est, quia excommunicatio non fertur nisi contra contumaces post admonitionem, & admonitio non fit, ut peccatum præteritum caueatur, quia quod factum est, infectum reddi non potest, sed ad cauendum peccatum futurum, quid quod fortassis qui peccauit, iam contumaciam deposuit.

*Art. III. De effectu excommunicationis.*

Animaduerte varios esse excommunicationis effectus, quidam enim sunt in foro conscientiae, alij autem in foro exteriori. De quibus longissime Authores summarum disputant. In foro conscientiae sunt tres effectus. nam aut priuatur excommunicatus actiua, & passiuua Sacramentorum participatione, aut suffragiorum participatione, aut fidelium communione.

*Ric. toto  
ar. 7. Du.  
q. 3. 3.*

*1. Dis. An Sacramentum ab excommunicato  
receptum sit nullam?*

Hæc difficultas de solo Sacramento Pœnitentiæ intelligitur, nam de alijs dubitat nemo.

Dux sunt extremæ opiniones, Prima Angeli, quem Caieta. Verbo solutionis impedimenta in summa sequitur, nempe excommunicatum excommunicationis conscius verum sacramentum suscipere, si verè iam eum pœniteat peccati sui quod recedente fictione suum sortitur effectum, quamuis mortaliter suscipiendò absolutionem peccet.

Contra opinio est communis, quam defendunt, Adrian. questione 1. principali de Clauibus, & Paludan. d. 14. q. 4. Syluest. Verbo Excommunicatio 3. §. 1.

CONCLUSIO.

Excommunicatus qui inuincibili ignorantia iuris, aut facti, suæ excommunicationis laborat, ut rusticus, qui hanc proprietatem excommunicationis ignorat, vel literatus, qui ignorantiam facti habet, ideo illam non confitetur, verum recipit pœnitentiæ Sacramentum, ita, ut excommunicationis postea conscius confessionem reiterare non teneatur, Ratio est, quia propter ignorantiam nullum sacramento posuit obicem, veraque interfuit forma, & materia, & ministri intentio.

CONCLUSIO.

Qui excommunicationis est conscius, quantumcunque de alijs peccatis coneratur, vel ignorans ignorantia culpabili, ut literatus, quamobrem non est confessus, se esse ligatum vinculo excommunicationis, vel si sit confessus, si à peccatis, propter igno-

ignorantiam Sacerdotis, & non ab excommunicatione absol-  
uatur, sacramentum erit nullum, & confessio iteranda. Ratio est,  
quia deficiente materia Sacramentum est nullum & quādo ex-  
communicatus excommunicationis conscius, aut culpabiliter  
illam ignorans, recipit absolutionem à peccatis, priusquam ab  
excommunicatione deficit materia, nempe dolor de peccatis.  
Cum habeat actuale complacentiam huius inobedientiæ, nā  
recipit Sacramentum contra mandatum Ecclesiæ. in c. Salubri-  
ter. de Clerico excommunicato ministrante.

Idem dicendum est de excommunicato excommunicatione **A P-**  
maiori. Ratio est, quia peccat mortaliter sacramenta recipien- **P E N.**  
do. Vt constat ex cap. Salubriter. citato.

*II. Diffic. Quomodo excommunicatus à participatione  
actiua sacramentorum excluditur?*

Supra in quæstione de ministro, de sacramentis in genere, &  
in quæstione de confessore egimus.

*Dubium. Peccabitne excommunicatus nondum denun-  
ciatus mortaliter, cum aliis in diuinis, aut  
extra communicando?*

**D. Bona.**

q. 3.

**CONCLUSIO.**

Peccabit quantumcunque sit contritus communicando ante **A P-**  
absolutionem, id est antequam liberetur ab excommunicationis **P E N.**  
sententia per ipsum ministrum ecclesiæ. Definita est in Extra-  
uagante. Ad vitanda scandala, quia dicit Concilium Constans-  
tense, in nullo intendere releuerare excommunicatum, cæteri  
verò minime peccant. Limitanda est Conclusio, vt in quæstione  
modo citata de sacramentis in genere diximus. Quando Sacer-  
dos excommunicatus est Curatus, quia tenetur suo subdito sa-  
cramentum petenti ministrare, quod poterit præstare sine pec-  
cato, si prius conteratur, & proponat Ecclesiæ obedire, tunc e-  
nim non peccabit ministrando.

Hinc, reuocatum est Concilium Basiliense, vbi excommuni-  
catus notorium ante denunciationem vitandum præcipieba- **A P-**  
tur, vt refert Adr. q. 3. de Clauibus & Syluest. Ver. excommuni- **P E N.**  
catus §. 9 nam Ecclesiastica consuetudo, quæ est optima legū  
interpret, solum tenorem Concilij Constantiensis, vt habetur in  
Extravagante. Insuper ad euitanda, seruat.

*III. Diffic. De 2. effectu excommunicationis, siue  
Excommunicatus suffragiis Ecclesiæ priuatus?*

**CONCLUSIO.**

*Ric. arti.*

q. 7. 2. D.

q. 3. & 3.

Excommunicatio maior priuat excōmunicatum suffragiis, que

*Mat. 18.* qua nomine totius Ecclesiæ pro omnibus fidelibus etiam in  
 mortalibus existentibus offeruntur. Paret Matth. 18. si Ecclesiam  
 non audierit, sit tibi tanquam Iudæus, &c. cū Ecclesia, iudi-  
 cis, & aliis infidelibus non communicet, excommunicatio ill-  
 lorum participes minime efficit. Vide Cano. Omnes Christia-  
 nos. l. l. q. 3. die tamen pariter ac dispensat cum hæreticis &  
 excommunicatis exemplo Christi, qui tunc pro inimicis  
 oravit.

**A. P.**  
**P. E. N.** Hinc colligitur, orationem, aut processionem pro hæreticis  
 fieri non posse, neque missam pro eis offerri, sunt enim in excom-  
 municati. bene tamen potest fieri oratio pro statu Ecclesiæ am-  
 plificando, atque ita indirecte sit oratio pro hæreticorum con-  
 uersione.

### C O N C L U S I O.

Oratio priuata potest pro excommunicato fieri, quia excom-  
 municatus solum priuatur suffragiis Ecclesiæ, & cum Ecclesia  
 sit fidelium congregatio, vnus oratio, non erit totius Ecclesiæ  
 oratio. S. Thom. ait, vt refert Syluester, verbo excommuni-  
 catio. l.

*III. D. ffic. Poterit Sacerdos in memento Missæ  
 pro excommunicato orare?*

Syluester vbi supra affirmat, Soto d. 2. q. 1. ar. 1. negat.

### C O N C L U S I O.

Nequaquam potest, quia cum non possit sacrificium missæ  
 pro excommunicato offerre, neque pro illo poterit in memento  
 orare. Sacrificium enim in memento pro quibus Sacerdos  
 orat, offertur, nam finito memento, ait, pro quibus tibi offeri-  
 mus, &c.

### C O N C L U S I O.

Poterit nihilominus tunc pro excommunicato orare, si ta-  
 men proponat non offerre pro illo sacrificium, neque orare no-  
 mine Ecclesiæ, sed proprio. Ratio est, quia tunc temporis non  
 vt Ecclesiæ minister, sed vt priuatus oraret, & eius oratio  
 non maiorem effectum haberet, quam si extra missam fieret.

*V. D. ffic. An qui contumaciam deposuit, & que per contritionem  
 iustificatus, & paratus obedire Ecclesiæ, inquam  
 abioiatur sit suffragiorum  
 particeps?*

Peculiaris opinio est. Ric. d. 18. art. 7. q. 2. qui tenet par-  
 tem affirmantem, opinio communis Canonistarum in  
 cap. nobis ad 2. de sententia excommunicationis, est opo-  
 pona.

C O N.

Non erit talis excommunicatus suffragiorum particeps ante absolutionem. Definita est expresse in cap. citato. A nobis, ibi enim dicitur, quamuis præstet iuramentum de patendo mandatis Ecclesie, non esse excommunicatum participem orationum fidelium, antequam absoluat.

Hinc, talis excommunicatus etiam deposita contumacia ante absolutionem tenetur ab omni communione fidelium in diuinis, aut extra abstinere. Alioqui enim contra Ecclesie præceptum peccabit.

*V. I. Diffic. Eritne peccatum in omni euentu cum excommunicato communicari?*

## CONCLUSIO.

Excommunicatus excommunicatione maiori iuxta Concilium Constantiense, scilicet, denunciatus, est in quinque euentibus vitandus, qui hoc carmine continentur. Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur, id est, os, locutio per seipsum, vel per literas, siue per nuntium, nisi ad animæ excommunicati salutem pertineat, vi illi consulat, vel coram illo prædicet, siue Theologiam legat, quia hæc ad illius correctionem pertinent orare negatur, id est, communicatio in diuinis vel simul cum eo eandem missam audiendo, aut celebrando coram illo, siue officium diuinum, aut aliquem psalmum cum illo recitando, siue in aliqua processione assistendo, notanter dicitur, (assistendo) nam si per Ecclesiam contingat transire, quando diuina celebrantur, non est diuinum officium intermittendum, quia transiens cum existentibus non communicat; vale negatur, id est, saluatio, nisi dicatur, Deus sit tibi propitius, vel quid simile. 4. communio, id est, communicatio cuiuscunque contractus, aut electionis, aut iudicij, & cæterorum, quæ iuridice sunt. 5. mensa, id est, comedere cum excommunicato in eadem mensa, licet nihilominus intra eandem cellam comedere.

*Dubium Si excommunicatus noluerit ab Ecclesia exire, tenebiturne*

*Sacerdos missam non finitam relinquere?*

## CONCLUSIO.

Si iam est facta consecratio, finire tenetur, tamen potest non finire, idque eius in arbitrio consistere multi indicant. Ratio est, quia maius est præceptum de sacrificio finiendo, quam de excommunicato vitando, si verò non est facta consecratio, tunc missa est relinquenda.

Eodem modo se debet habere Sacerdos, quando ante

Alex Ale.

q. 81. m. 6

S. bo. q.

23. ar. 2.

in add.

1. Bo. q.

5 Ric. ar.

1010. ar. 6.

Dar. q. 3.

celebrationem Ecclesia violatur.

*Dubium. Potestne doctor discipulo excommunicato respondere.*

C O N C L U S I O.

Potest, sicut coram illa Theologiam non autem aliam facultatem, interpretari.

C O N C L U S I O.

Integrum est, cum excommunicato in odium temporale conveniendo illum in iudicio civili, aut criminali, & in favorem spirituali ipsius communicare. Patet, prima pars, ex cap. Intelligimus, de iudiciis. Aliter enim si non posset in iudicium conveniri, commodum ab excommunicatione reportaret. 2. pars est definita in cap. Cū voluntate, de sententia excommunicationis.

C O N C L U S I O.

Licetum erit communicare cum excommunicato illi necessaria victui, & vestitui, communicando. Definita est in Canone, quoniam multos. 1. quæstione. 3. si autem quæ communicantur sint ad superbiam, & iactantiam, qui talia præberet, minori excommunicatione esset excommunicatus.

C O N C L U S I O.

Licebit etiam cum illo communicare, quando propter excommunicati expulsionem scandalum timetur. Definita est in cap. Quod prædecessor 1. 1. q. 3. vbi Zacharias Papa laudat Bonifacium martyrem cum excommunicatis participante, propterea quod ita Ecclesiæ expediebat.

C O N C L U S I O.

Vxor, filius, servus, ancilla, mancipium, rustici, colentes agros & omnes servientes, possunt cum illo communicare dummodo nullus istorum sit criminis particeps. Definita in Canone. Quoniam multos. 1. 1. q. 3.

Hinc, vxor poterit petere, & tenebitur viro excommunicato debitum reddere, propter vitandam fornicationem viri cū aliena, eadem ratione tenebitur Filius Patri excommunicato obedire, & cum illo communicare, dummodo cum Patre habitet, vel non si filius est excommunicatus, poterit pater (vt dicit glossa) cum illo communicare.

*Dur. q. 5.*

VII. *Diffic. Quid, si Prælati, vel Prior, vel Guardianus & sit excommunicatus?*

Poterit subditus cum illo communicare. Adr. de excommunicatione q. 1. §. petes fortasse, tenet partem affirmantem.

Ric.

tem. Ric. d. 18 art. 1. q. 3. illud negat.

Nota Prælatum duplicem habere iurisdictionem, spiritualem, & temporalem, administrationem.

## CONCLUSIO.

Cum Prælatus per excommunicationem non priuetur temporalis administratione, possunt subditi cum illo communicare, eique sicut patri ministranti obedire tenentur. Probatur à simili, nam vt familiares Episcoporum possunt cum illis communicare, quando sunt excommunicati, quia habent suæ familiaris temporalem administrationem, ita monachi cum suis Prælatis communicare possunt. Adr. est.

## CONCLUSIO.

Subditi non possunt cum Prælato excommunicato communicare, quantum ad iurisdictionem spiritualem. Ratio est, quia per excommunicationem suspenduntur subditi, eatenus illi obedire non tenentur, ac proinde communicare cum illo haud poterunt.

## CONCLUSIO.

Ignorantes excommunicatum, aut non habentes vnde necessaria victui, & vestitui, nisi ab illo emant, cum illo communicare poterunt. Definita est in citato canone. Quoniam multos.

## CONCLUSIO.

Quando excommunicatus est occultus, quamuis sit denunciatus, non est publice in diuinis, aut extra, sed occultè duntaxat vitandus. Definita est in cap. cum non ab homine, de sententia excommunicationis.

Hinc, si inter celebrandum excommunicatus soli Sacerdoti cognitus Ecclesiam ingrediatur, non tenetur Sacerdos illum repellere. Ratio est, ne repellendo illum infamet. Vbi animaduerte, quanti faciat Ecclesia etiam inobedientium famam. A P-  
P E N.

*Dubium. Quando igitur erit mortale cum illo communicare?*

## CONCLUSIO.

Quando in diuinis communicatur. Ratio est, quia peccati mortalis excommunicati est particeps.

## CONCLUSIO.

Quando participat in crimine, pro quo est excommunicatio imposita v. g. internuicij, &c. concubinarij, quando excommunicatio est contra illum lata, quia retinet concubinam. Definita est in cap. nuper, de sententia excommunicationis.

Q U Æ S T I O  
C O N C L U S I O

Quando excommunicatio est etiam contra participantes trina præcedente monitione illata: v. g. si dicat iudex sub pœna excommunicationis latæ sententiæ nullus cum Petro excommunicato communicet, quia tunc incidit in excommunicationem maiorem, & per consequens mortaliter peccat. Definita est in cap. statimus. de sententia excommunicationis in 6.

A. P. Ex hoc textu colligitur: excommunicationem contra participantes non posse generaliter imponi, sed nominandos esse excommunicatos, vitandos aut dignitates, vel officia, vt nullus cum Petro excommunicato, vel cum abbate &c. communicet.

C O N C L U S I O.

Peccat quoque mortaliter, qui ex contemptu clauium putās Ecclesiam non habere potestatem excommunicandi, cum excommunicato communicat, quia est blasphemus, vel quia vult ab Ecclesiæ obedientia recedere, nam iste contemptus est mortalis.

C O N C L U S I O.

Clerici, qui participant scienter, & sponte in diuinis cum excommunicato à Papa, ligantur quoque eadem excommunicatione, à qua à solo Papa absolui possunt. Expresse definita est, in ca. significauit. de sententia excommunicationis.

C O N C L U S I O.

In omnibus aliis euentibus solum est veniale cum excommunicato communicare, quia non magni, sed parui nocumenti est talis inobedientia.

S. T. 2. 2. VII. Diffic. *Trine potius mors subeunda, quam cum tali excommu-  
nicato in diuinis communicandum.*

q. 86. ar.

4. & qu.

12. ar. 9.

Syluester.

verb. §. 7.

Du. d. 18.

quest. 3.

Mat. 2.

Dux sunt opiniones, vna affirmans Adriani in materia de clauibus q. 3. & aliorum doctorum, quos ibidem citat. Contraria est Syluestri, de excommunicatione. 8. 14.

C O N C L U S I O.

Quando aliquis compellitur ad communicandum in crimine cum excommunicato, vel in Ecclesia contemptum, potius est mors subeunda, quam aliquo modo cum illo communicandum. Confirmatur exemplo Machabæorum cap. 7. qui perpelli sunt mortem: quoniam in contemptum legis diuinæ ab Antiocho ad comedendum carnes suillas compellebantur. Definita est in cap. sacris. de his, quæ vi, metusue

metusue causa fiunt.

## CONCLUSIO.

Quando aliquis ad communicandum cum excommunicato, in his, quæ non sunt intrinsece mala, sed solum iure Canonico prohibita, compellitur, potius est communicandum, quam monendum. Hæc conclusio colligitur ex Canone. Quoniam multos i. q. 3. si enim pro vitanda necessitate victus, aut vestitus, licet cum illo communicare, imo esset malum non communicare, magis profecto tenebitur, & licebit cuius pro tuenda vita corporali communicare. nam præceptum de evitando excommunicatio extra Ecclesiæ iniuriam, est tantum positivum.

Hinc, Sacerdos compulsus à tyranno, ut celebret coram excommunicato, poterit celebrare; ita ut in contemptum Ecclesiæ non compellatur, ut si tyrannus se fidem Catholicam Romanæ Ecclesiæ tenere protestetur.

Licebit quoque feria sexta carnes comedere, aut aliquid præceptum Ecclesiæ violare, metu mortis compulsis, dummodo talis compulsio à tyranno in Ecclesiæ contemptum non fiat, ut hæretici faciunt, quia præceptum de tuenda vita est naturale, & divinum.

¶ III. *Offic. Excommunicatus maiori excommunicatione communicando cum aliis peccabitne mortaliter?*

## CONCLUSIO.

Peccat mortaliter in divinis communicando in Ecclesia & extra. Ratio est, quia, qui ita communicaret, iuste ab Inquisitoribus, tanquam præcepti clauum contemptor puniretur: dicit enim Christus redemptor noster, qui vos spernit, me spernit &c.

## CONCLUSIO.

Quando recipit sacramentum, mortaliter etiam peccat, quia recipiendo sacramentum, ponit obicem gratiæ, recipit enim contra Ecclesiæ obedientiam, manetque irregularis, si celebret, vel sacros ordines recipiat, ut definitur in cap. si celebret. De Clerico excommunicato celebrante.

## CONCLUSIO.

Similiter peccat, si sacramentum administret, quamvis sit generaliter tantum excommunicatus, & non denunciatus. Definita est in Extravaganti. ad evitanda. ubi dicitur, quod quamvis alij Christiani possint ab excommunicato generaliter recipere sacramentum, non tamen intendimus (inquit) excommunicatos in aliquo reuelare, intellige,

nisi deposuerit contumaciam, quia tunc ministrando mortaliter non peccat in casu necessitatis, si fuerit Curatus.

## CONCLUSIO.

Perinde etiam peccat, quando in electionibus vocem actiuam, vel passiuam habet. Quia electio passiuæ est nulla. Definitum est in cap. Si celebret & ex consequenti mortaliter peccat, si eligatur, atque etiam eligendo quia cum non habeat suffragium, suffragatur, est enim suffragium nullum.

## CONCLUSIO.

Peccat quoque mortaliter iudicis officium, ut proferendo sententiam, aut Prælati officium faciundo, ut si beneficium conferat, omnia sunt nulla. Ut definitum est in Cap. tanta, De concessione præbendæ.

## CONCLUSIO.

Comparendo autem in iudicio, tanquam actor, & reus, siue testis mortaliter haud peccat. Ratio est, quia tunc nemini nocet.

## CONCLUSIO.

Citra hos casus cum aliis communicando mortaliter non peccat, sed venialiter tantum. Quia non obedit Ecclesiæ in materia leui ut communicando cum alio, vel illum salutando, &c. hac causa hæc, & alia huiusmodi sunt tantum venialia.

Alex. Alé.

qu. 82. m.

1. 0 2 S.

Th. 9. 21.

ar. 4. Ri.

ar. 3. q. 3.

*LX. Diffic. Quando excommunicatio iniusta est, priuat t ne suffragiorum communionem.*

Duo simul sunt in hac difficultate explicanda, Primum quæ sit sententia excommunicationis iniusta. Secundum, quando & quomodo tunc excommunicatus suffragiorum cõmunionem priuetur.

## CONCLUSIO.

Sententia excommunicationis à non suo Iudice lata nulla est & excommunicatum minime priuat. Definita est in cap. ult. de restitutione expoliatorum.

A P- Hinc, Diæcesanorum sententiæ contra subditos latæ, religio-  
P & N. fos minime obligant, Quia non sunt Episcopis subditi.

## CONCLUSIO.

Excommunicatio non obligat, quando tempore legitimo interponitur appellatio. Definita est in cap. per tuas. de sententia excommunicationis.

## CONCLUSIO.

Quando sententia excommunicationis intolerabilem errorem continet, iniusta est, & nulla. Ratio est, quia contra ius Di-

vinum, aut naturale, aut pro re minima fertur.

## CONCLUSIO.

Quando excommunicationis causa est nulla, neque excommunicatio valebit. Ratio est, quia causa, pro qua infertur non exprimitur, & à iure prohibetur, vt si quis dicat, sub pœna excommunicationis, nemo suscipiat Eucharistiam, quin fuerit suo Curato confessus. causa huius excommunicationis est, vt nullus Religiosis confiteatur quod à tali iudice prohiberi non potest, cum sint ex privilegio Papæ confessores.

## CONCLUSIO.

Quando expressè à iure prohibetur, ne in tali casu excommunicatio feratur, lata iniusta, & nulla erit. Confirmatur exemplo in cap. statumus. de sententia excommunicationis in 6. vbi præcipitur, ne excommunicatio generaliter contra participantes cum omnibus excommunicatis, nisi cum certis, feratur.

Excommunicatio aliquo istorum modorum nulla à iure neminem obligat, neque aliquem ita excommunicatum prædictis suffragiis priuat.

A P-  
P E N.

## CONCLUSIO.

Quando excommunicationis sententia est iniusta, quia à iure prohibetur, non tamen annullatur, obligat, & priuat excommunicatum. v. g. si iudex præcipiat alicui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, non præmissa tria admonitione, vel vna tribus æquivalente: aut si quid intra dimidiam horam faciendum præcipiatur, quando nullum tantæ breuitatis periculum imminet. Ita definitur in cap. cum medicinalis. de sententia excommunicationis in 6 quamuis iudex sit puniendus.

*Dubium. I. Quid si inter DD. sit controuersia, sitne sententia iusta, an non?*

## CONCLUSIO.

In tali casu sententia valet. Definira est à B. Grego. & refer. B. Greg. tur. 11. q. 3. Canone, sententia pastoris iusta, vel iniusta, timenda est.

Hinc colligitur, aliud esse sententiam esse iniustam, aliud. Verò nullam. Nam in hac conclusione, & in prima præcedente sententia est iniusta, & non est nulla: at vero in aliis huius difficultatis conclusionibus est iniusta, & nulla.

A P-  
P E N.  
Ale Alē.  
& Ri. 16.  
Dur. q. 1.

*Dubium. II. Quid, si excommunicatio sit iniusta, non ordine iuris, sed ex parte excommunicati.*

Vt si

Vt si innocens per falsos testes reus probetur, & sub pœna excommunicationis illi aliquid faciendum præcipiatur. variae sunt opiniones: quas refert Adr. quoli. 6. qui tenet talem excommunicationem in conscientia non obligare, sed in foro exteriori duntaxat. euidem opinionis est Caiet. q. vnica de effectu excommunicationis, & 2. 2. q. 1. o. art. 4. ad. 1.

CONCLUSIO.

Quando sententia excommunicationis fertur contra innocentem, legitime probatum nocentem, in conscientia minime obligat. Ratio est, quia pia mater Ecclesia, neque potest, neque intendit innocentem suffragis priuare.

Hinc, cessante scandalo poterit celebrare. Quia talis sententia cum sit secundum ius, ita, vt iudex si illam non proferret, peccaret, in foro exteriori obligat.

Hinc, si iste celebraret, non efficeretur irregularis, etiamsi vt irregularis puniatur.

X. Diffic. *Quintum sit excommunicationis minoris effectus?*

R. p, peccat mortaliter celebrando: Quia contra prohibitionem Ecclesiae in materia grauissima celebrat: non tamen manet irregularis: vt excommunicatus excommunicatione maiori celebrando efficitur irregularis. 2. peccat conferendo sacramentũ. nihilominus tamen sacramenta ab eo collata valent: vt pœnitentiae sacramentum 3. si eligatur ad aliquam dignitatem, valet electio. est tamen per iudicem irritanda & 4. iurisdictione in foro exteriori, quemadmodum excommunicatus maiori non priuatur: Hæc definita sunt in cap. si celebret. De clerico celebrante excommunicato.

Art III. *De his qui possunt excommunicare, & in foro exteriori ab excommunicatione absolueri.*

CONCLUSIO.

Omnes Prælati ordinarij auctoritatem, excommunicandi suos subditos habent. Collecta est ex cap. cum ab Ecclesiarum de officio ordinarij. Et apertius. Definita in cap. cum Ecclesia. De maiori, & obedientia. Vbi Rom. Pont. sententiam excommunicationis per priorem canonicorum regularium latam approbat.

Hinc sequitur, Papam & vniuersale concilium, aut prouinciale legitime congregatum, Archiepiscopos, Episcopos & omnes religionum Prælatos, Generales, scilicet Abbates, Priores, Guardianos, in suos subditos ex iure canonico, vt Sylue. verbo Prælatus §. 1. vt & illos, etiam qui statuta condere possunt, non solum

A. P. N.  
P. 2. N.  
A. P. N.  
P. 4. N.  
Ric. ar. 7  
q. 4.  
Alex. A. e.  
q. 81 m. 4  
S. Tit. 9  
21. ar. 1.  
2. & 3.  
D. Bon. 2.  
q. 4. Ric.  
ar. 4 &  
ar. 10 q.  
11. & ar.  
13. Dur.  
q. 4. Syl.  
verb. Pre.  
lucis §.  
& verb.  
exc. 2. §. 1.  
A. P.  
P. 2. N.

solum verbo, verum etiam per leges excommunicationis sententiam ferre posse. Nam omnes ibi iurisdictionem spirituales in foro exteriori puniendi subditos habent.

Hinc, simplices Sacerdotes non possunt excommunicare. Cui non sint Prælati, neque etiam Curati poterunt. Nam cap. cum p. 8. N. Ecclesiarum. citatum. vbi curatis talis facultas concedebatur, iam est contraria consuetudine reuocatum.

CONCLUSIO.

Prælati excommunicati, non denunciati, excommunicari non possunt. Definita est in cap. audiuimus 24. q. 1. Notanter dicitur, & non denunciatus, nam Concilium Constantense in extrauaganti ad euitanda non intendit releuare excommunicatum. vnde in foro exteriori censetur à iurisdictione suspensus.

Syluestr. est verbo excommu. 2. § 2.

Idem est iudicium de suspensio ab officio iudicandi, & colligitur ex glossa in citato cap. audiuimus.

A P. P. B. N.

CONCLUSIO.

Subditi ignorant Prælatum excommunicatum, eius sententia erit valida. Definita est in cap. infames. 3. q. 7. vbi docetur, seruum non posse esse iudicem. nihilominus tamen sententias per ipsum latus valere quamdiu seruitus ignoratur.

Perinde censendum est de excommunicato habente iurisdictionem, dum eius impedimentum ignorabitur.

A P. P. B. N.

CONCLUSIO.

Prælati irregularis potestate excommunicandi haud priuatur. Ratio est, quia irregularis solum ordinis executione, non autem iurisdictione priuatur.

Rica. est ar. 4 q. 4

CONCLUSIO.

Non Sacerdos potestatem ordinariam, vel delegatam excommunicandi habere potest. Definita est in cap. transmissam de electione. vbi dicitur, Episcopum electum, non Sacerdotem habere iurisdictionem

Alex. Alē. q. 8 2. m. 2. D. Bē. q. 1. Rī.

I. Diffic. Qui Excommunicari possunt?

Lege Ric. d. 1. art. 5. per totum: & Caiet. de autoritate Papæ cap. 10. & sequentibus.

ar. 5. per totum vbi supr. Ca.

CONCLUSIO.

Papa quamuis sit hæreticus, non est ipso facto excommunicatus. Ratio est, quia antequam deponatur, est supra omnes: atque ita non est, à quo possit excommunicari, neque excommunicatione capitis. Ad aboiēda, de hæreticis, ligatur.

de autoritate v. a. p. ca. 1 y. & seq.

Int

fuit enim illa excommunicatio lata à Lucio Papa, & par in parē non habet imperium.

## CONCLUSIO.

Papa hæreticus, vt apostata, ab vniuersali concilio deponi potest. Definita est in cap. si Papa 40. d. & ratio est, quia sicut nullus potest esse alicuius religionis Prælatus, qui non sit in illa religione professus, ita neque potest esse Papa, si fide Ecclesiæ careat.

## CONCLUSIO.

Concilium vniuersale potest Papam per excommunicationem compellere: vt redditurus rationem hæresis, aut apostasiæ criminis cuius accusatur, compareat, & in his duobus casibus illum excommunicare Patet, quia cum possis in his duobus casibus Papam deponere, erit tunc illo superior, & ex consequenti, antequam deponatur, per excommunicationem illum, vt in iudicio compareat compellere. Aliter enim, si non posset concilium Papam compellere, neque posset, illum iudicare.

**P. P. P. E. N.** Hinc sequitur, nullo modo Papam excommunicari posse, nisi in prædictis duobus casibus, in quibus Concilium est supra Papam, neque hoc posse fieri, antequam deponatur: sed propter nõ comparandi contumaciam.

## CONCLUSIO.

**P. A. P. P. E. N.** Nullus sibi æqualem excommunicare potest. Ratio est, quia par in parem non habet imperium.

**P. A. P. P. E. N.** Hinc, Episcopi in concilio Prouinciali congregati, si aliquid sub excommunicatione obseruandum decreuerint tali excommunicatione ligantur, quatenus omnes Metropolitanis præsentibus subduntur, Metropolitanus verò non ligatur, Quemadmodum Papa excommunicatione lata à concilio vniuersali non ligatur, quamuis patres concilij illa ligentur.

*Dubium. An Excommunicari possit vniuersitas,  
sue collegium?*

Dux sunt opiniones. Vna Syluestri verbo excommunicatio 1. §. 3. dicentis, non posse excommunicari totam communitatem, sic dicendo, toti huic communitati præcipimus sub excommunicationis sententia &c. nihilominus, tamen si ita feratur, valet. Quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Altera opinio, & opposita est. Ric. vbi supra q. 3.

## CONCLUSIO.

Sententia contra vniuersitatem, aut collegium lata est nulla.

nulla. Ratio est, quia excommunicatio præsupponit mortale peccatum, quod est personæ, & non communitatis actus.

## CONCLUSIO.

Excommunicatus, antequam ab vna excommunicatione absoluetur, potest alia ligari, non propter noua crimina, sed propter contumaciam in priori excommunicatione. Definita est in cano. finali 3. q. 4. quod fit, vt acriori animaduersione eius contumacia corrigatur.

## CONCLUSIO.

Mortui, pro criminibus in vita commissis excommunicari non possunt. Ratio est, quia iam sunt extra Ecclesiam, & non sunt homines.

## CONCLUSIO.

Potest nihilominus declarari, dum viuerent in excommunicationem incidisse. Definita est in canone. Sane 24. q. 1. quemadmodum hæreticus, qui post mortem excommunicatus declaratur, & pro eo Sacrificia offerri prohibentur.

## CONCLUSIO.

Mortuus ab excommunicatione absolui potest. Vt constat ex cap. à nobis. 2. de sententia excommunicationis. Quæ quidē absolutio solum fit, quo ad pœnam exteriorē, nempe, vt in loco sacro sepeliatur, & pro illo publicè oretur.

II. D. f. c. *Qui possunt ab excommunicatione absolueri*

## CONCLUSIO.

Ab excommunicatione minori non potest absoluere, nisi Sacerdos, qui authoritatem audiendi confessiones habet, & habetur in c. nuper. de sententia excommunicationis. Nā cū excommunicatio sit pœna iuris, non poterit ita excommunicatus, nisi ab habente spiritualem iurisdictionem absolui, qualem non habent, qui nō sunt confessores instituti. Caiet. est contra. Nauarrum c. 27. cano. 25. in summa.

## LIMITATIO.

Excommunicatus ab homine absolui non potest, nisi ab eo qui excommunicauit, nisi hic morte sublatus fuerit sic: enim aliis liberabit ipsum ab excommunicatione, vel à superiore vt à Papa, vel ab eo, ad quem est appellatum. Nam eius est absoluere, cuius est ligare.

## CONCLUSIO.

Quando aliquis est excommunicatus ab homine quia fuit incendiarius, non potest nisi à Papa absolui. Definita est in cap. tua nos. de sententia excommunicationis.

Flo. Theo. q. super 4. lib. sent. Pars II.

Dd CON-

Alex. Al.

q. 81. m.

2. S.

Th. q. 24.

ar. 1. R.

art. 10. q.

11. Dura.

q. 18. Syl.

nes. verbo

ab. o. utio

1. §. 2.

Cai. ver.

bo. excom.

mu. mi.

nor. prope

finem.

QVÆSTIO  
CONCLUSIO.

A quacunq̄ue excommunicatione ab homine, facta tamen prius parti lesæ satisfactione, per bullam Cruciatæ absolui quis potest. Ita enim in bulla continetur.

CONCLUSIO.

Scotti. est.  
2. 2. 2. q. 1.

Si non habet, vnde parti satisfaciat, absolvendus est; non virtute cruciatæ, sed per iudicem, qui excommunicauit. (Nam hæc absolutio est ad remissionem) quæ; nisi per iudicem ferri non potest.

CONCLUSIO.

Excommunicatus in vno Episcopatu ab homine generali excommunicatione, si in alia diocesi reperitur, non potest ab alieno Episcopo; etiam facta parti lesæ satisfactione, absolui. Nam eius est absolere, cuius est ligare, vel auctoritate Cruciatæ absoluat. Oppositum tenet Soto, vbi supra.

CONCLUSIO.

Quando excommunicatio est à iure Canonico, & absolutio, Papæ non reseruat, nullus præter ipsum, tali excommunicatione ligatum absolueri potest. Hæc est definita à Benedicto 11. in Extrauaganti inter cunctas 3. obseruent. Hæc Caiet. in summa, verbo Absolutio ab excommunicatione. Oppositum te & Nauarro. vbi supra, can. 39 & alij; quos ipse citat. Vide ipsum loco allegato.

III. Diffic. Quænam sunt Papales excommunicationes?

Respondéo; Quædam sunt in cœna Domini, à quibus, etiã per Sacerdotem confessorem per bullam Cruciatæ, absolui potest nemo: alæ vero sunt à quibus habens bullam, per Sacerdotem confessorem absolui potest. Quæ dicuntur extra cœnam. Quas omnes refert, & declarat Caieta. verbo Excommunicatio c. 31. simul cum omnibus excommunicationibus à iure, & Nauarro c. 27. vbi supra.

Quarta. Diffic. Potestne aliquis inuitus ab excommunicatione absolui?

CONCLUSIO.

Excommunicatus ab homine, potest. Quia cum excommunicatio sit medicinalis, si timetur delinquentis obstinatio, iudex illam relaxare tenebitur.

CONCLUSIO.

Excommunicatus verò à iure minime potest inuitus absolui. Quia cum voluntariè peccauerit, videtur voluntariè excommunicationem à iure contraxisse: atque ita non nisi voluntaria erit

Alexan.

Al. q. 81.

m. 7. ar. 1.

D. Bo. q.

S. Ric. ar.

10. qu. 1.

S. Tho. q.

24. ar. 2.

erit absoluendus. Hæc Ricar d. 18. artic. 10. q. 11. Sunt, qui sine discrimine vtramque conclusionem concedant.

*V. Diffic. Excommunicatus absens poteritne absolui?*

## CONCLUSIO.

Ricar ar.  
10. q. 2.

Potest excommunicatus absens absolui. Ratio est, quia huiusmodi absolutio est pœnæ relaxatio, quæ, vt potest contra absentem ferri, ita & absenti remitti. Nam etiam si requiratur aliqua solennitas, si de facto absoluat, absolutio valebit.

*V. Diffic. Excommunicatus pluribus excommunicationibus poteritne ab vna absolui, et non ab aliis?*

## CONCLUSIO.

Alex. Al.  
q. 81, m.

7. arti. 2.

D. Boni.

q. 4. Ric.

qu. 3. ibi

D. 11. q.

24. ar. 3.

Poterit profecto. Nam, vt potest pluribus excommunicationibus successiue ligari, ita etiam successiue absolui poterit.

*V. Diffic. Poteritne aliquis pluribus excommunicationibus absolui per vnam absolutionem?*

## CONCLUSIO.

Excommunicatus à diuersis Iudicibus propter diuersas causas, non potest nisi pluribus absolutionibus solui, quando ab eisdem iudicibus absoluitur. Quia cum plures illum ligauerint, à pluribus est necessario absoluendus, eius enim est ligare, cuius est absoluerè, nisi per bullam Cruciatæ absoluarur. tunc enim à supremo Iudice absoluitur, & nisi sit ab eodem Episcopo propter diuersas causas excommunicatus, propter blasphemiam, furtum, &c. nam tunc vnica absolutio erit satis.

*VIII. Diffic. An excommunicatus in alieno Episcopatu possit à proprio Episcopo absolui?*

## CONCLUSIO.

Ric. arti.

9. q. 5.

Excommunicatus in alieno Episcopatu non potest à proprio absolui: vt si Archiepiscopus Valentinus excommunicaret propter furtum, Ierdensem peregrinum, eius enim est absoluerè, cuius est ligare.

Hinc, religiosus hospes excommunicatus à Prælato vbi hospes est, ab alio Prælato absolui non potest, limitatio, non est intelligenda conclusio de excommunicatione à iure, tunc enim talem excommunicationem, in aliena Diœcesi incurrens poterit à proprio Prælato absolui.

*IX. Diffic. Estne aliqua solennitas in absolutione ab excommunicatione necessario seruanda?*

Q V Æ S T I O.  
C O N C L V S I O.

Si absolvens est Iudex Ordinarius, vt commissarius, & præscribitur solennitas, nempe, vt prius parti læsæ satisfactio fiat, ita, vt aliter irriterur absolutio, absolvens nihil facit. Agit enim contra præceptum superioris irritantis absolutionem, & est definita in Extrauagante. Etsi dominici gregis. lege Caiet. in summa vbi colligit 90. textus, in quibus omnes excommunicationes iuris explicauit, ne absoluendo contra ius, errare tibi contingat.

Hinc, confessor absolvens virtute bullarum, non facta restitutione parti læsæ, nihil facit. Nam in bullis præcipitur, vt prius fiat restitutio. Tantum enim valent indulgentiæ, quantum sonant. Quod si statim non potuerit satisfacere, præstet tunc reus cautionem pignoratitiam, aut fideiussariam, & si neutro modo efficere possit, saltem iuratoriam præstet.

C O N C L V S I O.

Præter hos casus, quando satisfactio de iustitia facienda præmittitur, absolutio si fiat, erit iniusta, non tamen irritat. Ratio est, quia quamuis à iure prohibeatur, non tamen irritatur, & nota intelligendum esse satisfactionem, de damno illato in bonis fortunæ, aut honoris, aut corporis.

**A P- PEN.** Hinc excommunicati pro crimine hæresis, aut pro ingressu in monasterium monialium ad nullam tenentur restitutionem, vt absoluantur. Ratio est, quia nullum in aliquo prædictorum bonorum, quorum ratione facienda est restitutio, damnum aliquod intulerunt.

C O N C L V S I O.

Potest quicumque excommunicatus absolui ab excommunicatione extra sacramentalem cōfessionem. Ratio est, propterea quod talis absolutio non est à peccatis, sed à pœna Ecclesiastica, & hic modus absoluendi plerumque ab Ecclesia seruetur.

*Art. V. Circa explicationem canonis Siquis suadente &c.*

Hic Canon legitur art. 7. q. 4. ad cuius explicationem sunt aliqua difficultates proponendæ. Et nota primum, in præsentia non esse institutam disputationem de priuilegio fori Clericorum, quo fit, vt pro causa criminali, aut civili, coram Iudice Seculari conueniri non possint, sed de priuilegio canonis, propter quod incidunt in excommunicationem percutientes illos.

I. Df. *Qui possunt priuilegio canonis gaudere?*

C O N C L V S I O.

Omnes clerici etiam primæ tonsuræ, dummodo non sine coniu-

coniugati. Definita est in c. 1. de clericis coniugatis. lib. 6 tum etiam quia nomine clerici absolute prolata canone, si quis suadente, hi omnes intelliguntur.

## CONCLUSIO.

Clerici primæ tonsuræ coniugati cum vnicis, & virginibus, ita ut non sint bigami, hoc privilegio gaudent: dummodo tonsuram, & habitum clericalem deferant, & per Episcopum ministri alicuius Ecclesiæ, ut œconomi, Sacristæ, &c. sint constituti. Definita est in c. Clerici. De clericis coniugatis in 6. & in Conc. Trid. Sess. 13. c. 6. de reformatione.

A P  
P E N.

## CONCLUSIO.

Omnes religiosi professi, & nouitij, & conuersi, & donati in religione approbata: nam si religionem non probatam profiteantur, non consentur digni hoc privilegio, canonis privilegio gaudent. Definita est in c. Parochianus. de sententia excommunicationis extra, & in c. religioso. eodem titu. in 6.

## CONCLUSIO.

Moniales omnes professæ in religione probata, sub eodem privilegio intelliguntur. Definita est in cap. de monialibus. eodem titulo.

De nouitiis Monialium nihil reperitur: quia c. religioso. solū de nouitiis monachorum loquitur.

A P  
P E N.

Beatæ, quamuis tria emittant vora, hoc privilegio non potiuntur. Quia aliquam religionem approbatam non profiteantur.

A P  
P E N.

*Dubium. Fruuntur ne Eremitæ hoc privilegio?*

Angelus negat, Sylvester affirmat verbo excommunicatio 6. §. 2. credendum tamen est, quemadmodum privilegio fori, similiter & canonis privilegio gaudere.

II. *Diff. Qui clerici hoc privilegio priuantur?*

## CONCLUSIO.

Degradatus, hæreticus, & Apostata à religione, illo priuantur. Caieta est super Canonem. si quis suadente. in summa verbo Excommunicatio. Cæterum communis opinio. oppositum tenet: ut Sylvester verbo Excommunicatio 6. §. 2. docet.

Hinc sequitur, Clericum excommunicatum, & ad ultimos damnatum hoc privilegio gaudere.

A P  
P E N.

## CONCLUSIO.

Clericus non coniugatus carens tonsura, & habitu clericali,

icali, respectu ignorantium hoc privilegio minimè gaudet. Defin-  
finita est in cap. si vero. 2. de sententia excommunicationis.

A. P. Hinc, percutientes pueros non portantes tonsuram, neque  
P. B. N. habitum clericalem non sunt excommunicati, si eorum Cleri-  
catum ignorent. & idem est iudicium de percutiente Clericum  
Sacerdotem veste laicali indutum. Ignorant hi enim factum  
esse excommunicationi subiectum.

## C O N C L U S I O

Clericus portans arma, & habitum laicalem, vel solum ha-  
bitum laicalem, si ter ab Episcopo monitus noluerit resipisce-  
re, Canonis privilegio priuatur etiam respectu scientium eius  
clericatum. Definita est in cap. Contingit. 2. de sententia ex-  
communicationis.

## C O N C L U S I O

Clerici tractatus negotia secularia: vt sunt aduocati, mer-  
catores, si habeant publicas officinas, quamuis percutiantur,  
eorum percussores excommunicatione huius canonis non li-  
gantur. Definita est in cap. final. de vita, & honestate clericorum:  
si tamen ter ab Episcopo moniti vitam in melius non mu-  
tauerint.

## C O N C L U S I O

*Sylae. ver.* Clericus Iocularis canonis privilegium amittit. Definita est  
*excom. §. in cap. 1. de vita, & honestate clericorum.* Hinc percutiens Cle-  
*6. C. ca.* ricum publicum Iocularem ex tali officio viuente non erit  
*10. super* excommunicatus.

*huic ca-  
nonem.*

## C O N C L U S I O

Clericus artem militarem, vt milites stipendiarii, exercens,  
Canonis privilegio non gaudet. Definita est expresse in cap.  
cui non ab huiusmodi. de sententia excommunicationis. Se-  
cus autem est de privilegio fori. Nam si duces exercituum mo-  
nachum apostatam sub habitu militis verberauerint, ex-  
communicati erunt. Quia illum suo Prælato tradere tenen-  
tur.

III. *Diffic. Quando aliquis erit clericus percussor ita, vt  
in sententia Canonis incidat.*

## C O N C L U S I O

Clerici percussor non solum dicitur, qui cum manu lædit,  
verum etiam qui in illum per contemptum aquam, puluerem,  
aut sputum proiicit. Quia manus violenta dicitur etiam ex iu-  
ris positione captio, vel detentio clerici in camera clausa, vel  
quid huiusmodi odio, & animo irrogandi iniuriam clerico  
effectum.

C O N

Qui iniuste percussit clericum, etiam ipso volente, erit excommunicatus. Constat ex cap. Contingit 2. de sententia excommunicationis, & dicitur iniuste pati, si in satisfactionem pro aliqua iniuria dicat clericus, percute me in satisfactionem iniurie, qua te affeci.

CONCLUSIO.

Qui præcepit clerici percussorem erit excommunicatus, si effectus sequatur. Definita est in cap. mulieris. de sententia excommunicationis. Intellige conclusionem, dummodo ante persecutionem non penituerit. Nam tunc cessante peccato, quomodo sequatur percussio, cessabit excommunicationis effectus.

CONCLUSIO.

Qui consilium, fauorem, auxilium præstat, vel clerici percussorem ratam habet, in excommunicationem incidit. Definita est in cap. sicut dignum. de homicidio. & rati habitio debet esse illius, in cuius gratiam facta est percussio, & qui mandare potuit.

CONCLUSIO.

Qui sine proprio incommodo clerici percussorem prohibere potuit, & non prohibuit, sententia excommunicationis comprehenditur. Ratio est, quia fuit causa damni. nam qui impedire potest, nam quis malum perpetretur & non impedit videtur & ipse illius mali auctor. Cai. ubi supra sine limitatione hæc conclusionem intelligit: sed intelligenda est de illo, cui ex officio incumbit clericum defendere: ut est Ecclesiasticus. Iudex si pateretur à iudice seculari capi, vel torqueti, vel dominus, qui videret suos familiares clericum percutere, & non prohiberet.

CONCLUSIO.

Si quis clericum fugientem insequatur, erit excommunicatus; si clericus se in ignem, aut aquam proficiat, aut lapide offensionis feriat. Ratio est, quia in causa esse tenetur.

CONCLUSIO.

Clericus seipsum iniuriose desperatione scilicet, aut remedio percussione excommunicatione ligatur. Ratio est, quia percussione seipsum iniuste, manus violentas in clericum iniecit.

Hinc Monialis sollicitans (quod Deus auertat) abortivum, p. e. n. non est excommunicata, quia non sibi, sed fœtui iniuriarum. Syl. ver. irrogat. A. P. excom.

Q V Æ S T I O.  
C O N C L U S I O.

Qui veste, qua clericus indutus est, aut equum in quo sedet, percutit, aut rem, quam habet manu, iniuriosè rapit, in exco-  
municationem incidit. Quia hoc in clerici contumeliam facit.

C O N C L U S I O.

Qui Clericum apprehendit: vt in carcerem ducat, & ibidem vel in camera, ne inde exeat, detinet ostium foris claudens, ani-  
mo inferendi vim, siue offendendi, excommunicatus manet. De-  
finita est per cap. Si verò. & per cap. Nuper. de sententia excom-  
municationis. & intelligitur conclusio à iudicibus tantum Sæcu-  
laribus, non autem de Ecclesiasticis, etiam si detineant clericos  
alienæ iurisdictionis. Nam cum sit constitutio poena de aliis Iu-  
dicibus Sæcularibus loquens, non erit ad Ecclesiasticos iudices  
amplianda.

III. *Diff. Quibus casibus Clericum peccatiens  
non erit excommunicatus.*

C O N C L U S I O.

Qui profert gladium, siue mittit lapidem in clericum, non erit  
excommunicatus, si illum non percutiat, quamuis laicum feriat.  
Ratio est, quia tunc non est violentia manus, sed solum est com-  
minatio violenta.

C O N C L U S I O.

Qui percutit Clericum non animo iniurioso, non erit excom-  
municatus, quia non est violenta percussio.

C O N C L U S I O.

*Solu. ver.* Qui percutit Clericum, titulo correctionis, & non vindictæ,  
*cap. 6. §. 1.* vel per se, vel per alium: vt Pater, Magister, & Prælati, non est  
excommunicatus. Ratio est, quia ibi non fuit iniuria, sed corre-  
ctio.

Hinc, si Prælati hoc faciat animo vindictæ, quia vult aliquâ  
iniuriam vlcisci, vel ex odio. excommunicatione ligatur, vt con-  
stat ex c. 1. & ex ca. Cum voluntate, de sententia excommunica-  
tionis.

C O N C L U S I O.

Clericum in adulterio cum vxore, matre, filia, aut sorore com-  
prehensum percutiens, non erit excommunicatus, Definita est  
in cap. si vero. 2. de sententia excommunicationis.

C O N C L U S I O.

Mulier à clerico agitata osculo, aut tactu impudico. non erit  
excommunicata, si illum percutiat. Definita est eodem capit. si  
verò.

C O N -

## CONCLUSIO.

Qui non animo lædendi, sed defendendi seipsum Clericum percussit, excommunicatus non erit, quia mortaliter non peccat.

## CONCLUSIO.

Iudex Sæcularis apprehendens Clericum in frangenti delicto, Sylue. vbi aut nocte, arma gestantem non erit excommunicatus, si illum sicut §. 4. capiat, vt statim suo iudici restituat.

V. Diffic. Quis poterit ab Excommunicatione huius Canonis absoluer?

Syluester 17. casus receperet, in quibus potest Episcopus absol-  
uere, citra illos non nisi Papa.

Ri. art. 9.

q. 1. 3. 6.

4. V. rbo

absolutio

ab excom.

Art. VI. De interdicto?

Absoluetur aliquot difficultatibus positis, de quibus Theologi vix tractant: disputant tamen Summistæ fusiſſimè.

I. Diffic. Expediunt aliquando interdicti censurarum imponere?

## CONCLUSIO.

Iusta causa interueniente Ecclesia interdictum generale, etiam si populus non sit in culpa, imponere potest. Canonizata est in cap. Minor. 1. q. 4. Et ratio est, quia Ecclesia aliter non potest superiorum contumaciam cohibere, nisi illorum populos à diuinis excludendo, & populus quidem gratiam, abstinendo ab Eucharistia per obedientiam propter defensionem Ecclesiæ, promeretur.

II. Diffic. Quotuplex est interdicti effectus?

Res triplex communiter assignatur, priuatio, scilicet, diuinorum Sacramentorum, & sepulturæ.

## CONCLUSIO.

Tempore interdicti personis interdictis non licet, diuinis interesse, præterquam, quod in primo die Natalis Domini, & in primo die Resurrectionis, & Pentecostes, & in die assumptionis Virginis Mariæ, in quibus interdictum à primis vespertis vsque ad completorium sequentis diei inclusiue suspenditur. Ita definitum est in cap. Alma mater. de sententia excommunicationis in 6. Tunc etiam à primis vespertis in festo corporis Christi per totam octauam vsque ad vespertas vltimas octauæ inclusiue. per Extrauagantem. Excellentissimi. quæ est Martini V.

## CONCLUSIO.

Omnes Clerici etiam primæ tonsuræ, dummodo non dederint causam interdicto, & non sint Clerici coniugati

D d , tempore

tempore interdicti diuini interesse possunt. Nam hi, qui excipiuntur, hoc priuilegio non gaudent.

## C O N C L U S I O.

Habentes bullam Cruciatæ tempore interdicti sacris interesse possunt, & secum omnes suos familiares, qui suæ familiæ seruiunt, intrmittere. Definita est in cap. licet. de priuilegiis. in 6. qui textus non est reuocatus per contrariam consuetudinem priuilegium ignorantium. Nam priuilegia ignorantibus contraria consuetudo non refragatur.

## C O N C L U S I O.

*Ver. inter  
dic. 5. §. 7*

Integrum est tempore interdicti Sacramentum pœnitentiæ, Confirmationis, & Matrimonij recipere, dummodo interdicti causa non extiterint. Perinde etiam & Baptismi sacramentum, atque viaticum deferri potest morientibus, cætera autem sacramenta, Ordinis, scilicet, Extremæ Vnctionis, & Eucharistiæ satis recipere non licet. Hæc conclusio in multis textibus iuris canonici, quos refert Syluester, est definita.

## C O N C L U S I O.

*Sylu. 7b  
sup. §. 8.*

*A P-  
P E N.*

Laicis tempore interdicti sepultura in Ecclesia, & cæmeterio denegatur, non tamen extra, & sine officio funerali. Clericis verò dummodo interdicti causam non dederint in sua Ecclesia, siue aliena cum pulsatione campanarum, & officio alia voce celebratio Ecclesiastica sepultura cõceditur. Definita est in ca.

Alma mater.

Hinc Clerici cauere debent tempore interdicti, ne horas Canonicas in Ecclesia, vel in camera dicant, nisi ianuis clausis, aut semoti omnino, si claudere noluerint.

I I I. *Diff. violare interdictum estne peccatum mortale?*

## C O N C L U S I O.

Clerici in sacris ordinibus constituti interdictum violantes, id est, aliquid eo tempore prohiberum facientes mortaliter peccant, fiuntque irregulares. Quod si fuerint religiosi excommunicationem lætæ sententiæ incurrunt. Ratio primæ partis huius conclusionis est, quia pœna irregularitatis, suspensionis ab officio, & beneficio non nisi propter mortale imponitur, quas quidem pœnas incurrere huiusmodi Clericos constat. ex cap. Is qui, & ex cap. Is cui de sententia excommunicationis. in 6. & ex ca. Tanta de excessibus Prælatorum, & in Clementina ex frequentibus de sententia excommunicationis. Religiosi verò excommunicantur, quod intellige tantum quando in matris Ecclesia

Ecclesia interdictum feruat. Prima pars conclusionis est contra Caeta. in summa verbo Interdictum. Intelligenda est conclusio quando Clerici exercent actum, quem non possunt, nisi in sacris ordinibus exercere. Vnde si canat Epistolam sine manipulo, vel responsum vt laici solent, non erit irregularis.

CONCLUSIO.

Clerici in minoribus ordinibus constituti interdictum violantes non efficiuntur irregulares. Ratio est, quia praefati textus solum de Clericis in maioribus ordinibus constitutis loquitur, & lex poenalis potius & restringenda quam amplianda.

Caet. v. bi supra.

CONCLUSIO.

Laici scienter interdictum violantes, nempe audiendo missam, mortaliter peccant. Quia in re graui contra preceptum Ecclesiasticum agunt, vt in cap. Alma mater, prohibetur.

PIII. Diff. Quis poterit interdictum relaxari?

Respondeo, si est ab homine, relaxari, & suspendi ad tempus, vel in totam potest ab illo, qui illud posuit. Si est a iure, & Papae non reseruatur, ab ordinario relaxari potest, persona vero interdicta a iure, vel ab homine, non est vitanda ante denunciationem, vt ex Concilio Constantiensi patet.

Art. Vlt. de Cessatione a Divinis?

Quas autem ob causas sit cessatio ponenda, inuenies in cap. quamuis de officio Ordinarii in 6. Haecenus de excommunicatione.

FLORES QUESTIONIS DE

Corruptione fraternz.

S. Th. 22

q. 33. DD

d. 9. Ca-

nonista

super ca-

noni. de

iudicis

& oppos.

q. 1. Ca-

etro vet-

loc

Art. An Corruptio fraterna obliget transgressores ad mortale?

CONCLUSIO.

Patrem in mortali peccato existentem corripere de lege naturali, Diuina & positua est. Esse autem de lege naturali, constat ex illo principio, omnia, quaecunque vultis, si peccafaciant vobis homines, illis facite, & iuxta naturalem, & rectam rationem debent homines, quando errant, velle doceri, & ab alijs in spiritualibus sibi opem ferri. lex etiam diuina

hoc docet, nam si aſino proximi ſub onere cadenti ſubuenire  
 tus, ſoto præcipitur, multo magis profecto homini ſub onere peccati ca-  
 de ratio- denti erit ſub præcepto ſubueniendum. Vnicuique enim man-  
 ne regen- dauit Deus de proximo ſuo. Et tandem in iure poſitio eſt de  
 di ſecretū finita, & habetur in Canone Prouidendum d. 18.

& Pater

### CONCLVSIO.

Areualns. Præceptum conceptionis fraternæ tranſgreſſores ad mortale  
 de hoc ar. obligat. Digni enim ſunt morte, non ſolum qui talia agunt, ſed  
 9. S. Tho. etiam qui conſentiunt facientibus. Et qui corripiendo fratrem  
 ar. 2. Ri. poteſt peccatum prohibere, non prohibendo conſentire vide-  
 q. 1. ar. 2. tur.

Dur. q. 3. Hinc hæreticum erit, negare tale præceptum non eſſe Diui-  
 Mat. 17. num.

Exod. 23

Dubium. Contineturne hoc præceptum Matth. 18. vbi

Deu. 22.

dicitur, ſi peccauerit in te &c?

Eccle. 17

### CONCLVSIO.

Non erit hæreticum negare, ibi hoc præceptum non exprimi-  
 cum odro correptionis, non autem correptio eo in loco man-  
 datur. quemadmodum Matth. 5. Tu autem cum ieiunas, vnge  
 caput tuum &c. non ieiunium, ſed ieiunandi forma præcipitur.

Dubium. Eſtne grauius peccatum tranſgreſſio huius præ-  
 cepti, quam tranſgreſſio præcepti de Eleemo-  
 ſyna corporali?

### CONCLVSIO.

Magis præceptum correptionis, quam Eleemoſynæ corpo-  
 ralis obligat. Ratio eſt, quia tranſgreſſio huius præcepti magis  
 nocet, & ita deterior multo eſſe cenſetur.

### CONCLVSIO.

Quando peccatum, in proximo corripiendum, eſt ex igno-  
 rantia, maior neceſſitas eſt proximum corripiere, quam indigen-  
 ti corporaliter ſubuenire. Ratio eſt, quia qui ex ignorantia pec-  
 cat, niſi admoneatur, reſipicere non poteſt.

### CONCLVSIO.

S. Th. ar. Quando peccatum eſt ex malitia, vel ex paſſione, prius eſt  
 2. & ibi indigenti corporaliter ſubueniendum. Quia extremam neceſſi-  
 Ca. Dur. tatem corporalem patiens, niſi Eleemoſyna illam vitare non po-  
 9. 3. teſt. Qui autem peccat ex malitia, vel ex paſſione, poteſt ſine  
 correptione reſipicere.

Prima Diffic. An correptio fraternæ obliget quocun-  
 que tempore, etiam ſi ſcandalum, ſive mortis  
 periculum timeatur.

DE CORREPTIONE FRATERNA. 61  
CONCLUSIO.

Præceptum hoc minime obligat nisi tribus circumstantiis concurrentibus, quarum vna peccati commissio, altera est spes futuræ emendationis, & 3. commodo opportunitas. Si enim dubius de peccato proximi, illum corripere, maxima afficeret illum iniuria. & si nulla spes emendationis haberetur, esset actus inutilis, & si alio tempore magis me profuturum spero, differre ex charitate correptionem tencor. fit enim talis dilatio propter maiorem proximi vtilitatem. Lege Can. Si quis de Pœnitent. d. 7.

CONCLUSIO.

His circumstantiis simul concurrentibus, præceptum correptionis ad mortale obligat, quia tunc nulla est ratio protrahendi correptionem.

Hinc altera illarum circumstantiarum deficiente, correptionis præceptum non obligabit. Quia cessat correptionis finis, qui est fratrem lucrari.

A P-  
P E N.

CONCLUSIO.

Concurrentibus circumstantiis positis. erit aliquando correptionem pretermittere, veniale peccatum. v. g. si ex grauibus causis differatur, & ex ignorantia, quia credit se non teneri, quotiescunque illæ circumstantiæ concurrunt, vel quia non omnino sperat se profuturum, dummodo paratus sit omnia postponere, si se finem correptionis consequuturum sciret, ratio conclusionis est, quia talem animi præparationem habens, fraternam retinet charitatem.

S. Tho. est

CONCLUSIO.

Quando correptio est necessaria omnino, ita, vt proximus nisi corripatur, à peccato abstinere non possit, tunc etiam cum periculo mortis, est frater corripendus. V. g. Si corripendus peccaret ex ignorantia culpabili, & spes certa de eius conuersione haberetur. Ratio est, quia ex ordine charitatis in necessariis ad salutem bonum spirituale proximorum est bono temporali nostro anteponendum.

CONCLUSIO.

Quando correptio non est simpliciter ad salutem proximi necessaria, quia fortassis peccat ex passione, aut malitia, tunc Prælati etiam cum periculo mortis ad corripendum tenentur, vt si esset certus. N. adulteram relicturam peccatum, certoque sciret se ab adultero occisum iri. Ratio est, quia Prælati ex officio, & ratione iustitiæ custos, & speculator ad arcendos lupos constitutus est.

CON-

Ceteri vero cum tali periculo non obligantur. Quia solum ex charitate tenentur, & ad opera charitatis nemo cum detrimento vitæ, vel cum notabili detrimento honorum fama, aut honoris obligatur, nisi in casu extremæ necessitatis.

S. Th. ar.

II. Diffic. Teneturne quilibet alium corripere, cuiuscunque status, & dignitatis sit.

3. 4. q. 5.

CONCLUSIO.

Ric. ar. 2.

q. 2. q. 3.

Dur. q. 3.

Mat. 18.

Concurrentibus circumstantiis supra positis, omnes homines cuiuscunque status & infidelis tenetur peccatorem corripere. Quia cum sit præceptum naturale, ut in principio diximus, omnes in uniuersum homines obligabit. sunt enim infideles etiam nobis fratres, & proximi, & Christus Iesus, si peccauerit in te frater tuus &c. dixit.

CONCLUSIO.

Præceptum correptionis peccatores omnes, etiam publicos obligat, ita tamen, ut caute fiat, nempe, ut corripiat secreto, & non increpando, sed obsecrando, simulque seipsum accusando, & nouæ vitæ inchoationem proponendo. nam publice corripiedo, qui publicus peccator est, nihil efficit. cuius enim vita despicitur, restat: ut doctrina quoque contemnat. Ratio est, quia cum existens in mortali teneatur ad alia opera charitatis exercenda, ad hoc etiam, quod est potissimum, obligabitur, nisi ita sit infamis peccator, ut est meretrix, leno, &c. ut de illo nulla correptionis spes habeatur. Esset enim opus inutile.

Greg. D.

Th. ar. 5.

vbi supra.

CONCLUSIO.

Prælati, qui sunt publici peccatores, tenentur, vel cedere officio, vel resipiscere ad alios corripiendos. Alioquin, mortaliter peccabunt. Aliter enim commodum ex sua malitia reportarent. Si quidem ad hoc præcepto liberarentur. Et ita est intelligendus Ric. ar. 1. q. 2.

A. P.

S. B. N.

Hinc subditus, qui peccator publicus est, resipiscere: ut alios corrigat, non tenebitur, quia nullus tenetur ad opera misericordiarum, nisi quando facultatem habebit.

CONCLUSIO.

Gravius peccat Prælati, quam subditus hoc præceptum præmittens. quia Prælati, plusquam alius subditus, sibi subditum diligere tenetur. Dicente Christo Iesu apud Ioan. Petro Ecclesiæ principi: Symon diligis me plus his. est enim subditus Prælati spiritualis Filius.

Ioan. 21.

Hinc

Hinc Paterfamilias magis ad corripiendum domesticos, quam extraneus tenetur dicit enim B. Paul. qui non habet curam suam, maxime domesticorum, &c. est infideli deterior.

A. P. P. E. N. I. Tim. c. 5.

III. Diffic. Ad Prælatus ratione obligationis præfata tenetur inquirere secretos peccatores, ut illos secreto fraternaliter corrigat.

Cæter. partem negantem tenet. Soto partem affirmantem defendit. Ar. 2. 2. b. supra. S. Th. m. 2. q. 4. Con. 3.

CONCLUSIO.

Non tenetur Prælatus secretos inquirere peccatores, satis est illos investigare inquisitione generali per edicta publica. ut singulis annis fieri consuevit. Nam quamvis Prælatus magis ad correptionem fraternam, quam subditi teneantur: non tamen alio modo, scilicet, inquirendo peccatores secreto tenentur neque viliam de hac secreta inquisitione præceptum legitur.

CONCLUSIO.

Multo minus cæteri Chriastiani secretos peccatores corripiendos inquirere tenentur. Satis enim est quando occurrunt illos corripere, quemadmodum nullus tenetur quærare pauperes, quibus subueniat. Nam satis, est: ut occurrentibus Eleemosynam præbeat.

CONCLUSIO.

Gravius peccat, qui Prælatus peccatoris, quam alterius subditi correptionem negligit: Ratio est, quia ordine charitatis, & Eleemosynæ spiritualis, pius Prælatus, qui est Pater spiritualis, diligere tenetur. Et quia illius peccatū magis nocet est tamē non increpandus, sed obsecrandus. Seniorē (inquit B. Paul.) ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, nisi fuerit crimen hæresis. Paul. enim publice reprehendit Petrum, quia fuit gentibus scandalum. Nam quando Prælatus in fide errat, non est superior, sed æqualis.

I. Ti. c. 5. ad Gal. c. 2.

IIII. Diffic. An ordo correptione fraternæ sit sub præcepto,

S. Th. ar. 7. Ad. de correp. fr. Ric. ar. 3. q. 1. Dur. q. 4.

Est autem ordo ex Euangelio, ut prius secreto admoneatur, Secundo, ut testes inducantur, & tertio, ut Prælato denunciatur.

CONCLUSIO.

Quando peccatum est notorium notitia facti non est secreto, sed publice peccator per fratrem increpandus, & publice

& publicè per iudicem puniendus. V. g. qui blasphematur in foro, est à iudice publicè puniendus, & ab astantibus, si sine periculo mortis, vel alterius mali fieri potest, publicè increpandus. Pater ad Timoth. c. 5. peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Et est definita in cap. 1. de pœnit. & remiss.

1. Ad 7.  
cap. 5.

A P-  
P I N.

Hinc religiosus, vel alius quivis, qui blasphemantes coram aliis non increpat, mortaliter peccat Quia & Deum diligere increpando blasphemum, & scandalorum aliorum diluere tenetur. nisi timore mortis, vel alterius mali, excusetur.

### CONCLUSIO.

Mat. 18.

Quando crimen, quod non est notorium, est in detrimentum publicum, secreta correptio non est præmittenda, sed criminofus statim est iudici denunciandus, vt est crimen hæresis, proditiõis reipublicæ, & ambitionis. Ratio est, quia secreta admonitio solum est denunciatiõni antepõnenda, quando frater in malum priuatum videntis peccat. Ideo enim dixit Christus, si peccauerit in te frater tuus &c. id est, in tuam offensam, aut scandalum, corripe illum. Temperat. S. Tho. hanc conclusionem, scilicet, nisi quando aliquis certissimè speraret fructum ex secreta correptione, vt si quis in hæresim ex ignorantia laberetur. Cæterum quia talia peccata perpetrantes rarissime corriguntur, denunciandi statim sunt.

### CONCLUSIO.

Quando crimen est in detrimentum tertij, & non spero me secreto corripiendo profuturum, crimenque in iudicio probari non potest, illi, cui detrimentum paratur: vt sibi caueat, est denunciatio faciendâ, & criminofus, si aliter fieri non potest, detegendus: vt si Petro Paulus insidias pararet. quia diligere tenemur proximum, sicut nos ipsos diligimus, & quilibet in simili casu admoneri vellet Non est autem denunciandus iudici. quia crimen, vt inquit Adrianus, in iudicio probari non potest, sed innocenti, etiam cum damno criminofis. Quia innocentis causa melior est.

### CONCLUSIO.

Mat. 18.

Quando crimen est occultum, & in malum peccantis, quale est peccatum libidinis, qualiscunque sit naturæ, si ex secreta admonitione delinquentis conuersio speratur, prius erit secreto corripiendus. Conclusio est Euangelica, & eius transgressio est mortale peccatum, constat Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te, & ipsum solum.

CON-

DE CORREPTIO. FRATERNA. 65  
CONCLUSIO.

Facta secreta admonitione, si frater non corrigatur, poterit fieri denunciatio Prælato, non tanquam iudici, sed ut patri, quin testium inductio fiat. Ratio est, quia per istam denunciationem facile fratri peccanti medebitur. Deterrebitur enim secreta Prælati reprehensione, & est spiritualis Eleemosyna non contemnenda.

CONCLUSIO.

Quando frater per secretam admonitionem corripitur, & eius relapsus non timetur, nullo modo erit Prælato denunciandus. Patet ex Euangelio corripe illum &c. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum ibi igitur erit sistendum: cum finis correptionis, nempe, fratris peccanti, reparatio habeatur.

Ricardus ubi supra oppositum tenet, unde religiosi errandi occasionem sumserunt, dum in visitatione criminosos iam correptos denunciant.

*Quinta Diffi. Poteritne clericus criminosum vita, vel abscissionem membrorum plectendum iudici denunciare, quin regularitatis pœnam incurrat?* Cair. art. 7. ubi supra S. Th.

CONCLUSIO.

Poterit, facta tamen prius protestatione, ne contra criminosum pœna sanguinis procedatur: quamvis tali pœna procedendum esse sciat. Ratio est, quia præceptum denunciationis est Euangelicum: præceptum verò ne clerici sint mortis causa in iudicio, est tantum Ecclesiasticum, ac proinde potius primum, quam secundum præceptum obligat.

*VI. Diffi. Quando crimen est occultum suntne testes inducendi, ut in iudicio contra reum testificari possint?* q. 4.

Duz sunt opiniones. Prima Durandi, qui tenet partem negantem, quando scilicet crimen est omnino occultum, poterit tamen (inquit) Prælato, tanquam patri releuare, esse tamen solum inducendos testes, quando crimen est probabile, id est, coram duobus, vel tribus testibus commissum, etsi vnus eorum occultè illum corripuerit, & resipiscere noluerit (erunt inquit) tunc testes, quibus crimen notum est, vocandi, & si fuerit contumax, Ecclesiæ denunciandus.

Contraria opinio est S. Tho. & Ric. & Paludan. & Gabriel. & Caiet. ubi supra S. Tho. horum sententia est, ut si frater secreta admonitus non corripiatur, inducantur testes, quillum videat peccare, ut si coram illis reprehensus non conuertatur, erit

iudici denunciandus, qui poterit per alios testes delinquentem conuenire.

C O N C L U S I O.

Quando crimen est omnino occultum, si post secretam correptionem fraternam conuertatur, testes ad illum oblectandi adduci poterunt. Probat ex Euangelio, si te non audierit, adhibe tecum unum, aut duos testes, vt in ore duorum, aut trium stet omne verbum.

Mat. 18.

C O N C L U S I O.

Non sunt statim duo adhibendi, sed prius vnus, deinde alter, vt si forte coram vno teste corrigatur, apud duos non infametur, patet ex Euangelio, vbi dicitur adhibe tecum unum, aut duos, id est, prius unum, & si non profuerit, adhibe alterum testem.

Mat. 18.

C O N C L U S I O.

Si adhibitis testibus, frater conuertatur, non erit Ecclesie denunciandus, expressa est in Euangelio, citato.

Mat. 18.

A P P E N D.

Hinc, si nulla est criminosa spes, neque sunt inducendi testes, neque est denunciandus, nisi crimen sit in re publica, aut alicuius tertij detrimentum. Ceterum teneor denunciare Prælato, si ob meritum, obedientie sanctæ præcipiatur: si non mihi verisimile fuerit, mea secreta admonitione esse corrigendum. Tunc enim prius illum secrete admonere teneor.

Alex. Al.

q. 40.

45. in 3.

pr. 6. ar.

1. § 2.

3. Dm. q.

4.

Quæstio. Quando per viam denunciationis proceditur, potest Prælati publice delinquentem punire?

C O N C L U S I O.

Quando crimen est occultum, & denunciatio fit Prælato tantum patri, non potest Prælati tunc illum punire, neque iudicè interrogare, sed monere tantum, & minus terrere vt caute viuat, meliusque aget, si crimen non detegat, ne forte inter reum & denunciatores discordias seminet. Ratio est, quia Prælati non potest iudicè procedere, quando non habet contra reum legitimam probationem, neque infamiam, neque indicium, & reus tunc etiam sub sententia excommunicationis cõfiteri minime tenetur. Non enim est iudex cessantibus legitimis, & plenis probationibus: vt possit per viam denunciationis, procedere tamen si per viam accusationis, aut inquisitionis, semiplena probatione existente, quæ vnico teste, aut solis indicis constat, procedere posset.

C O N C L U S I O.

Potest Prælati secreto flagellis delinquentem punire, quando crimen potest duobus testibus probari, etiam si firmissimum propositum cauendi in futurum se habere dicat. Ratio est, quod

pro-

propterea, tunc procedit vt iudex. Notanter dicitur secretum, quia publice non potest, cum denunciationis finis sit sola fratris commendatio: quando autem reus fuit infamatus, aliter, vt infra dicetur, procedendum erit.

CONCLUSIO.

Si reus post secretam punitionem, in idem peccatum relapsus fuerit, potest tunc Prælatus, seu iudex publice contra illum agere, sub excommunicatione latæ sententiæ præcipendo: vt veritatem dicat, & aliis pœnis illum castigando. Hæc Conclusio Mat. 18, colligitur ex Euangelio, si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus, i. publicè illum vitabis. quod fieri non potest, nisi post iudicium in foro iudicario publicatum.

Art. II. De Accusatione, sitne sub præcepto delinquentem aliquando in iudicio accusari?

Alex. Al.  
3. p. quæst.  
42. S. T.

CONCLUSIO.

Nullus crimen publicum accusare tenetur, bene tamen iudicialiter denunciare. vt iudex per fiscum contra criminofum agat. Accusator enim tenetur probare crimen, non autem denunciator. nullusque est compellendus, vt crimen probet. quia si in probatione deficeret, pœna Calionis plectendus esset. verum cū ex lege charitatis teneatur malo reipublicæ obuiare; tenebitur criminofum tale malum machinantem denunciare. Hæc est Angeli, verbo Accusatio. Contra S. Tho. & quæstio est de nomine, nam quod Angelus denunciationem, S. Tho. accusationem vocat.

CONCLUSIO.

Nullus tenetur in conscientia accusare criminofum ob iniuriam ab illo receptam, nam Christus Iesus cum malediceretur, non maledicebat, & cum accusaretur, non criminabatur. Sed pro malefactoribus libentissimè orallegitur. 1. Pet. 2.

CONCLUSIO.

Si tamen non odio, aut maleuolentia, sed in satisfactionem iniuriæ illatæ moueatur, integrum erit illum accusare. Si enim licet petere iudicio pro damno illato in bonis fortunæ satisfactionem, integrum quoque erit pro damno illato in bonis honoris, & famæ, cum vtrouque criminofus ad

restitutionē teneatur. Intelligetur offensum odio carere, si vellet potius aliter, quam per accusationem sui honoris iacturam resarcire, verum quia aliter non potest, agit per accusationem.

Alex. Al.

q. 4. m.

6. S. Tho.

33. 2. 7.

Rnar 3.

q. Sylue

ster ver-

ba. accu-

satio §. 9.

I. Diffi. Tenebitur ne accusator prius admonere delinquentem?

Syluester duas contrarias affert opiniones.

### CONCLUSIO.

Non tenetur prius admonere, quam accuset. Ratio est, quia accusatio non fit propter bonum accusati, quod per secretam admonitionem intenditur, sed propter bonum publicum, aut accusantis satisfactionem.

II. Diffi. Quando accusator peccat?

### CONCLUSIO.

In accusatore calumnia semper est mortale peccatum. Ratio est, quia est mendacium in damnum innocentis.

### CONCLUSIO.

Accusator quando est prauaricator, aut tergiuersator, non peccat mortaliter, nisi quando reus crimine publico accusatur, quia quando crimen est in detrimentum publicum, fit reipublice iniuria prauaricando, aut tergiuersando, non autem quando crimen est in detrimentum alicuius privatae personae. Tunc enim personam accusans laesa, vel prauaricando, vel tergiuersando iuri suo cedere potest. De his vero, qui accusare possunt copiose Summistae disputant.

Alex. Al.

vbi supra

§. Th. 2.

2. q. 68.

Arti. 2.

Feliqui

Dist. 29.

Ar. III. De Inquisitione, An fiat licite de crimine occulto, nulla precedente inf. mi.?

### CONCLUSIO.

Nunquam in criminibus privatae personae quando crimen non est in reipublicam, debet specialis fieri inquisitio, nisi de illo crimine infamia praecedat. v. g. sunt tres, aut plures testes, qui Petrum sacerdotem cum aliqua concubina in lectulo viderunt, cuius criminis non est Petrus infamia notatus, quia testes tacerunt, soli Praelato denunciant crimen, tunc Praelatus nec publice illum punire, nec alios testes vocare ad inquirendum de eius vita poterit. Ita expresse definitur in c. Inquisitionis, & in c. Qualiter, & quando. vbi multa Sacrae Scripturae loca referuntur. Notanter dicitur in conclusionē ( nisi crimen sit contra reipublicam) vt crimen haeresis prodicionis, quia haec crimina contagiosa sunt per specialem inquisitionem, vel vnico duntaxat teste existente resecanda.

Hinc,

Hinc pessimè facerent Prælati regularium, si publicè punirent religiosos propter crimina coram quatuor, aut quinque testibus commissa. A B= P B N A B=

Hinc licitum esse videtur, in crimine nefando per specialem inquisitionem procedere. Cùm sit contagiosum, & atrocissimū, & tales criminosi vix sint corrigibiles, & confirmatur. Nam Doctores in c. Qualiter, & Quando definiunt, crimina atrocia, etiã si criminosi nõ fuerint infamia notati, publicè puniri possunt. & hoc crimen nefandum, & atrocissimum est. R B N

CONCLUSIO.

Præcedens conclusio non est de iure naturali, aut diuino, sed de Canonico quod diligenter notandum propter varias causas. Ita, vt Papa possit dispensare. nullibi enim in Sacra Scriptura tale præceptum reperitur. nam si reperiretur, non posset dispensare: vt secreta crimina, etiã si nulli essent nocumento, publicè punirentur. vt est lex de criminibus nefandis. Nam Achan nulla notatus infamia fuit publicè punitus. I. su, c. 7:

II. D. j. *Etne seruanda prima huius apt. conclusio in criminibus regularium?*

CONCLUSIO.

Ordo illius conclusionis seruandus est in criminibus regularium. Nam Deus Opt. Max. Gen. 18. antequam publicè puniret Sodomitas, fuerunt diffamati. Descendam, & videbo: vtrū clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. & Villicus iniquitatis prius, quam ministerio priuaretur, fuit diffamatus. Gen. 18, Luca ca. 16.

III. D. j. *Infamatus de vno crimine vt de furto, potestne de aliis criminibus interrogari, de quibus nulla est infamia notatus?* S. Tho q. 33. ar. 5. Ri. art. 2. q. 2.

CONCLUSIO.

Non potest, nisi illud crimen sit aliorum indicium, v. g. qui occidit hominem in itinere, potest interrogari de spoliis, & infamatus de adulterio potest rogari, an virum adulteræ occiderit: Nam vnum crimen est alterius indicium. Definita est in c. Inquisitionis citato vbi expressè habetur. Palud. & Caietan. vbi supra S. Tho. tenent oppositum.

CONCLUSIO.

Reus non est de sociis, qui nulla infamia laborant interrogandus, præterquam in criminibus, quæ sunt in detrimentum rei publicæ: vt est hæresis, siue proditionis crimen. A B=

Hinc deprauatam esse consuetudinem interrogandi in causa furri. P B N

sa furti, & homicidij de focus, qui nulla sunt infamis notati, constat. est enim contra ius. & reus respondere minime tenetur.

*Rs. ar. 3.  
q. 3. Nauarro in  
manuali  
ca. 18. nu.*

*Quinta Diffic. Si crimen est notorium, & ignoratur reus, poterit de illo, qui nulla est notatus infamia, iudex inquirere?*

*38. Soto  
vbi supra  
m. 1. q. 6.*

V. g. si fuerit cadaver hominis occisi repertum, cuius homicida ignoratur.

### CONCLUSIO.

Poterit specialiter inquirere, quisnam fuerit criminofus, quãuis nulla infamia laboret. Quia tale crimen est in re publicã. Si enim inquisitio fieri non posset, daretur occasio committendi passim furta, & homicidia. Hæc conclusio est DD. Innocentij, super caput primum. de postulatione Prælatorum. quam dicit communem. Nauarro in manuali. Caiet vbi supra, & Soto oppositum affirmant.

### CONCLUSIO.

Generalis inquisitio nulla præcedente infamia alterius personæ, nulloque accusatore postulante, fieri potest. Definita est in capite. cum olim de accusationibus, & in Cano. Romana. de censibus in 6 & hoc passim inter Ecclesiasticos, & regulares obseruatur.

*VI. Diffic. Quenam sunt crimina, quæ subditi, quando fit generalis inquisitio, denunciare tenentur, & iudice punire possunt?*

### PRIMA PROPOSITIO.

Crimina olim commissa, si criminofus est iam correctus, & omnino occasiones reincidendi abstulit, non sunt denuncianda. Ratio est, quia illorum non est inquisitio facienda. quod est maxime regularibus notandum. ne olim criminofsi iam religiofe viuentes Prælatis denuncientur.

### SECUNDA PROPOSITIO.

Quando criminofus laborat infamia, etiam si sit iam cõuersus poterit iudex specialem contra illum inquisitionem facere testes interrogando, qui respondere tenebuntur. Quia tunc iudex iuridicè procedit, & interrogat.

### TERTIA PROPOSITIO.

Prælatus per inquisitionem generalem, solum potest subditos in illis casibus, & ordine ad crimina denuncianda compellere, quo ipsi extra inquisitionem generalem tenentur verumetiam extra inquisitionem poterit denunciationem differre in Visitatione autem generali; infra  
tempus

tempus à Prælato assignatum, debet fieri denunciatio.

PROPOSITIO 4.

Quando crimina sunt occulta, aut probabilia per duos saltem testes, & criminofus non laborat infamia, si tunc ex secreta admonitione, fratris conuersio speratur, tenetur competere & nullo modo denunciare, neque tunc cœsura aliqua ligabitur, quia Prælati contra Euangelium non potest aliquid præcipere, vt ex superioribus patet.

PROPOSITIO 5.

Si vero tunc nulla, aut parua spes emendationis ex secreta admonitione habeatur, tunc crimen est Prælato, tanquam iudici, denunciandum, etiam si fuerit omnino occultum: non vt publice, sed vt secretè illum puniat, vt supra diximus.

PROPOSITIO 6.

Si fuerit publicum, similiter erit Prælato tanquam iudici, denunciandum, qui debet criminofum publice, sed leuiori pœna punire.

VII. Diffic. Reus, siue testis legitime à iudice interrogatus teneturne respondere veritatem.

CONCLUSIO.

Tam reus, quam testis tenetur in iudicio legitime rogatus dicere veritatem. Patet, quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. resisteret autem, si tunc rogatus veritatem non diceret.

Hinc testis, vel reus, qui durante iudicio legitimo, veritatem inficiatur, etiam si sit in proprium caput, non est à confessore absolendus. bene tamen finito iudicio, si fuerit à iudice absolutus, quia tunc solum obligatur ad satisfaciendum parti læsæ per suam negationem, non autem ad tradendum se iudici, vt in ipso vindictam exercent.

Hinc, quando in iudicio per viam accusationis proceditur, si solus vnus testis est oculus, & ab accusatore præsentetur, tenebitur dicere veritatem. Tunc enim vnus testis facit iudicium legitimum. Quia facit semiplenam probationem: Nam cū accusator agat iuste petendo vindictam iniuriæ occultæ, testis, quamuis sit vnicus, tenebitur veritatem aperire.

VIII. Diffic. Testis non accersitus à iudice tenebitur se ad testimonium dicendum offerre?

CONCLUSIO.

Tenebitur in casu criminali, vel civili, si est veritatis  
Et 4 conicius

Alex. Alé.

in 3. p. q.

41. m. 1.

S. T. 2. 2.

q. 89. ar.

1. R. art.

4. q. 2. So.

m. 3. q. 7.

Rom. ca.

18.

A P.

P E N.

A P.

P E N.

Alex. Alé.

m. 1. vbi

supra S.

Th. q. 70.

**Prou. 24.** conscius ad innocentis defensionem. Dicitur enim prouerb. 24. erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Alioqui enim ageret contra charitatem, non tamen tenetur defendendo Innocentem, accusare nocentem. estque intelligenda conclusio, quando aliter innocens liberari non potest. Nam si potest, non tenetur, quin à iudice vocetur.

C O N C L U S I O.

Nullus ad damnādum tenetur offerre se vt testificetur quin à iudice vocetur. Nam accusator tenetur prius examinare probationem, quam aduersus reum habet.

*Limitatio*

Est autem limitanda conclusio, nisi accusatio sit de crimine contra rempublicam: vt est crimen hæresis, & prodicionis, quia tunc, sicut accusator accusare tenetur, ita & testis testimonium dicere.

*Caicta.*

C O N C L U S I O.

Qui abscondit se, ne testificari contra reum compellatur, etiam si eius testimonium sit simpliciter necessariū, tam in causa ciuili, quam criminali, non peccat: dummodo parti læsæ damnū sua causa, scilicet, quia testimonium non dixit, illatum restituar. & Ratio est, quia hoc modo nullam actori abscondendo se iniuriam facit.

*Alex. Alē. ubi supr.*

**I X. Diffic.** Teneturne testis, quando à iudice vocatur, etiam cum periculo proprii capitis testari?

C O N C L U S I O.

Nequaquam tenetur. Ratio est, quia magis tenetur diligere se, quam alium, poterit tamen cælare veritatem verbis amphibologicis, vt supra diximus.

*Alex. ibi. m. 3.*

**X. Diffic.** Tenebiturne filius contra patrem testis esse?

C O N C L U S I O.

Tenetur in legitimo iudicio, si à iudice vocetur. Nam cum suum crimen in tali iudicio, si accusetur, confiteri teneatur, tenebitur quoque contra patrem reum, si præsentetur.

**XI. Diffic.** Tenebiturne aliquis manifestare crimen in iudicio, quod iuramento calandum promisit?

C O N C L U S I O.

Si à legitimo Iudice vocetur, illum reuelare tenebitur. Ratio est, quia iuramentum fuit in præiudicium parti læsæ. hucusque de Correctione fraterna.

73

FLORES QVÆSTIONIS  
De Voto,

*Art. I. De his, quæ ad essentiã Voti pertinent?*

In hoc art. de forma voti, id est, de promissione, quæ dat esse voto, & de voti materia disputabitur, & absoluetur aliquot difficultatibus positis.

I. *Diffic. An præter intentionem, siue propositum faciendi aliquid, promissio ad votum desideretur?*

CONCLUSIO.

**D**E essentiã voti sunt voluntatis deliberatio, & propositum, id est, intentio obligandi se Deo, atque promissio. Nam vt homo homini per solum propositum non obligatur, sed per promissionem, ita neque Deo sine deliberatione proposito, & promissione, aliquis obligabitur. Quæ quidem per solam interiorem cogitationem Deo, qui intuetur cor, fieri potest.

*II. Dif. Simplex assertio sine verbis promissoriis, obligabitne aliquem in conscientia?*

Vt, si quis dicat: ego tibi in iudicio patrocinabor, quin dicat ego tibi meum promitto patrocinium.

CONCLUSIO.

Nunquam aliquis per simplicem assertionem quicquam promittere censetur. Ratio est, quia cum quis alicui dicit, ego tibi in iudicio suffragabor, statim exigit promissionem dicens, promittisne? quamobrem, si non habuit intentionem obligandi se, per talem assertionem obligatus haud erit.

*III. Dif. Votum sine plena deliberatione factum, obligatne vouentem?*

CONCLUSIO.

Votum, cum actuali deliberatione præmissa, quæ plena, aut semiplena nominatur, vouentem obligat, ita vt illud adimplere teneatur. Definita est expressè in cap. sicut nobis de regularibus vbi ad voti executionem obligatur, qui maxima laborans ægritudine, mortis timore vouerat & in cap. Veniens de Voto vbi Alexan. 111. commutat votum in puerili ætate quadam facilitate sine plena deliberatione emissum. Et ratio est, nam vt aliquis iracundia accensus, aut repèrino motu dummodo sit compos potest votum frangere, & mortaliter peccare, ita eadem passione dominante potest votum emittere, & per votum

S. Tho. 2.  
2. q. 88.  
reliqui  
Doctores  
d. 28. &  
Solo. lib.  
7. de inf.  
& iur.  
S. Th. art.  
1. D. Bon.  
q. 1. ar. 1.  
c. 1. Ric.  
ar. 2. q. 2.  
Solo. q. 1.  
ar. 2.  
1. Reg. 6

D. Bon.  
& Solo  
vbi sup.

Deo obligati. neque enim in votum libertas ad aliquid promittendum, quam ad seruandum promissum desideratur.

## C O N C L U S I O.

Qui sine vlla deliberatione actuali, plena, aut semiplena votum emittit, non tenetur votum adimplere, quia non est mentis compos.

A P.  
P B N.

Hinc, si ebrius, aut iracundus, primo iræ motu laboras inter, aut voueat se Hierosolymam iturum, si iterum ludat, non perpendens, sit ne bonum, an malum tale votum facere, quauis illud non adimpleat, non erit voti reus. Nam cum primus motus non sit liber, quia non est in nostra potestate, votum, vel iuramentum tunc factum non valebit.

A P.  
P B N.

Hinc, qui iurandi assiduitate iuraret se Hierosolymam iturum, si iterum iurauerit, ad voti adimplentionem non teneretur propter defectum actualis deliberationis. Nam licet illa deliberatio virtualis ad inducendum periurij peccatum sufficiat, eo quod prauam consuetudinem euitare tenebatur, ad obligationem tamen voti non sufficit. quia sic promittens animum promittendi, quod est de essentia voti, minime habet. atque ita est Ricardi sententia intelligenda.

## C O N C L U S I O.

In votis repentinio voluntatis motu factis, optimum erit consilium, dispensationem obtinere, quæ facillimè concedetur, propterea quod nimia facilitate emissa fuerunt, difficile namque est in huiusmodi euentibus, quid tenendum sit iudicare. Definita est in cap. Veniens de voto.

Hinc regula summæ Angelicæ, quæ dicit necessarium esse, vt tale votum obliget, recedente ira aut passione iterum confirmare, parum veritatis habere videtur.

## C O N C L U S I O.

Votum emissum sola virtuali deliberatione est nullum. Vt si quis sola assiduitate iurandi promittat ira commotus peregrinationem aliquam si cum Socrate iuserit. Ratio est, quia ad votum non satis est, vt sit voluntarium in sua causa, quale est votum ex assiduitate tantum iurandi factum, verum etiam oportet vt sit in se voluntarium, & hoc modo intelligenda est Ricardi opinio.

Seco. d. 39  
4. D. Pon. ter vt sit in se voluntarium, & hoc modo intelligenda est Ricardi opinio.

sup. Sylus.

verbo re-

ligio 3. S.

6. Cæct.

ubi supra

S. Thom.

III. Diffic. Ad voti obligationem desideraturne propositum adimplendi promissum?

V. g. milites S. Ioan. vouent continentiam perpetuam animo obligandi se ad illam religionem, est. Diffic. An teneantur etiam habere efficax propositum obseruandi continentiam

C O N

DE VOTO  
CONCLVSIO.

Tunc est perfectum, & integrum votum, quando vouens intentionem obligandi se, & adimplendi promissum habet. Ratio est, quia concurrunt omnia, quæ ad voti perfectionem desiderantur. vt pote, deliberatio voluntatis, promissio, qua vouens Deo obligatur, & propositum faciendi promissum.

CONCLVSIO.

Vouens animo obligandi se, & non adimplendi promissum, mortaliter peccat, estque in statu damnationis, donec propositum mutet, & ad votum adimplendum obligatur. est enim de essentia voti voluntas obligandi se Deo per tale votum, quam ita vouens habet, cum vellet fieri religiosus illius ordinis, in quo votum vouit Domino, deprehendetur verè carere proposito adimplendi votum, si occasiones incontinentiæ non vitauerit, & incaute, sicut ante votum, vixerit.

CONCLVSIO.

Qui voce tenus, sine animo obligandi se Deo, & adimplendi votum, vouet, mortaliter peccat. quia mentitur, si vote tantum illud proferat, non tamen ad votum adimplendum obligatur. de est enim voluntas vouendi, quæ in voto est radix obligationis.

Hinc, qui coram aliis: vt sit in voto solemnè religionis, sine animo promittendi, vouet, votum adimplere tenetur, non ratione voti, quia fuit nullam, sed ratione vitandi scandalum, quod ex voti fractione sequeretur, possetque Ecclesia sic vouentem ad voti obseruantiam compellere, quia cum Ecclesia non iudicet de occultis, non tenetur illi credere, quamuis iurer intentionem obligandi se, non habuisse, quemadmodum sicte ordinato aut baptizato, etiam si iureiurando affirmet se in intentionem recipiendi tale sacramentum non habuisse, fidem adhibere haud tenetur.

Hinc, sicte vouens secluso scādalo, vt si à loco, vbi scandalū ori potest longe recedat, ad voti obseruantiam minime obligabitur.

Hinc, si in eodem loco permaneat, tenetur ad secretè vouendum. Aliter enim non erit monachus, & dum falso Monachatum repræsenta, est in statu damnationis, propterea quod Prælati non habent authoritatem absoluendi, aut ligandi illum, sed solus Diocesanus Episcopus, cum non sit monachus. Tameniam quia si intentionem suffragandi in electionibus

A. P.  
P. E. N.

A. P.  
P. E. N.

A. P.  
P. E. N.



electionibus habet, cum vero suffragio careat, mortaliter peccat, quapropter, vel recedat à loco, sine scandalo habitum dimittat, oportet, vel secreto intra se votum religionis emittat, dicens Domine ego voueo paupertatem, &c.

D. Bo. R.  
 & Sol. r.  
 bi supra.

V. Diffic. Solum vouendi propositum sine explicita, aut tacita promissione, obligatione, ac si votum factum fuisset.

V.g. ingreditur aliquis religionem cum firmissimo perseverandi proposito & ante professionem mutat sententiam, & reuertitur ad sæculum, eritne hic voti reus?

Verbu. ro  
 lig. 3. §. 2

Syluest. duas refert opin. primam Canonistarum tenentium partem affirmantem. Secundam Theologorum defendentium partem negantem. quos Cai. in hoc art. Citat, & sequitur.

### C O N C L U S I O .

Solum propositum vouendi sine expressa, vel tacita promissione, obligationem adimplendi propositum non inducit. Definita est expresse in cap. ex parte & in cap. literarum. de voto, & in cap. si bonum 17. q. 1. nam proponere aliquid facere non est promittere. sunt enim de essentia voti actualis. deliberatio voluntatis, idest, vt emissurus votum dicat, volo esse monachus, & promissio, quæ est votum, siue voti forma.

D. Bo. q.  
 2. Ric. ar.  
 1. q. 3. ad  
 a. Solo. li.  
 7. de iust.  
 & iur. q.  
 1. ar. 3.

VI. Diffic. An possit votum de re illicita fieri?

Nequaquam fieri potest. Votum enim de re illicita est in contumeliam Dei, & ideo non tam promissio, & Votum, quam comminatio dici debet. est votum bonum, quia res promissa est bona, & à contrario sensu, erit votum illicitum, & malum, quando res promissa mala, & illicita fuerit.

A. P.  
 P. E. N.

Hinc, promittens Deo aliquod veniale habens intentionem irrogandi Deo aliquam offensam, grauissimum sacrilegium, & blasphemiam committit. quia est comminatio contumelie, & non promissio.

A. P.  
 P. E. N.

Hinc, quando quis promittit veniale sola intentione complacendi sibi, qualis erit animus, & intentio, talis erit promissio mortalis, scilicet, aut venialis, quia votum, siue iuramentum de re aliqua illicita tantò est deterius, quanto res promissa est maioris malitiae: non enim effectus est sua causa deterior.

D. Bon. q.  
 2. Ric. ar.  
 13.

VII. Diffic. An votum de re indifferenti obliget.

C O N

## CONCLUSIO.

Votum de materia indifferenti nullo modo promittentem obligat displicet namque Deo stulta promissio, qualis est de materia indifferenti: est enim inutilis quam vel homines repudiant.

Hinc votum non ludendi cum alio, vbi nulla ratio mali interuenit, est nullam.

Hinc mulieres promittentes in honorem Virginis Sanctissimæ abstinere in sabbato à panis coctionem, non abstinendo ab aliis operibus seruilibus, votum reddere minime tenentur. quia est opus indifferens, parum enim refert abstinere se ab vno opere seruili, si alijs vacet.

## CONCLUSIO.

Quando res indifferens ex suo genere, bona ratione alicuius circumstantiæ efficitur, voti materia esse potest. Ratio est, quia tunc erit votum de re utili, & bona.

Hinc, votum non confabulandi cum certa persona, quia est vouentis iniuriæ, & scandali occasio, erit validum cessante autem scandalo, & iniuriæ occasione, erit nullum, nec obligabit. quia iam materia indifferens est effecta: & de similibus simile iudicium est.

VIII. Diffic. *Votum de re inuitabili, vt de nunquam peccando venialiter, valebit?*

Votum de nunquam venialiter peccando, quoad peccata, quæ sunt inuitabilia, est nullum. Ratio est, quia illud promittere non possumus, quod in nostra potestate non est, qualia sunt peccata venialia, quæ rationis vsum præueniunt, vt primi sensualitatis motus, de quibus B. Ioan. dicit si dixerimus, quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

## CONCLUSIO.

Valebit tamen votum istud, quoad illa venialia, quæ sunt in nostra potestate, vt quæ non præcedunt, sed sequuntur rationis vsum, quale est mendacium leue, verbum otiosum. Ec. ratio est, quia qui promittit aliquid, & totum reddere nequit, saltem ad partem reddendam obligatur, vt qui promittit centum, & non nisi decem reddere potest. Oppositum tenet Soro, est tamen consulendum ita vouentibus, vt dispensationem obtineant propter difficultatem adimplendi votum.

IX. Diffic. *An de rebus necessariis ad vitam æternam consequendam, quæ sunt præcepta decalogi, possit fieri votum.*

CON-

9.3. So. 7-  
bi supra.A P-  
P E N.A P-  
P E N.A P-  
P E N.D. Bone,  
q. 2. Ric.  
ar. 3. q. 2.  
ad. 1.

1. Ioan. 8

D. Bon. q.  
2. Ri. ar.  
3. q. 2. ad.  
1. So. q. 1.  
ar. 3.

Q V Æ S T I O.  
C O N C L U S I O.

Possunt quidem esse voti materia. Ratio est, quia licet sint necessaria necessitate finis, id est, ad vitam æternam consequendam, sunt nihilominus in nostra potestate, & voluntaria.

C O N C L U S I O.

Verum de huiusmodi rebus factum qui transgreditur, grauius peccat, quam si votum non emisisset. est enim transgressio duorum præceptorum.

A P- Hinc, qui in duabus religionibus regularium bis votum so-  
P E N. lemne continentur emisit, grauius peccat, si incontinenter vi-  
uat: duplici enim voto ad continentiam est obligatus. Idem est  
iudicium de illo, qui super eandem materiam vota multiplicat.

D. R. q. X. Diffic. Licetne absque peccato opposita consi-  
2 So q. 1. lorum promiserit?

at. 3. V. g. si quis dicat, promitto non intrare religionem, vel non  
dare elemosynam, nisi patienti extremam necessitatem.

C O N C L U S I O.

Opera supererogationis, cuiusmodi sunt consilia Euangelica, propria voti materia esse dicuntur. Ratio est, quia sunt omnino voluntaria.

C O N C L U S I O.

Non licet aliquid contra consilia, & supererogationis, opera promittere, quia tale votum impedit omnino maius bonum, ponit enim in corde suo non ascendere. Et in via Domini non progredi, regredi est.

C O N C L U S I O.

Qui promittit contra consilia, etiam quando fuerint sub præcepto, mortaliter peccat, vti si quis promitteret, nusquam dare elemosynam etiam extremam necessitatem patienti. Ratio est, quia talis promissio propositum peccandi mortaliter includit.

C O N C L U S I O.

Si ita vouens intenderet, vt Deus promissionem acceptando, sua consilia reuocet, grauisimum sacrilegium, & blasphemiam committeret, quia esset velle Deum mutabilem esse, quod deitati repugnat.

C O N C L U S I O.

Qui sic vouens intenderet Christo, consulenti displicere, esset peccatum contra charitatem, & odium Dei.

C O N-

CONCLYSIO.

Qui ita per ignorantiam voueret, existimans se Deo obsequium prestare, vt si promitteret, nō dare elemosynam Petro, quia est superbus, venialiter peccaret. Nam per ignorantiam a mortali excusabitur.

Hinc, nunquam licebit votum, de nunquam vouendo emit-tere quia consilium Euangelicum est.

A P-  
P E N.

XI. Diffic. *Votum emissum de aliquo super erogationis opere propter malum finem, ritue validum?*

D. Bo. q. 1.  
Ric. ar. 1.  
So. q. 1. ar. 3.  
Ca. vbi supra. S. Thio.

CONCLYSIO.

Quando malus finis est materia voti, id est, res, quæ promittitur, solum obligat votum ad poenitendum, cum sit. M. P. quia qui malum finem promittit, vt vouens non dare elemosynam, nisi propter vanam gloriam, habet voluntatem, & intentionem peccandi, & peccate promittit, atque ita non obseruare votum, sed poenitere tenetur, cum ad vitandum peccatum obligetur.

Est tamen limitanda conclusio de sententia Magistri Victoria, dummodo ita vouens habeat propositum adimplendi promissum. Nam si tali proposito caret, mortaliter non peccat, quia voluntatem peccandi non habet, sed venialiter tantum, quia tale votum otiosum, & inutile est.

Limita-  
tio.

CONCLYSIO.

Quando malus finis non est materia voti, sed causa ad vouendum excitans, & aliquod bonum vouetur, peccat, qui ita vouet. votum tamen tenet. actus enim bonitatem, aut malitiam a fine operantis, sortitur, & cum finis sit malus, actus quoque malus iudicabitur. votum tamen illud valebit, quia materia est licita, & Deo grata, intentionem tamen mutare tenebitur.

Hinc, votum malum, & nullum, non sunt idem. Nam in presentia votum est malum, quia peccatum est, tamen obligat. Hinc, qui promittit missas, vt præbendam consequatur, habens intentionem abutendi præbenda, adimplere promissum, quia est bonum, scilicet, missæ sacrificium, & praua intentionis poenitere tenetur, & de similibus simile est iudicium.

A P-  
E N.

A P-  
E N.

CONCLYSIO.

Qui vouet rem bonam pro aliquo malo a Deo impetrando, vel ante consequationem mali, vt si quis det elemosynam pauperi: vt Deus in bello iniusto sibi Victoriam concedat,

concedat,

concedat, vel ad aliquam fraudem sit patronus, vel ante factum aliquid Deo promittat, si quod iniustum postulat euenerit, vel si post factum obtenta iniustitia aliquid Deo in gratiarum actionem offerat, tunc graue sacrilegiū, & blasphemia interuenit. irrogat enim Deo iniuriam petendo patrociniū ad malum. Nā cum sit summe bonus, non potest esse mali author. nullus namque Deo authore est deterior.

## C O N C L U S I O.

Qui promittit bonum in ordine ad malum puniendum, siue impediendum, si euenerit, promissum seruire tenetur, vt si quis promittat se daturum Deo 100. aureos, vel ingressurum religionem si adulterium cōmiserit. Ratio est, quia huiusmodi votum est licitum quia est in ordine ad malum non faciendum, sed puniendum, vel fugiendum: vt qui intrat religionem, ne iterum adulterium committat.

## C O N C L U S I O.

Similiter valet votum pro bono assequendo, quod naturaliter ex malo principio ortum habet, vt si quis promittat vas argentum templo virginis sanctissimæ, si prolem ex concubina habuerit. proles enim bona est. quamuis causa scilicet, adulterium, siue fornicatio sit mala.

**A. P. N.** Idem est iudicium de meretrice, quæ virgini dimidietatem turpi lucri promittit nam licet causa lucri sit turpitudine, lucri tamen licitum est.

**A. P. N.** Idem quoque censendum est de lusore, qui promittit pauperibus partem lucri in ludo iusto. Nam licet ludus in ordinarius si p. licitum tamen ex ludo iusto est licitum, & horum omnium ratio communis est, quia bonum promissum, non est ad malum impetrandum. nolunt enim ita vouentes, Deum esse mali causam.

D. Bo. q.  
Rica. art.

3. q. 1. ad  
2.

XII. *Dis. Votum de re licita maius, & perfectius bonum impediens obligatne in conscientia?*

V. g. votum nubendi quod impedit cælibatum, aut religionis ingressum, quæ sunt bona perfectiora.

Dux sunt opiniones. Prima Caieta in art. 2. Thom. dicentis quando quis promittit matrimonium, vt est in officium, nec valet promissio, nec adimplere tenetur. Qui verò promittit in remedium, quia est pronus ad libidinem, & iam expertus est à tēratione carnis superarij, votum nuptiarum adimplere tenetur.

Contraria opinio est Soti lib. 7. de iust. & iur. quæst. 1. artic. 3. asserentis,

asserentis, votum nuptiarum, siue sit in remedium, siue in officium nunquam obligare.

C O N C L U S I O .

Si expertus est se non posse seruare cælibatum de facto, quia frequentissime abstinere proposuit, & nihilominus à libidine victus est, si votum nuptiarum emiserit, illud adimplere tenetur. Ratio est, quia votum debet fieri de meliori bono, & huic melius est matrimonium cælibatu. Incontinentibus enim melius est nubere, quam vri, vt B. Pau. docuit. 1. Cor. c.

C O N C L U S I O

7.

Non nuptæ, & viduæ, seruantes continentiam, si nubere uoluerint, non peccant. Dixit enim B. Pau. de istis, si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit. 1. Cor. c.

C O N C L U S I O .

Votum tamen nuptiarum obseruare minime tenentur: nunquam enim debet homo disponere descensiones, sed ascensiones in vita spirituali, iuxta propheticum dictum. Beatus, vir cuius est auxilium ab ste, ascensiones in corde suo disposuit, qui autem matrimoniū uouet, descendit è cælibatu ad Matrimonium. Psa: 38.

XIII. *Diffi. An Christiani in Bap̄tismo emittant votum seruando præcepta diuina, & Ecclesiastica?*

Soto xbi  
supra ad  
1.  
B. Hiero.  
& Dur.  
Aug.

Glossa super locum Psal. uouete, & reddite &c. partem affirmantem tenet, & eiusdem sententiæ uidetur esse D. Hiero & Aug. vt refertur in cap. 1. de consec. d. 4. & S. Tho. in solutione ad. 1. 2. art. & Alij Theologi.

Contrariam sententiam tuetur Caietanus, & Alij Thomistæ.

C O N C L U S I O

Baptismus non est votum implicitum, aut explicitum seruandi præcepta Euangelica, aut Ecclesiastica. Nam recipiens Baptismum solum profert hæc uerba, abrenuncio, & uolo & credo, quorum uerborum multum promissionem, quæ est de essentia uoti significat. quæ per nullum istorum uerborum votum implicitum, aut explicitum, idest, expressum emittitur. neque enim abrenuntiare est promittere, sed expoliare se ante acta uita neque uelle esse Christianum promissionem emittere, & credere ad solum fidei assensum referre.

C O N C L U S I O .

Ratione Baptismi in baptizatis oritur obligatio seruandi præcepta

FF                      cepta

cepta Diuina & Ecclesiastica, quæ ori solet ex voto implicito, aut explicito: non tamen quod aliquo modo præcepta promittant. Ratio est, quia Cathecumenus ante Baptismum non seruando dies festos non peccat, quemadmodum post susceptum Baptismum, quare ratione Baptismi ad præceptorum obseruantiam obligatur. & ita intelligenda est i. opinio.

D. Bo. q.  
2. Soto in  
fine q. 1.  
lib. 7. D.  
Hiero.

XIIII. Dif. Peccauit ne seplite, quando vouit immolare Deo, qui. quid sibi reuertenti cum victoria primum e foribus domus occurreret?

D. Hiero. affirmat in vouendo stultum fuisse, & in reddendo insipientem, & cum stultitia sit P. M. indiscretionis peccasse sensu. D. Tho. vbi supra, est opposita opinio.

## CONCLUSIO.

Iudicium.  
c. 11.

Peccauit Iepthe tale votum faciendo. Ratio est, quia fuit votum stultum propter indiscretionem. Cum primum enim vidit filiam, scidit vestimenta sua, & dixit. hæu me filia, decepisti me &c aperui os meum ad Dominum, & aliud facere nõ poteram. Vbi aperte fatetur se votum sine discretionem materiae immolanda fecisse. fuit quoque impius in reddendo votum, quia fecit contra præceptum, non occides.

Nicolaus de Iyra opinatur Iephte filiam non immolasse, sed Deo, vt in perpetua continentia viueret, obtulisse affertq; multa loca Sacrae Scripturae in suum fauorem,

## Art. II. Obligatione omne votum ad sui obseruantiam?

S. Tho. 2.  
2. q. 88.  
ar. 3. dd.  
38. Ric.  
ar. 2. q. 1.  
c. 2. c.  
Sot. lib. 7.  
q. 2. ar. 1.

Obligat quidem, quia tenemur seruare fidem, id est promissionem Deo & ratione Domini, quia creauit nos, & ratione beneficiorum, quæ quotidie ex sua liberalissima manu recipimus: displicet enim Deo infidelis promissio.

I. Dif. Fractio voti est p. m. ex genere quemadmodum furtum, & homicidium?

## CONCLUSIO.

DD. vbi  
supra.  
Præf. ca.  
2.

Est quidem M. ex genere, vt constat. prouerb. 20. vbi dicitur, ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare id est, retrocedere, & est definita in c. Magna deuotionis. de voto. Vbi legitur, vouere esse opus consilij, reddere autem opus præcepti.

S. Tho. in  
fra q. 79.  
arti. 3.

II. Dif. An fractio voti possit aliquando esse veniale peccatum?

V. g. ratione paruitatis materiae: vt si quis promiserit singulis diebus vnicam salutationem dominicam, siue Angelicam salutationem recitare.

Dux sunt opiniones, Prima Gaeta vbi supra dicentis, si re-  
minima est tota materia voti, transgressio semper erit mortalis,  
si autem pars materiae, vt si quis pratermitteret tres Ave Ma-  
ries ex 100. promissis, tunc ratione paruitatis materiae, trans-  
gressio esset venialis tantum.

Contraria opinio est Soti asserentis, in omni euentu, ratione *Et. 2. de*  
paruitatis materiae, etiam si res parua sit tota materia voti, fra-  
ctionem esse venialem tantum. *ius. et in*  
*re. qu. 2.*  
*art. 1.*

CONCLUSIO.

Votum de re minima, & quando est pars totius materiae pro-  
missae, vel tota voti materia, obligat transgressores ad veniale  
tantum. Ratio est, quia transgressio cuiuscunque praeccepti, ra-  
tione paruitatis materiae, idest, parui nocumenti, solum obligat  
transgressores ad veniale: minimo enim nocumento charitatis  
Dei, & proximi non destruitur, & fractio voti, transgressio pra-  
ecepti diuini est, vt constat, qua propter ratione paruitatis mate-  
riae fractio voti erit tantum venialis.

Hinc, si votum, exempli gratia, recitandi singulis diebus An-  
gelicam salutationem nunquam adimpleatur, non erit mortale,  
vt sentit Soto,

A P-  
P E N.

III. Diff. *An simplex promissio facta homini in*  
*conscientia obliget?*

Dux sunt opiniones, quas refert Syluestr. Vna Canonistarum  
negans obligare in conscientia. Altera, & contraria est commu-  
nis.

*Verbo pa-*  
*ctum. §.*  
*3. & 4.*  
*Soto in*  
*2. d. 39.*  
*& S. 10*  
*ubi supr.*

CONCLUSIO.

Simplex promissio homini facta ex genere transgressores ad  
mortale obligat. quia vt per simplicem promissionem obliga-  
mur Deo, ita & homini. violatio siquidem promissionis vtrobi-  
que est actus iniustitiae, & ideo est mortalis ex genere, nisi ali-  
quando, aut ratione paruitatis materiae, aut propter defectum  
consensus a mortali excusetur.

CONCLUSIO.

Vt talis promissio in conscientia obliget, necessaria est acce-  
ptatio eius, cui fit promissio nec hic locus est illi regulae, qui ta-  
cet consentire videtur. Ratio est, quia beneficium inuito non  
confertur, & quando fit praesenti, si taceat, donec acceptet, non  
videtur illi placere.

CONCLUSIO.

Per simplicem asserentem, nullus tenetur adimplere as-  
sertum, vt si quis dicat, Orabo pro te, vel quid simile. quia

simplex assertio solum est propositi, quod facile mutari potest, explicatio. Nota ad tollendos scrupulos eorum, qui pro aliis, se oraturos affirmant, quando enim aliquis alteri dicit: Ego suffragabor tibi in iudicio, statim alter exigit promissionem dicens, promittis ne? Unde secundum communem acceptionem nullus per simplicem assertionem censetur facere promissionem.

## C O N C L U S I O.

Per solam pollicitationem, quæ est promissio facta absenti, nullus nisi in casibus a iure expressis, in conscientia obligatur. casus autem hos apud Syluest. verbo Pollicitatio repeties.

## C O N C L U S I O.

Vt promissio simplex in conscientia obliget, duæ conditiones sunt necessariæ. Prima vt personæ, & res si tempore adimplendi promissionem in eodem statu, in quo quando fuit facta promissio, erant.

Secunda vt promittens habuerit firmissimam intentionem obligandi se. Constat prima conditio ex regula Senecæ, quam citat Syluest. quia quando facta promissione aliquid superuenit, quod si tempore promissionis extitisset, non fuisset facta promissio, tunc non obligat. Secunda conditio ita explicatur, si tempore promissionis præstitisset promittens iuramentum, si ab exactum fuisset, animum tunc obligandi se habuit, si autem non præstitisset, & intentione obligandi se caruit, & ad promissum adimplendum non tenetur.

**A. P.** Hinc, si tempore promissionis erant amici, & adimplentionis  
**P. E. N.** tempore sunt inimici, aut si tempore promissionis erat ditior,  
**Ar. I. Soc.** quam tempore adimplentionis, non tenetur adimplere promissum,  
**to. que. I.** quia personæ non sunt in eodem statu.

**art. I.**

## C O N C L U S I O.

Ficte promittens non tenetur, nisi ad pœnitendum de mendacio, etiam si iuramento illud promiserit. Ratio est, quia radix obligationis, s. voluntas obligandi se defuit.

**IIII. Diff.** Promissio homini facta per solum actum interio-  
*rem, obligatne in conscientia promittentem?*

Opinio probabilis est, quæ tenet sic promittentem obligari ad manifestandam suam mentem illi, cui facta est promissio, vt eam si placuerit acceptet, opposita tamen opinio est S. Thom. & verior.

## C O N C L U S I O.

Minime per talem promissionem interius factam promittens in conscientia obligatur. Ratio est, quia promittens non tenetur

tenetur ad secundum promissum, nisi alius acceperit, & per so-  
lam mentalem promissionem, ille, cui fit promissio, nihil acce-  
perit, neque potest. quare ita promittens non tenetur suam me-  
tem alteri manifestare. Promissio siquidem mentalis sola est  
propositum, aut simplex assertio, & mutari potest.

Hinc, promissio facta surdo, vel absenti, antequam ab eo ac-  
ceperetur non obligabit.

*V. Diffic. An promittens religionem in particulari, vt B. Patri Fran-  
cisci si in duobus, haud tribus Conuentibus simitinis non admit-  
tatur ad aliam prouinciam, vel Regnum, vbi fortassis ad-  
mittetur, adire teneatur, perinde religionem in gene-  
re promittens non admissus in vna, alias per  
totum orbem quærere  
teneatur?*

A P-  
P E N.  
S. Tho. 2.  
2. q. 89.  
ar. 4. Ri.  
ar. 5. q. 1.  
ad 2. So.  
q. 1. arti-  
1.

Opinio Caieta. & Soti, tenet promittentem religionem in  
particulari, si duos aut tres conuentus adierit, in quibus non  
fuerit admissus, ad nihil amplius teneri, promittentem verò in  
communi, non teneri nisi ad petendum habitum, in omnibus  
conuentibus eiusdem Prouinciæ v. g. si fuerit Hispanus in Hi-  
spaña, & si Gallus in Gallia &c. tenebitur adire omnes religio-  
nes eiusdem Regni.

CONCLUSIO.

Si impedimentum, quo minus religionem ingrediatur fuerit  
temporale, verbi gratia, si captus sit ab hoste dū conateretur reli-  
gionem ingredi, vel in grauissimum morbum incideret promit-  
tens cessante impedimento religionem intrare tenetur. Ratio  
est, quia sublato impedimento, nulla subest excusationis cau-  
sa.

Hinc, promittens religionem, si ad Sacerdotium non admit-  
tatur (quia est idiota) tenebitur vel tollere impedimentum di-  
scendo grammaticam, vel facere laicorum professionem. labo-  
rare enim tenebitur, quantum in se est, vt votum adimpleat.

A P-  
P E N.

CONCLUSIO.

Votum ex natura sua vouentem religionem, & non admis-  
sum in sua prouincia, extraneas quærere compellit, v. g. Hispa-  
nus Italiam &c. Ratio est, quia votum obligat ad sui obseruan-  
tiam, secundum vltimum de potentia.

CONCLUSIO.

Votum ex intentione vouentis non obligat vouentem ad

ff } extra-

extraneas provincias querendas. Ratio est, quia modus extraordinarius adimplendi votum, qui impediret promissionem, si vouens tunc illius recordaretur, impedit quoque voti executionem. Propterea quod votum est omnino voluntarium, & si vouens tempore voti interrogatus fuisset, an exclusus in Hispania vellet in Italiam se conferre, profecto renuisset.

A. P.  
P. E. N.

qu. 189.  
art. 3.

Hinc sequitur contra Innocentium in cap. Porrestant. de regul. & transeuntibus ad religionem, quam refert Caiet. qui tenet non admissum ad religionem, & non ex culpa sua, teneri votum religionis emittere in manibus Episcopi, & intra domum suam religiose viuere, quia votum religionis emissum fuit conditionale, scilicet, si admitteretur.

S. Th. ubi  
supra Sot.  
ubi supra.

VI. Dissic. Suntne hæc vota æquivalentia promitto me in gressurum religionem, aut promitto me futurum religiosum, seu Monachum.

Caiet. respondet duo. Primum promittens ingressum religionis, qui nihil de perseverantia cogitavit, perseverare non tenetur, sed solum intrare novitiarum. Secundum, si promiserit fieri monachus, perseverare tenebitur.

### C O N C L U S I O.

Ex natura voti idem est promittere ingressum religionis vel promittete effici religiosum. Ratio est, quia nullus ingreditur religionem, donec fiat religiosus, & cum ante professionem nullus sit religiosus, siue monachus, idem profecto erit ex natura voti, promittere ingressum religionis, aut promittere fieri monachum.

### C O N C L U S I O.

Quando promittens solum habuit expressam intentionem experiendi statum religionis, placeretne sibi, tunc ad professionem non obligatur. Ratio est, quia votum, cum sit voluntarium, solum obligat iuxta voluntatis determinationem.

S. Th. ubi  
supra Sot.  
in octavo.

VII. Dissic. Qui promisit votum religionis simpliciter, poteritne absque peccato intra annum professionis retrogredi?

### C O N C L U S I O.

Non poterit sine peccato, quin habeat legitimam retrogrediendi causam. Ratio est, quia promittens tenetur, quantum in se est, dare operam, ut promissum adimpleat. Alioquin enim inter ingredientem cum voto, aut sine voto, nullum esset discrimen, causa autem sufficiens recedendi erit perpetua infirmitas corporalis, vel experientia, quod in posterum habebit impedimen-

tum, quominus promissum obseruare possit.

VIII. Dif. *Qui facti professione propter deprauatos mores, quia est incorrigibilis a religione expellitur, tenebitur vota essentialia, & præcepta religionis seruare?* So. lib. 7. q. 2. ar. 1.

CONCLUSIO.

Ita exclusus a religione non tenetur præcepta regulæ, nec votum obedientiæ, & paupertatis obseruare. Ratio est, quia iam non est monachus illius religionis, & impossibile est obedientiam seruare, quia non est illis Prælati subditus, atque etiam paupertatem, cum sine proprio viuere haud possit.

CONCLUSIO.

Obligatur tamen ad seruandum solenne continentiæ votum ita vt sit inhabilis ad contrahendum, & grauius fornicatio peccet. hæc patet à simili. Nam vt coniugatus extractus a religione post solennem professionem, quam in vita vxoris emiserat, mortua vxore, est inhabilis ad contrahendum, propter solenne votum emissum, ita à simili in proposito, vt constat ex cap. Placet &c. Quidam. de conuersione coniugatorum, & ex consuetudine Ecclesiæ, quæ nunquam tales exclusos ad matrimonium admittit.

CONCLUSIO.

Tenetur etiam, quantum in se fuerit vitam in melius mutare, vt iterum ad religionem recipiatur. Nam si conuersus, & religiose viuens non recipiatur, deinceps exclusio ad p. sibi non imputabitur.

DVBIVM.

Quid, si exclusus ante votum solenne, vouit simpliciter religionem, & in genere, tenebiturne facta exclusione, aliam religionem quærere? Respondeo videtur non teneri, quia propter infamiam habet impedimentum perpetuum, quominus recipiatur.

IX. Dif. *Emittens simplex votum religionis, dum non recipitur, tenebitur seruare continentiam?*

S. T. 1. 2. q. 189. ar. 4. So. lib. 1. c. 1. citato.

CONCLUSIO.

Non tenebitur antequam admittatur seruare continentiam. Ratio est, quia simpliciter promittens religionem, nullo modo promittit continentiam, sed se facturum solenne continentie votum. Nam, vt non tenetur ieiunare, qui promittit se emissurum votum ieiunandi, antequam promittat, ita à simili in præsentia.

A P- Hinc, si ad religionem sine culpa sua non fuerit admissus, po-  
P E N. terit sine peccato matrimonium contrahere.

S. T. 2. 2.

q. 88. ar. X. Diffic. *Emittens votum simplex religionis, & ob culpam suam  
3. So. ar. illud non implens, quia Matrimonium contra-  
1. q. 2. Ve. xit, poteritne debitum peteri?*

votum 2.

Canonistæ (vt refert Syluest). partem negantem defendunt.  
Theologi verò affirmantem tuentur. Vt Caiet, Hic docet.

### CONCLUSIO.

Qui sic contrahit Matrimonium, quamuis mortaliter peccet,  
debitum exigere potest. Ratio est, quia materia talis voti nō est  
continentia, sed votum solenne faciendum. quemadmodum e-  
nim non tenetur ad seruandam obedientiam, & paupertatem,  
ita neque ad continentiam, donec solenniter voueat.

### D V B I V M.

S. Th. & *Virgo, que simpliciter virginitatem promisit, illa amissa, eritne deinceps  
So. ubi su. ad seruandam continentiam obligata?*

### CONCLUSIO.

Ex natura voti, amissa virginitate, continentiam seruare tene-  
tur. Nam promittens virginitatem, etiam ab actibus carnalibus  
abstinere promittit. Secus autem erit, si solum habuit animum  
abstinendi a primo libidinis actu, quo virginitas violatur, & i-  
deo Confessor intentionem percontari tenetur.

XI. Diffic. *Votum nubendi æquipolletne ca-  
stitatis voto?*

### CONCLUSIO.

Si votum castitatis sumatur, vt includit prohibitionem perpe-  
tuo cauendi à coniugio, & à fornicatione, ex natura sua votum  
nunquam nubendi æquipollet castitatis voto. idem enim est ca-  
stitatem vouere, & votum nunquam nubendi emittere. Aliter  
autem res se habebit, si intentio vouentis non fuit prædicta.

A P- Hinc, dispensatio, & commutatio talis voti non ab Episcopo  
P E N. sed à Papa fieri debet, quia ex parte est castitatis votum.

So. ubi su.

& Palud.

hac. d. S.

Th. ar. 3.

### D V B I V M.

*Meretrix, qua metu lenonis promisit non nubere tenebi-  
turne votum obseruari?*

Respondeo si votum emisit, vt liberius libidini vacaret, pœni-  
tere tenebitur, non autem seruare votum si verò, vt Deo serui-  
ret, ad voti obseruantiam obligata manebit.

XII. Dif.

XII. *Dis. Qui vouit, & tempus adimplendi votum non præfixit, aut sub conditione promisit, quando votum adimpleretenebitur?* S. T. ar. 3. Sylu. ver. votum, §. 8. Soto. q. 2. ar. 1.

## PROPOSITIO.

Vouens, qui nullum determinauit tempus, cum primū poterit, votum obseruare tenetur. Communis est opinio Theologorum, & Canonistarum, vt Syluest. docet. cui consulendum est: vt votum cito adimpleat, aut dispensationem petat. neque est absoluendus, si sine causa legitima alterum istorum duorum non faciat.

## PROPOSITIO.

Qui vouet habita ratione ad temporis deuotionem, vt ieiunare feria sexta, tunc si illo die non ieiunauerit, votum adimplere non tenebitur. Ratio est, quia materia voti nō fuit solum ieiunium, verum etiam temporis deuotio, & finito tempore impossibile est tale votum seruare.

## PROPOSITIO.

Qui vouet ad tempus non habita ratione ad temporis deuotionem, vt qui promisit intra annum ire Romam ad visitanda corpora Sanctorum Apostolorum, finito anno erit voti reus. & nihilominus votum adimplere tenebitur. Ratio est, quia peregrinatio fuit principalis materia voti, & tempus ad expellendam moram fuit impositum.

## PROPOSITIO.

Votum sub conditione, v. g. si dicat quis, si fuero superstes post mortem Patris, intrabo religionem, adimpleta conditione erit adimplendum, quia antea non habuit intentionem obligandi se.

XIII. *Dis. Religiosi habentes patres in extrema necessitate positos, poteruntne religionem relinquere, vt illos sustentare valeant?* S. T. 2. 2. q. 101. ar. 4. & q. 189. ar. 6. Syl. ve. religio 6. Lyrano super Matt. cap 15. quem sequitur Caiet. in 2. 2. q. 101. §. 4. & ar. 4. erit respondendum. ve. 2. §. 7.

Pater Antonius Cordubensis in medulla fratrum Minorum cap. 2. q. 6. egregie de hac diffic. differit & prætermis opinionibus, quas citat. omiffa etiam opinione Syluest. cum Nicolao Lyrano super Matt. cap 15. quem sequitur Caiet. in 2. 2. q. 101. §. 4. & ar. 4. erit respondendum.

## CONCLUSIO.

Religiosus habens parentes, ita necessitate oppressos: vt illis omnino victus & vestitus deficiat, nec sit præter ipsum qui illis subueniat, poterit à religione recedere, vt eos alat. Ratio est, quia cum integrum sit furari ex sacrario: vt existenti in extrema necessitate subueniatur, si aliud remedium adhiberi

1. *Re. 11.* Non possit, ut constat exemplo Davidis arripientis panes propositionis Deo consecratos ad subueniendum e. surientibus, licebit etiam Religioso Deo consecrato à religione recedere, si aliter parentibus subuenire non possit. Nā præceptum de subuentione parentum, est Diuinum, & naturale, quod quidem per votum obedientiæ, quod est tantum diuinū, minime fuit reuocatum.

## CONCLUSIO.

Non tamen potest mutare habitum religionis, & professionis suæ, ad paupertatem, & ad cætera religionis præcepta: ut antea tenetur, solumque à præcepto obedientiæ est liber. melius enim multo in quocunque euentu poterit retento habitu parentibus adiumento esse, siue Concionando, siue confessiones audiendo, siue Artem Mechanicam, aut liberalem exercendo, tenetur enim seruare regulam, quantum in se fuerit, obedientia dempta. oppositum tenet Pater Antonius Cordubensis.

## CONCLUSIO.

Quando parentes non extrema, sed magna egestate laborant, ad illos sustentandos religiosus à religione recedere non poterit. Propterea quod præceptum elemosynæ nunquam, nisi in extrema necessitate obligat, erit tamen sufficiens causa hæc impetrandi dispensationem à sede Apostolica: ut non obstante obedientia illis subuenire possit, & hoc erit securius. Contrariam partem huic conclusioni Pater Cordubensis defendit.

## CONCLUSIO.

Magna Parentum pœnuria, sufficiens causa est protrahendi religionis ingressum, etiam post votum simplex emissum. Constat ex dictis. Nam si ex probabili opinione opposita conclusioni tertiæ potest, facta professione, à religione recedere, multo melius poterit religionis ingressum differre.

I. *Dubium.* Hæres teneturne defuncti votum adimplere?

## CONCLUSIO.

*Syl. ver.* Hæres nullo modo tenetur votum personale defuncti, nisi illud promiserit adimplere. definita est expressè in ca. licet de *Votum. 2.*  
 9. 11. *to.* ideo namque dicitur votum personale, quia solam personam vouentem obligat.

## CONCLUSIO.

Votum tamen reale defuncti adimplere tenebitur. Ratio est, quia hæres tenetur soluere defuncti debita, & votum

tum reale est debitum Deo persolvendam.

## CONCLUSIO.

Hæres non videtur esse obligatus ad soluendum votum mixtum defuncti, ea parte, qua reale est v.g. si defunctus promisit peregrinationem, in qua erat quinquaginta nummos aureos consumpturus (hoc enim dicitur votum mixtum) tunc hæres non tenebitur quantitatem illam soluere. Propterea quod, qui ad principale non tenetur, id est, ad peregrinationem, neque ad accessorium, quod est, quantitatem illam pauperibus erogare, & hæres (vt ex prima conclusione constat) ad principale non tenetur.

## CONCLUSIO.

Tenebitur tamen eleemosynam, aut sacrificia, si à defuncto erant templo, quo erat peregrinaturus promissa, adimplere. Ratio est, quia eleemosyna, & sacrificia, à defuncto promissa, ad reale votum spectant.

Hæc sunt vera, si in testamento fuerint relicta, & hæres est necessarius, & non excedant quintam partem bonorum quia hæres necessarius ultra quintam partem grauari non potest, si autem non fuerit necessarius, hæres tenebitur, omne votum reale defuncti in quancunque quantitate adimplere.

Limita.

## II. Dubium Potestne Pater filium ad votum personale obligari?

Sylu. 161.

§. 9. S. ar.

I. in fine.

## CONCLUSIO.

Nequaquam potest. Ratio est, quia ad actiones personales, nisi per propriam voluntatem, obligatur nemo.

## III. Dubium. An monachus assumptus ad Episcopatum ad votum paupertatis, &amp; ad cetera sua regula præcepta teneatur?

S. Th. 2. 2.

q. 185. ar.

8. Syl. ver

bo. Re. p.

josus. 6.

§. 10. &amp;

11. Ric.

S. Tho. tenet partem affirmantem. Et Caietan. ibidem non enim absoluitur, inquiunt, ab illis quæ cum statu Episcopali sunt compossibilia, vt sunt ieiunia, abdicatio proprietatum, & alia id genus.

## CONCLUSIO.

Monachus assumptus ad Episcopatum ratione voti in professione emissi ad obseruantiam præceptorum suæ regulæ, vel ad tria vota essentialia non tenetur. Iam enim cum sit ad Episcopatum assumptus, non est monachus, neque ad votum paupertatis obligatur, quod est de essentia monachatus, vt constat in Cano. Statutura 18. q. 1. licet ad votum continentia, quod est de ratione Episcopatus sit astrictus, & si delinquat nõ erit puniendus.

ar. 5. q. 2.

ad 3. &amp;

ar. 9. q. 1.

Soto lib.

11. de m.

&amp; iur.

us legibus suæ religionis, sed Episcoporum.

## CONCLUSIO.

Monachus ad Episcopatum assumptus, ad obseruantiam suæ regulæ, quæ est cum statu Pontificali compossibilis tenetur. Ratio est, quia debet, teneturque præbere seipsum totius sanctitatis exemplum, mortaliter tamen suæ regulæ præcepta transgrediendo, nisi ratione scandali, non peccabit ut, si habitum religionis mutaret, & vestibus Episcopalibus indueretur, quod quidem esset in Episcopo simplici scandalum. non autem, si ad summum pōtificatum assumeretur. Nam tunc esset totius Ecclesiæ pater.

Ric. ar. 5  
q. 1. ad 3.

XIIII. Diffic. An qui emisit votum simplex religionis, voto nondum completo ad Episcopatum assumi possit?

Hanc Diffic. tractat Panor. in cap. Per tuas. de voto.

## CONCLUSIO.

S. Th. ubi  
sup. ar. 3.  
ad 1. &  
Cai. ibid. Qui promisit votum simplex religionis, & ante voti adimplentionem fuerit ad Episcopatum assumptus, tenetur Episcopatu renunciate, & intrare religionem, & ad ingrediendum non est expectanda sedis Apostolicæ autoritas. Definita est expresse per Innocentium. III. in cap. per tuas. de voto.

## CONCLUSIO.

Poterit tamen tunc Papa dispensare, ne ad religionis ingressum teneatur, Nam cum possit dispensare in voto solenni assumendo in religiosum ad Episcopatum, multò magis in voto simplici poterit.

DD. in 2.  
ib. sent. d.

XV. Diffic. Subditus teneturne semper obedire Prælato, quoties aliquid virtute obedientie præcipit?

44. Sylu.  
verbo Religiosus 6.  
D. Ber.

## CONCLUSIO.

Religiosus non tenetur parere Prælato præcipienti aliquid supra regulam. probatur autoritate D. Ber. dicentis, Prælatus nõ augeat mihi votum meum, id est, non præcipiat mihi opus maioris perfectionis, quam in regula, vel statutis ordinis continetur. quod quidem est supra regulam aliquid præcipere, ut si præciperetur ieiunium in die sabbati, & alia id genus, quæ non sunt necessaria ad regulæ obseruantiam, ob id enim supra regulam esse dicuntur.

## CONCLUSIO.

Bene tamen tenebitur obedire ratione pœnitentiæ peccati commissi, vel ad præseruandum à peccato committendo. Ratio est, quia subdito criminoso potest imponi ieiunium, & abstinen-

tia à carnibus in pœnâ criminis, quæ impositio erit iuxta regulam in qua delinquentium correptio præcipitur atque etiam abstinèntia à vinò ad libidinem, siue ebrietatem fugiendam.

III. *Dubium. Pot. sine capitulum generale statutum obligans ad maiorem perfectione, quam in regula contineatur concedere?*

*Ri. d. 3. 4.*

*ar. 3. 4. 2.*

*ad 3. Syl.*

*vbi supi.*

Quia fortassis illud est necessarium ad obseruantiam regulæ, & subditorum reformationem.

V.g. si monialium, quæ non promiserunt clausuram, castitas ex vago recessu periclitetur, poteritne Papa, vel generale Capitulum præcipere: vt perpetuam clausuram, ac si illam promississent, obseruent? Syluest. vbi supra, duas refert opiniones, & prima est affirmans, Panor.

### CONCLUSIO.

Potest non solum Papa, verum etiam generale capitulum aliquid supra regulam, quando aliter commodè seruari non potest subditis præcipere. De fide est, & definita in c. Periculoso de statu religiosorum in 6. vbi præcipitur. vt omnibus monialibus cuiuscûque ordinis presentibus, & futuris recessus à domibus suis interdicator. vt viuant in perpetua clausura, quia hoc est valde necessarium ad obseruantiam voti continentiæ. Est etiam definita in Con. Trid. Sess. 25. cap. de reformatione regularium & monialium.

XVI. *Diffic. Præceptum Prælati obligatne semper ad mortale peccatum transgressorem?*

### CONCLUSIO.

Qui verbo tenus tantum Prælato aliquid præcipienti, citra contemptum tamen, non obtemperat, peccati mortalis reus nõ est hæc ex communi consuetudine religiosorum, quæ est optima legum interpres confirmatur, citra contemptum, nam tunc *Luc. 6. 20* esset mortale. qui enim Prælatum spernit, Deum spernit.

### CONCLUSIO.

Subditus non obediens Prælato præcipienti aliquid sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, mortaliter peccat. Ratio est, quia excommunicatio latæ sententiæ, cum sit grauißima pœna, semper pro mortali peccato imponitur.

### CONCLUSIO.

Quando Prælatus sub pœna excommunicationis absolute, non

lurè, non addendo, lata sententiæ Præcipit, subditus non obediens mortaliter non peccabit. Ratio est quia huiusmodi excommunicatio est solum comminatio excommunicationis, & non excommunicatio. lege q. de excommunicatione.

Caie. in  
v. m. ma  
erbo. Pec  
cata cle  
ricorum.

XVII. Diffic. *Qui promissi intrare religionem strictiorem, peccatne intrando latiore?*

CONCLUSIO.

S. Tx. 2. l.  
q. 8. q. 1. r.  
8. ad 3.

Peccat quidem, si latiore religionem ingrediatur, estque in statu damnationis dum profiteretur, & facta professione ad nihil amplius tenetur. Definita est expressè in c. qui post votum. de regularibus in 6. illud enim votum simplex per solenne votum in latiori religione emissum tollitur.

Hinc cauere debet Magister nouitiorum, ne tales vouentes recipiat. vel receptos retineat. quia retinendo peccatis illorum cooperatur.

DVBIVM.

Ri. ar. 5.  
q. 3. ad 2.  
So. ar. 1.  
q. 2.

*An teneatur ad votum, qui vouet rem licitam hac lege, si Deus illum à certo crimine liberauerit?*

CONCLUSIO.

Qui tale votum emisit ex industria, & hac intentione, ne, si teneatur ad votum, si in peccatum labatur, votum adimplere tenebitur: vt si promiserit intrare religionem, si Deus intra annum ab adulterio liberauit. Ratio est, quia fraus, & malitia non debet illi patrocinari. & quia fuit ipse causa, quò minus conditio adimpleretur.

CONCLUSIO.

Si peccauit non intentione prædicta, sed ex quadam imbecillitate, sicut cadebat ante emissum votum, tunc promissum adimplere non tenebitur Ratio est, quia votum fuit conditionale, & per ipsum non stetit, quò minus conditio adimpleretur.

XVIII. Diffic. *An votum metu emissum in conscientia vouentem obliget?*

Ver. metu Canonistæ in c. Cum locum desponsalibus tenent in conscientia obligare, non autem in foro exteriori. Secunda opinio 2. q. 2. S. est Syluest. qui affirmat valere, si habuit animum obligandi se, Tb. 2. 2. sin minus nequaquam. Tertia opinio est Theologorum, d. 38. q. 88 ar. 1. afferentium: non obligare in conscientia, si metus poterat cadere in virum constantem.

CON-

## CONCLUSIO.

Votum metu cadente in constantem virum emissum, quando ad extorquendum votum incutitur, est nullum. Definita est expressè in c. Abbas & in cap. Prælatum. de his. quæ vi, metusue causa sunt. votum enim debet esse liberum, & talis metus tollit libertatem.

Hinc, si puella propter patris timorem minantis ei aliquas iniurias supra mortem, & exilium, religionem profiteatur, erit nulla professio, quia talis metus in animum constantis foeminae cadere potest.

A P-  
P E N.

## CONCLUSIO.

Votum ab intrinseco emissum in conscientia obligat. Definita est expressè in c. Sicut de regularibus. Nam talis metus, quavis extenuet libertatem: non tamen tollit illam. sola enim vis est, quæ libertatem relegat.

## CONCLUSIO.

Ille metus, qui à principio irritaret votum, vouentem ab executione liberat. v.g. si tyrannus, non in contumeliam Ecclesie compelleret vouentem ad frangendum ieiunium. Ratio est, quia vouens intentionem obligandi se ad votum cum tanto detrimento, minime, habuit.

## CONCLUSIO.

Metus non excusat præceptum Diuinum transgredientem. Ratio est, quia obligatio adimplendi tale præceptum non ex voluntate nostra, sed Dei præcipientis oritur. Atque ita in omni euentu obligat.

## CONCLUSIO.

Præcepti autem Ecclesie transgressio propter metum mortis violentæ non obligat ad gehennam. Ratio est, à simili, quia non obligat propter metum mortis naturalis: vt in q. de excommunicatione diximus.

## Art. III. Expediitne aliquid vouere?

Id est, consequetur vouentes ex voto aliquam spiritualem utilitatem.

S. Th. vbi  
supra ar.

4. Ri. ar.

## CONCLUSIO.

Maximam homo ex voto utilitatem consequitur, quia ex sola promissione, qua Deo nos ad bonum obligamus, & firmiores in bono reddimur, præmium æternum consequimur. Anna enim mater Samuelis laudatur, quia votum emisit Deo, si proles sibi concederetur, multa alia sunt Sacra Scripturæ testimonia, & Concilia, quibus hæc conclusio confirmatur, & definitur, quæ apud Patrem à Castro, verbo

6. q. 1. So.

ar. 2. q. 1.

1. Reg. 1.

verbo votum reperies.

DVBIVM.

*Quando aliquis timet se fracturum votum, tunc  
vouerene licet?*

CONCLUSIO.

Ric. vbi  
supra, &  
S. Thom.  
& So. vbi  
supra.

Nunquam propter periculum lapsus, quando non est certissimum, à voto est abstinendum. Deus enim vouentibus: vt promissum adimpleant, auxiliatur.

Hæresis.

Hinc, confutatur hæresis eorum, qui dicebant: votū non solum inutile esse ad gloriam, verum etiam perniciosum.

Ric. ar. I.

*Art. III. An votum sit latria, siue religionis actus?*

CONCLUSIO.

q. 1. S. T.

ar. 5. Solo

ar. 3. q. 2.

Votum latriæ, siue religionis est actus. quia latriæ actus est disponere actionem cæterarum virtutum in Dei honorē, quod fit, quando Deo aliquid promittitur. Nam tunc disponimus illam actionem (vt v. g. Ieiunium) in Dei honorem.

S. Th. ar.

*Art. V. An sit magis meritorium aliquid voto quam sine  
voto facere, magisque laudabile sit?*

CONCLUSIO.

6. Ri. ar.

6. q. 2. So.

ar. 1. q. 2.

Est quidem, & magis laudabile, & magis meritorium ex voto, quam sine voto operari. Nam vouere est actus consilij, quod est de meliori bono, & qui ieiunat ex voto duplex consilium, scilicet, vouere, & facere, qui autem sine voto, vnum tantum consilium, scilicet, ieiunare, quando non est sub præcepto, adimplet, duplexque obsequium, scilicet, obligationem aliquid facienti, & opus, solum Deo præstat.

*Dubium. I. Quid, si ex voto inuitus, & magna  
cum tristitia operetur?*

Quod intellige, ita vt ad vitandum mortale tantum, votum adimpleat,

CONCLUSIO.

Opus hoc erit etiam magis meritorium, quam sine voto. est enim actus religionis, & tristitia meritum non tollit, licet magis meritorium, esset cum gaudio factum.

*II. Dubium Peccatne, quem pœnitet votum emisisse?*

CONCLUSIO.

S. Th. ar.

6. ad 3.

me voti, & nolo obseruare votum.

Soto vbi  
supra.

CONCLUSIO.

Quem pœnitet vouisse, vt liberius peccare posset, mortaliter

taliter peccat. quia finis est malus, s. libertas ad peccandum, atque ita talis pœnitentia est mortalis.

CONCLVSIO.

Non peccat mortaliter, quem pœnitet vouisse propter bonum finem. v.g. si quem pœniteret solenniter vouisse, quia habet parentes necessitate oppressos, quibus extra religionem liberius subuenire posset. talis enim nolitio est actus meritorius. quia finis est optimus. & consentaneus tam diuino quam naturali iuri.

CONCLVSIO.

Peccat, & fortasse mortaliter, quem pœnitet vouisse propter difficultatem, & tœdium operis, si votum est perpetuum. quia tali tœdio in periculo non perseuerandi constituitur, huius furfuris religiosi pigri esse dicuntur.

CONCLVSIO.

Si votum est temporale, nullum est peccatum propter voti difficultatem pœnitere. quia potest facile dispensationem obtinere.

CONCLVSIO.

Peccat mortaliter semper proculdubio, quem pœnitet obseruasse votum idem, enim est peccare, & velle peccasse, & quem pœnitet obseruasse votum, vult olim peccasse. peccatum namque potius in voluntate, quam in opere consistit. nam quod intrat per os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, id est, corde.

Matth. c.  
5. & Marc.  
c. 7.

Ar. VI. An votum per susceptionem sacri ordinis, & certe regula professionem, solenne efficiatur?

S. Tho. ar.  
7. Ric. q.  
3. art. 7.  
Soto. art.

CONCLVSIO.

Votum solenne nunquam, nisi in professione certæ & approbatæ regulæ, aut in alicuius sacri ordinis receptione emittitur. Ratio est, quia nunquam adhibetur solennitas, nisi quædo mutatur status. & per professionem, & receptionem ordinis sacri status mutatur: cum per hæc homo ad perpetuum, & diuinum ministerium deputetur, est etiam definita expresse c. Vnico de voto in 6. per Bonifacium 111.

Hinc Moniales, quas vulgus Beatas nominat, quia non emittunt sua vota secundum regulam approbatam, solenniter minime, sed simpliciter vouent. Vnde si contraxerint, valebit matrimonium.

A P.  
F E N.

I. Diffic. Voti solennitas in quo consistit?

Quatuor sunt opiniones. Prima asserit consistere in benedictione. & consecratione hæc falso. S. Tho. ascribitur. Secunda opinio est. D. Tho. qui tenet solennitatem voti cuius ratione ma-

matrimonium irritatur, consistere in traditione sui ipsius, id est, in mutatione status. Tertia opinio est Casera. qui dicit non esse potestatem voti solennitatem in mutatione tantum status, verum etiam in Ecclesiæ constitutione, quæ sic vouentem ad matrimonium inhabilitat. Vnde colligit non posse Papam in huiusmodi voto dispensare. Quarta opinio est Antiquorum. Ricardi, & Soti, ex quorum sententia sit.

## CONCLUSIO.

Ratio præcisa, ob quam votum solenne dirimit matrimonium contrahendum, & vouentes solenniter inhabilitat, est Ecclesiæ institutio, quæ ut consanguineos intra quartum gradum, ita huiusmodi personas ad contrahendum inhabilitat. Definita est à Bonifacio 7. cap. Vnico. de Voto in 6. vbi solum constituit Rom. Pont. discrimen inter votum solenne, & matrimonium. Deinde, quia posset Ecclesia institueret: ut in mundo nullum sit votum solenne matrimonium dirimens: quare voti solennitas est ab Ecclesia, & non à Deo ex nullo enim loco Sacræ Scripturæ colligitur inhabilitas vouentis solenniter: ut contrahere non possit, nam per traditionem, quæ fit in voto solenni, non est ex parte diuino, & naturali inhabilis vouens ad alium statum. quia subdiaconus, & diaconus tradunt se Deo voto solenni castitatis & obedientiæ, & tamen Papa, cum illis sepius dispensat: ut Soto, eam modo satisfecimus, concedit. Et tandem dispensauit Rom. Pont. cum his, qui solenniter religionem vouerunt: ut ex superioribus constat.

## II. De diff. Votum solenne, &amp; simplex differunt, essentiali specie?

V. g. An transgressio voti simplicis differat, à transgressione voti solennis: ut turcum à fornicatione distat?

## CONCLUSIO.

Votum solenne, & simplex ex parte obiecti eiusdem speciei censentur. Ratio est, quia eadem est materia, & obiectum vtriusque voti, scilicet continentia.

## CONCLUSIO.

Votum solenne, & simplex ex parte subiecti specie accidentali differunt. Propterea quod voti simplicis subiectum est ad contrahendum matrimonium habile, licet contrahendo peccet, at verò subiectum voti solennis est ad contractum matrimonium inhabile.

CONCLUSIO.

Transgressiones voti simplicis, & solennis, eiusdem speciei sunt, etiam si quis solenniter vouet, grauius peccet. Ratio est, quia specifica differentia actuum est penes obiecta, & cum idem sit vtriusque voti obiectum, nempe seruare continentiam, erunt actus eiusdem speciei, erit tamen voti solennis transgressio grauior ratione perfectionis status.

III. *Diff.* Qui recipit aliquem ordinem sacrum, emit: it-  
ne solenne continentia votum?

Opinio communis est affirmans quã sequitur. Caieta. in tra-  
tatu de cœlibatu Sacerdotum post tertiã partem. Et multi ap-  
probant hanc Scoti opinionem. Opinio verò Scoti est Sa-  
cerdotes non emittere votum continentia, sed solum habere  
continendi, licet & ieiunandi præceptum. lege Patrem à Castro  
verbo Sacerdotium. contra hæreses.

CONCLUSIO.

In receptione cuiuscunque ordinis sacri votum solenne con-  
tinentia non explicitè: vt in professione religionis, sed implicitè  
in voto obedientia emititur. Hæc conclusio apertè colligitur  
ex c. Vnico de voto in 6. & ex c. Ante triennium: vt docet. Caiet,  
vbi præcipitur Episcopis, ne alicui ordinem sacrum conferant,  
quin prius continentiam promittat. promissio enim continen-  
tia in voto obedientia includitur: vt constat in ordine D. Ber-  
nardi, vbi solum promittitur explicita obedientia. & intelligitur  
quoque promissum solenniter continentia votum.

D V B I V M.

Quid, si recipiens sacros ordines caruit intentione ser-  
uandi continentiam, poteritne hic matri-  
monium contrahere?

CONCLUSIO.

Nequaquam tale matrimonium erit validum. Definita est e.  
1. & 2. Qui clerici, vel vouentes &c.

III. *Dis.* Estne votum solenne continentia sacri ordinis sufficiens  
ad dissoluendum matrimonium ratum, quemadmodum  
solenne religionis votum?

Duæ sunt opiniones, quas refert Caiet. Prima est negans, &  
communis. Altera & contraria est Palud. affirmantis votum so-  
lenne ordinis soluere matrimonium, quemadmodum religionis  
votum.

Quolib.

12. q. 1.

Palud. d.

3. d.

Be. ar. 2.

q. 1. Soto

vbi supra.

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O.

Matrimonium ratum per receptionem sacri ordinis non dissoluitur. Ratio est, quia hactenus Ecclesia non explicauit matrimonium ratum per receptionem sacri ordinis, sed per votum solenne religionis duntaxat dissolui. Quamobrem non erit aliter sentiendum, aut definiendum, quam Ecclesia hactenus toto titulo de conuersione conjugatorum extra, & in 6. definiuit.

S. Th. q.  
88. ar. 8.  
D. Bo. ar.  
1. q. 3.  
Sot. qua.  
ar. 1.

Art. VII. De his qui possunt uouere?

Hic art. aliquot difficultatibus positus explicabitur.

I. Diffi. An qui sunt alterius potestati subiecti,  
uouere possint?

C O N C L U S I O.

Qui alicui subiectus est, quoad id, in quo subiicitur, sine consensu superioris sui, non potest firmiter se per votum obligare. votum enim debet fieri de proprio, & illud, in quo aliquis alteri subiicitur, non est proprium, sed alienum. In numeris enim precipitur: ne mulier in domo patris sui in ætate puerili constituta, aliquid uoueat, aut voto sine consensu patris teneatur, & idem dicit textus de muliere coniugata idemque censendum est de omnibus aliis, qui alienæ potestati subiecti sunt.

Num. c.  
30.

S. Th. q.  
Sot. bid.  
Syluest.  
Verb. Vo-  
to 3 Ric.  
ar. 4. q. 2. nem.

II. Diffi. An Religiosus emittens votum sine sui Prælati facultate illud adimplere teneatur?

Duæ sunt opiniones. Vna Ric. affirmantis tale votum esse ipso facto nullum, neque expectandam esse Prælati irritationem.

Altera opinio est S. Tho. art. 8. ubi supra asserentis, hæc vota esse conditionata, scilicet, si Prælatus consenserit, vel non irritauerit, dicitque teneri ad votum adimplendum, si non fuerit impediens obedientiam donec à Prælato irritetur.

C O N C L U S I O.

Quando superogationis opera religiosorum sunt in generali vel in particulari prohibita: ut uotum peregrinationis, vel ieiunij in sabbato, talia uota, non sunt ipso facto irrita, sed per Prælatum irritanda. Ratio est, quia tale votum est conditionale, scilicet si Prælato placuerit, & ita tenebitur subditus manifestare Prælato suum votum. quemadmodum filius qui promisit homini sub conditionem, si patri placuerit, tenetur patri conditionem, manifestare ut pater consensum, vel dissentium præstet.

C O N.

Vota religiosorum de operibus supererogationis à Prælato non prohibitis tenentur religiosi Prælato inconsultò ad implere, quædum Prælatus non commutauerit, aut dispensauerit, aut irritauerit. Ratio est, quia huiusmodi actus cum non sit prohibitus, est actus virtutis & materia voti. atque ita quædum non irritatur à Prælato, in conscientia obligat. tale est votum dicendi, 7. psal. &c.

CONCLUSIO.

Vota de operibus necessariis necessitate præcepti, aut voti, absoluta sunt, & nullo modo conditionata, ita vt religiosus ad illorum obseruantiam inconsulto Prælato teneatur. Prælatusque illa irritare, aut dispensare in illis non poterit, vt si subditus emittat votum non mentiendi, aut non dicendi verbum ociosum. Ratio est, quia potissima causa, propter quam Prælatus vota subditorum potest irritare, esse dicitur, propterea quod est Dominus operationum subditorum, potens illas concedere, aut prohibere, & cum nõ possit prohibere, quæ lege diuina præcipiuntur, vel concedere, quæ eadem lege prohibentur quoties enim faceret toties ostenderet se non esse verum dei ministrum aut prælatum, non erit illarum operationum Dominus, nec in illis dispensare valebit; commutare tamen poterit. Soto oppositam opinionem defendit. *Caiet. est vbi supra s. Tha.*

CONCLUSIO.

Vota de obseruandis statutis, & ordinationibus, quæ citra contemptum ad nullum obligant peccatum, potest Prælatus irritare, obligantque dum non irritantur. quia materia istorum votorum est in potestate Prælati, cum possit ordinationes suas reuocare, & in illis dispensare, quod autem obligent & c. constat ex superioribus. Nam sunt materia virtutis, & sunt vota conditionalia, s. si Prælatus non reclamauerit. *Lib. 8. de ius. & iu. q. 3. ar. 1. in 4. asserit.*

CONCLUSIO.

Vota prædicta Prælatus inferior irritare non potest. Ratio est, quia non est Dominus illarum operationum, quamuis ratione iurisdictionis, quam habet, vota huiusmodi commutare, aut illis dispensare possit.

III. *Diffi. Prælata aliquid in generali, vel speciali prohibente qui vouet contra illius prohibitionem tenetur summi votum Prælata significare, an erit iam irritum per solam prohibitionem generalem, aut particularem?*

Q V Æ S T I O  
C O N C L V S I O .

Necessarium est, vt subditus Prælato suo hoc manifestet vt à voto liberetur. Prælatus enim nō potest irritare votum, quod non agnouit. voluntas namque non fertur in ignotum.

I I I I . *Dis. Poteritne subditus sine vlla causa à Prælato petere voti irrationem?*

C O N C L V S I O .

Neque Prælatus sine causa irritans malefacit, neque subditus sine causa irrationem petendo peccat. Nam Prælatus est Dominus operationum subditorum, atque ita sine causa potest contradicere vouenti alienam operationem, & quod suum est, scilicet, subditi operationes repetere. vnde neque subditus peccabit petendo quod Prælatus sine peccato concedere potest fuit enim votum conditionale.

Ric. ar. 4.

*V. Dis. Si subditus opus supererogationis ex facultate*

q. 2. Solo.

*Prælati emittat. Prælatus poterit postea*

q. 3. tr. 9.

*irritare illud?*

Sylu. ver.

Duæ sunt opiniones. Primã Ric, qui tenet non posse. Contra-

votũ. 3. S.

ria est Caiet. vbi supra S. Tho.

Th. a. 3.

C O N C L V S I O .

Peccat mortaliter Prælatus, concessa semel facultate, votum irritando. Definita est in Cano. Manifestum 33. q. 3. à simili de marito, qui irritat votum vxoris, quod tacendo approbavit.

C O N C L V S I O .

D. Aug.

Semel voto illo irritato, peccat subditus illud contra voluntatem Prælati exercens. Definita est in eodẽ Can. & est B. Aug. facit enim contra obedientiam, & contra iustitiam: quia vtitur aliena operatione inuito Domino, scilicet, Prælato.

C O N C L V S I O .

Poterit tamen Prælatus tale votum commutare, aut in illo dispensare, quia Prælatus post concessam facultatem vouendi subdito, retinet super ipsum potestatem ligandi, & absoluendi in vtroque foro super naturalẽ, atque ita legitima interueniẽte causa, cum illo dispensare valebit.

V I . *Dis. Poterit Generalis, aut Provincialis irritare votum emissum ex facultate inferioris Prælati Guardiani, scilicet, aut Prioris?*

Ri. ar. 4.

q. 3. So-

to ibid.

C O N C L V S I O .

Inferior non potest irritare votum à subdito ex facultate supe-

superioris emissum: quia eius auctoritati derogare non potest.

## CONCLUSIO.

Potest superior Prælatus, vt Generalis, aut Prouincialis, votũ facultate inferioris Prælati à subdito emissum irritare. quia cū subditus non sit Dominus suarum actionũ, etiamsi ex facultate Prælati emisserit vota superior non irrogat illi iniuriam, quamuis irritet votum sine ipsius consensu emissum.

VII. Diffic. *Abatissa poteritne vota monialium de opere, supererogationis emissã irritare?*

Ri. ar. 4.

q. 3.

## CONCLUSIO.

Poterit quidem. Nam vt pater potest irritare votum filij & maritus vxoris, quia habet dominium in operibus supererogationis illorum, ita & Abbatissa poterit, cum maiorem auctoritatem, & Dominium super opera supererogationis monialium habeat.

Nr. c. 30

VIII. *subditus, cuius votum fuit ab vno Prælato irritatum, illo cessante eritne à successore iterum irritandum?*

Ri. ar. 4.

q. 3. S. 1.

2. 1. qu.

8. ar. 3.

Solo vbi

supr. Ca.

vbi supr.

## CONCLUSIO.

Quando subditus sine discrimine temporis emittit votum, si semel fuerit tale votum irritatum, non amplius obligat. Probatũ à simili ex cap. Quidam, & ex cap. Placet. de conuersione conjugatorum. Nam vt obligatio Civilis semel sopita non reuiuiscit, vt habetur in l. cum ex causa. C. de remissione pignoris, ita neque hæc obligatio spiritualis semel sublata resurget, argumetatio à simili, seu à rebus civilib⁹ ad res spirituales ducta.

## CONCLUSIO.

Si religiosus emisserit votum referendo se ad tempus quo fuerit alius Prælatus, à præsentate irritari non poterit: quia opus promissum non est in potestate prælati præsentis, sed futuri, nihilominus tamen præsens prælatus illud commutare, aut in eo dispensare poterit præter spirituales potestatem, quam supra subditos habet.

IX. Diff. *Poteritne vir omnia vota vxoris, tam realia, quam personalia irritare?*

Caieta. affirmat non posse omne votum dempto voto castitatis de modo petendi debitum. Sor. tenet posse à viro omne votum vxoris etiam continentie irritari.

Ri. ar. 4.

q. 1. Solo

vbi supr.

## CONCLUSIO.

Vota de adimplatione mandatorum, & de cauendis venialibus, & de aliis operibus ad salutem necessariis potest vxor

viro inconsulto emittere, quæ quidem à viro irritari non poterunt. Ratio est, quia maritus non habet dominium super opera vxoris, quæ aliquo iure præcipiuntur.

## C O N C L U S I O.

Votum reale, au personale de operibus supererogationis ab vxore emissum à proprio viro irritari potest. vxor enim in omnibus subdita est viro, & expressè habetur cap. 30. in numeris.

## C O N C L U S I O.

Vxor tale votum, quandiu vir non contradicit, obseruare tenetur, vxor enim non prohibetur vouere cum sit actus virtutis sed solum contradicente viro, votum seruare.

A P-  
P E N.

Hinc, si emiserit votum peregrinationis, illud viro manifestare tenetur, vt vel irritet, vel facultatem adimplendi concedat.

## C O N C L U S I O.

Caie. est.

Si vxor emiserit votum non petendi debitum, à viro irritari non potest. Et ratio est, quia vir non potest irritare votum vxoris de re, cuius vir non habet dominium, vt de actione petendi debitum neque. n. vir potest vxorem ad hoc compellere, si ipsa voluerit iuri suo cedere.

mm

Votum elargiendi Eleemosynam, vt offerendi aliquod munus templo, ab vxore emissum valet. est enim actus virtutis. verum vt adimpleatur, debet viro manifestari.

*I. Dubium. Vir poteritne irritare votum vxoris, quod sua facultate emiserit.*

## C O N C L U S I O.

Nũ. c. 30.

Peccaret mortaliter vir irritando votum tam personale vxoris, quam reale, irritatio tamen de facto valeret: ita vt vxor amplius votum obseruare non teneatur. Definita est in cap. Manifestum. 33. q. 5.

## C O N C L U S I O.

Si vxor emisit votum referendo exequutionem ad tempus, quo fuerit vidua, vir tempore voti viuens illud irritare non poterit. Ratio est, quia non est de materia sibi subiecta.

*II. Dubium. Poteritne Vxor irritare votum, à viro emissum non petendi debitum?*

Vbi supr.

Soto dicit, non longè à scopo abesse, qui partem affirmatiuam teneret. probabilius tamen videtur non posse, nam vt non potest votum continentix à viro emissum ante contractũ matrimonij irritare, nec vir potest sine dispensatione debitum petere,

petere, bene tamen reddere, ita neque votum durante matrimonio factum. quia utrobique præ nimio pudore vxor iure suo defraudatur.

**III Dubium.** *Poteritne uir longam peregrinationem nouere, qua uxor iure petendi debitum defraudetur, & familia detrimentum patiatur?*

So. ubi su.

CONCLUSIO.

Vir tale votum emittere potest, adimplere tamen retinente vxore non potest. Quia est actus virtutis potest vouere, & quia vxor iure suo defraudatur, non potest adimplere.

CONCLUSIO.

Vir emittens votum in detrimentum suæ familiæ emergens, non tenerur ad votum est enim nullum, cum sit contra iustitiã, vt si promittat templo, vel pauperibus magnam pecuniæ quantitatem, quã sine maximo familiæ detrimento soluere nequeat.

**X. Diff.** *Si uterque coniugium mutuo consensu votum continentie emittat, poterit tunc vir vxoris votum irritare?*

So. eo. ar.

Gratianus in Cano. Manifestum ex præmissis ubi supra hanc difficultatem absoluit.

PROPOSITIO.

Non potest tunc vir irritare votum vxoris: vt debitũ petat, quia in petitione debiti non est sibi subdita,

PROPOSITIO.

Neque vxor poterit votum suum irritare, quia est Domina suarum actionum, neque econuerso quia uterque cessit iuri suo.

PROPOSITIO.

Rectissimè facient tunc, si ab Episcopo petant dispensationẽ, Et ratio est, quia in magno periculo incontinentiæ sunt constituti.

**XI. Diffic.** *Possuntne pueri obligare se ad religionis ingressum?*

CONCLUSIO.

Si puer ante 14. annum, aut puella ante 12. ratione non vrantur, non possunt votum aliquod emittere, quia in eis libertas, & deliberatio deest, quæ ad votum desideratur.

CONCLUSIO.

Illud autem Votum à parentibus, & tutoribus irritati poterit, propterea quod quoad actiones personales & reales, alienæ po-

D. Bo. 9.

3. ar. 1 S.

Th. ar. 4.

Ri. ubi su

pra. Soto

ar. 2.

testati subiiciuntur.

## C O N C L U S I O.

Ante annos pubertatis, quantumcunque ratione utantur, votum solenne religionis nullo modo emittere possunt. Definita est ab Ecclesia de regularibus in 6. & in Con. Triden. Sess. 25. c. 15. de regularibus, & monialibus.

## C O N C L U S I O.

Post annos pubertatis, quando iam incipit adolescentia, potest homo quodcunque votum personale simplex, aut solenne, non autem reale emittere.

XII. *Dif. Votum pueri ante 14. annum, & puella ante 12. si ratione utantur, valebitne?*

Vbi *supr.* Dux sunt opinioniones. Prima est affirmans. S. Tho. & eius discipulorum. Secunda est negans. Ric. qui si rectè perpendatur de votis realibus, non autem de personalibus verba facit.

## C O N C L U S I O.

Bene possunt se obligare simplici voto, & tenentur illud seruare, dum pater & tutor non contradixerunt. Definita est expressè in Numeris.

## C O N C L U S I O.

Talia vota impuberum à parentibus, & tutoribus irritari possunt. Definita est in cap. Puella supra citato, & puella poterit petere irritationem, & confessor consulere, vt petat, & religiosus similiter.

A P-  
P E N.

Hinc, Pater siue tutor poterit irritare votum simplex religionis ab impuberibus emissum, vnde puer post 14. annum non tenebitur seruare tale votum, ante pubertatem iam irritum, nisi puer retulerit se ad annos pubertatis, vt infra explicabitur.

Syl. verb.  
religio 2.  
§. 12. Sot.  
li. 7. q. 3.  
ar. 1.

III. *Dubium. Poteritne mater votum puella impuberis irritare?*

## P R O P O S I T I O.

Si pater puellæ viuat, solus pater poterit, quia Patre viuente, filij sunt sub patris potestate.

## P R O P O S I T I O.

S. Th. Syl. & Sc. vbi *supra.* Patre iam defuncto, si mater fuerit nutrix impuberum poterit, sin minus tutor.

V. *Dubium. Quid, si ante pubertatem voueat aliquis religionem, aut peregrinationem, aut aliud, quodcunque personale Votum, eius executionem ad annos pubertatis referenda?*

V. g. fi

V. g. si dicat, promitto religionis ingressum, si 16. annum attingero. Opinio Caii est negans, nam dicit patrem non posse huiusmodi votum irritare. Contraria opinio est Syluest.

S. Th. 2.  
2. q. 189.  
4. 5.

## CONCLUSIO.

Simile personale votum à tutore, siue à patre irritari haud potest. Et ratio est, quia non sunt Domini actionum personarum impuberum, tempore quo votum executioni mandandum est. Et tota ratio, ob quam pater votum impuberis irritare potest, est, quia actionibus personalibus impuberum dominatur.

V. 1. *Dubium.* Poteritne Pater, aut tutor qui datur post pubertatem irritare personalia vota impuberum.

So. eodem ar.

## CONCLUSIO.

Pater puellæ puberis, idest, excedentis 12. annum quandiu in domo paterna manet, votum irritare potest. expresse habetur c. 39. Num. qui quidem text. licet si per legem Evangelicam abrogatus, ratio tamen naturalis eiusdem textus urget, scilicet, quod si puellæ suo arbitrio relinquerentur, facile laberentur, & ruerent, neque deceat illas, quemadmodum viros peregrinari.

Nu. c. 30

## CONCLUSIO.

Pater, aut curator pueri iam puberis, idest, 14. annum excedentis tale votum irritare non potest. Nam si pueri in vitis parentibus votum solenne religionis emitteere possunt, nec illud irritare valent, vt. toto titulo de regularibus in 6. constat, similiter, nec quodcunque aliud votum, nullum enim est periculum in pueris peregrinationem vouentibus, in puellis. Soto tenet in puberibus, tam pueris quam puellis quod dictum est securius. tamen erit in vtriusque à Prælato dispensationem obtinere, quæ eorum vota irritare.

V. II. *Dubium.* Pater, posteaquam filius excessit 14. annum, & puella 12. poterit vota ante hanc ætatem ab illis emissa facere irrita?

Soto vbi supra.

Multi Thomistæ dubij in hac re esse videntur.

## CONCLUSIO.

Non poterit pater tale votum irritare. Et ratio est, quia iam quantum ad actiones personales factus est sui iuris, quemadmodum dominus votum serui, manente seruitute emissum non potest post libertatem irritare, quia iam est sui iuris.

VIII. D.

V III. *Dubium. Quid, de votis realibus, & mixtis?*

Votum reale est, quando promittitur res aliqua, vt Eleemofyna. Et mixtum quando promittitur actio personalis ad cuius exequutionem aliqui pecuniarij sumptus faciendi sunt, vt est votum peregrinationis.

## C O N C L V S I O.

Pater, siue tutor vota puberum realia ante 25. annum irritare possunt, nisi habuerint aliqua bona Castrensia, id est, militari arte acquisita, vel quasi castrensia, id est, sua industria comparata, quorum habeat plenam administrationem. Ratio est, quia quantum ad administrationem bonorum non sunt sui iuris, sed patri, vel curatori subiiciuntur. atque ita quilibet illorum poterit tale votum impedire.

## C O N C L V S I O.

Puberes vota realia emittentes illa parentibus, vel curatoribus manifestare tenentur. quia vouere fuit actus virtutis, & vt sit alicuius meriti, & non sit votum irrisorium, manifestandum est.

## C O N C L V S I O.

Pater, siue tutor poterit vota mixta prædictorum irritare, quia ex parte qua realia sunt, cum minor non habeat suorum bonorum administrationem, patre, aut tutore invito adimpleri non possunt. Intellige, nisi habeat bona castrensia, vel quasi castrensia. est tamen consulendum: vt Votorum mixtorum dispensationem ab Episcopo petant, quia fortassis tenentur mendicando peregrinationem adimplere, quando Pater, aut curator noluerit hoc concedere. Tandem nota, hæc multo magis habere locum in votis impuberum.

S. Th. vbi  
supra ar. 9  
Soto ar.  
cristo.

X I I I. *Diffic. Ecclesia votum solenne religionis impuberum poteritne irritari?*

## C O N C L V S I O.

Potest, & de facto irritat, ita vt tale votum solenne religionis ante annos pubertatis emissum non valeat. Definita est expresse c. 1. de regularibus in 6. & nunc in Con. Trid. vbi supra, & ante decimum sextum annum expletum non valet. quia non recipitur ab Ecclesia, cui etiam fit.

Soto vbi  
supra.

I X. *Dubium. Tales tenebuntur saltem seruare continentiam, Olim de hac re dubitabant DD.*

## C O N C L V S I O.

Nullo modo continentiam seruare tenentur. possunt enim matrimonium contrahere. Definita est in Concilio Trid. Sess. citata.

citata. Vbi promittentes religionem solemniter ante 16. annum ratione promissionis ad nihil prorsus obligari docetur.

Art. VIII. *An in voto possit fieri dispensatio.*

CONCLUSIO.

S. Th. 2.

2. q. 88.

ar. 10. R.

ar. 9. q. 2.

Dispensatio, aut commutatio in voto fieri potest. Nam cum in legibus humanis possit fieri dispensatio, quæ nihil aliud est, quam superiorem determinare legem communem non esse in aliquo particulari casu seruandam, poterit quoque & in voto fieri. nam votum nihil aliud est, quam lex quædam humana, quam aliquis sibi præscribit, licet enim observatio voti sit de lege diuina, facere tamen votum actus humanus est.

I. *Diffic. An Papa in voto dispensare possit*

Tres sunt opiniones. tenet non posse dispensare, sed tantum declarare, & hæc est D. Bo. quem sequitur Palu.

D. Bo ar.

2. q. 3. R.

vbi supra

Ser. lib. 7.

q. 4. ar. 1.

Secunda opinio, quam refert glossa, quæ dicit Papam in omnibus votis etiam nulla legitima causa interueniente dispensare posse.

Tertia opinio est S. Tho. in hoc art. & in 4. d. 38. q. 1. ar. 4. & Sylu. verbo votum 4. §. 3. & Caiet. in hoc art. & infra ar. 11. & in summa verbo Dispensatio, qui docent Rom. Pont. propriissime, legitima tamen causa interueniente, dispensare posse. Aliter vero non.

CONCLUSIO.

Papam in voto dispensare, non est declarare solum, illud non obligare. Definita est in cap. Venientis de voto vbi dicitur, Papa non declarat, sed commutat votum, & in c. Quanto de iureiurando, vbi textus distinguit inter declarationem, & absolutionem iuramenti, quare similiter erit in præsentia distinguendum. Quia vtrūque fit Deo, & vtriusque observatio de lege naturali, & Diuina est.

CONCLUSIO.

Non potest Papa in voto sine legitima causa dispensare. Alioquin esset nulla dispensatio. Et ratio est, quia cum Papa non possit irritare vota Sæcularium, propterea quod, non est Dominus actionum Christianorum quemadmodum Prælati respectu monachi, neque poterit sine causa dispensare in aliqua lege, & illam irritare.

CONCLUSIO.

Legitima autem causa interueniente dispensare potest.  
Deus

Deus enim nunquam deficit in necessariis, & est *Prælati* maxime necessarium: vt si penes *Prælatos* potestas dispensandi in voto. multi namque ira, aut metu, aut ignorantia commoti multa promittunt, atque etiam constat ex c. dispensatores. l. q. 7.

II. *Diffic.* An in voto solenni continentie possit fieri dispensatio.

Dux sunt extremæ opiniones. Prima S. Tho. arti. 11. & Alex. 1111. Papæ in materia de voto, & Bona. d. 38. q. 4. & Sylue. verbo *Votum* 4. §. 5. Almayn. de potestate Ecclesiastica cap. 15. Turrectem. super Can. sicut bonum 27. q. 1. Soto de iust. & iur. libr. 8. q. 3. art. 2. qui omnes affirmant Papam non posse dispensare in voto continentie religionis. ita vt religiosus Matrimonium contrahere possit: bene tamen in voto solenni continentie ordinis.

Secunda & contraria est iurisperitorum, vt Sylue. loco citato docet, quos sequuntur multi ex Theologis Ric. d. 38. art. 9. q. 2. Dur. ibid. q. 2. Palud. q. 4. ar. 4. Maio. q. 3. Henricus quolib. 5. q. 25. & 26. S. Antoni. 3. par. summæ titulo 22. cap. 7. summa Angel. verbo *votum*. 4. §. 5. Caietan. sequutus est etiam Scotus qui hanc defendit opinionem. d. 38.

### CONCLUSIO.

Rom. Pont. in voto solenni continentie, religionis Monachis dispensare potest, ita vt Monachus matrimonium contrahere possit. nam ita est etiam de essentia monachatus abdicatio proprietatis, sicuti castitatis custodia: vt constat ex cap. Cum ad monasterium. & faciendo ex monacho non monachum dispensat in paupertatis voto, ergo similiter poterit in voto solenni continentie dispensare. siquidem vtrumque est de essentia voti. sed de hac re supra in tractatu de matrimonio.

1. *Dubium.* Mortua uxore, & cessante causa, ille cum quo ex legitima causa dispensatum fuit tenebitur ne ad religionem redire?

Respondeo ex dictis, non teneri. quia obligatio semel extincta non amplius reuiuiscit.

S. Th. ar. 111. *Diffic.* An ad dispensationem, vel commutationem voti Prælati auctoritas requiratur?

### CONCLUSIO.

Prælati potestatem dispensandi in voto habet. est enim Dei Vicarius, & ita habet auctoritatem determinandi, an sit Deo acceptum

ceptum impleri, aut non implere tale votum. & quemadmodum in lege communi non potest fieri dispensatio nisi per superiorem, ita neque in voto, cum sit quadam lex particularis. Et constat etiam ex B. Paul. 1. ad Cor. 2. nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos, in persona Christi. Nam debet fieri dispensatio ab illo qui habet vices Christi.

## CONCLUSIO.

Vt dispensatio in foro conscientiae valeat, legitima causa desideratur, sicut ut ex dispensatione maior honor Christi, & maior Ecclesiae utilitas sequatur. patet conclusio ex illis verbis B. Paul. propter vos. ubi indicat rationem dispensandi esse Ecclesiae utilitatem, quae est Christi corpus.

III. *Diffic. Poteritne votum in melius auctoritate propria vouentis, & non Praelati commutari?*

Opinio Ricardi, & Sylvestri est negans. Contraria est Angelii verbo votum, & Caiet. hoc loco.

## CONCLUSIO.

Quando voti commutatio est in melius, proculdubio auctoritate vouentis fieri potest. expressè habetur in c. Peruenit & secundo de iureiurando, & in c. Scriptura, de voto, & in c. Dicit, de regularibus. Nam qui ita adimplet votum, reddit æquivalens, & quod magis gratum est: ut si quis promississet templo calicem argenteum, & redderet aureum.

## CONCLUSIO.

Quando commutatio fit in aliquod aequale, de quo certissimum non est esse magis Deo gratum, quam votum, tunc non auctoritate propria, sed Praelati fieri potest commutatio, nam voluntas Dei tunc est exploranda, non per subditum, sed per Praelatum Christi Iesu vices gerentem.

II. *Dubium. Quis poterit dispensare cum illo qui promissit religionem strictiorem, ut laxiorem intrare possit?*

Respondeo, solus Episcopus.

V. *Diffic. Quando erit cum aliquo in voto dispensandum.*

## PROPOSITIO.

Quando materia voti redditur inutilis, aut mala tunc sufficiens causa est, ut Praelatus dispense. Haec non indiget probatione.

## PROPOSITIO.

Quando vota adimpleri non potest, & impotentia adimplendi

S. Tho. ar.  
I 2. Ric.  
ar. 8. q. 1.  
Syl. verbo.  
votum 4.  
S. 7. So.  
ubi supra.

S. Th. ar.  
10. So. ubi  
supra.

adimplendi ex imbecillitate, & impotentia vouentis, & non corruptis eius moribus proficiscitur, tunc sufficiens est dispensandi causa. Propterea quod, quando magnitudo rei promissæ est viribus promittentis impar in periculo violandi votum constituitur, atque ita vt peccatum vitetur, erit illi per dispensationem subueniendum. Hæc diligenter examinent dispensatores, vt Christi Iesu fideles ministri inueniantur.

### PROPOSITIO

Est quoque sufficiens dispensandi causa, quando voti obseruatio maius bonum particulare, vel commune impedit. Et ratio à simili est. Nam vt in commutatione non est reus voti, qui illud in melius commutat, similiter neque qui propter damnum commune, vel particulare ab obligatione adimplendi votum absoluitur.

**A P- P E N.** Hinc, omnes ministri ad Ecclesiæ vtilitatem destinati, vt Concionatores, Cōfessores, Cantores, & alij, qui propter ieiunij promissi obseruantiam minus sufficienter sua ministeria exercent, sufficientem causam dispensandi in voto abstinentiæ habent.

**A P- P E N.** Hinc, erit quoque sufficiens dispensandi causa cum coniuge, qui redditur imbecillis propter abstinentiam promissam ad debiti solutionem, est enim illud votum impediens maius bonum, nempe, debiti solutionem, ad quam ratione iustitiæ obligatur. & & de similibus erit similiter iudicandum.

*S. Th. ar.*

### *VI. Diffic. Quando Prelati commutare debent?*

*11. S. loco  
cetano.*

Animaduerte, commutationem au esse simplicem, vt quando fit in maius, siue æquale bonum, aut esse mixtam, vt quādo votum in minus bonum commutatur. tuncque cōmutatio, & dispensatio interueniunt.

### PROPOSITIO.

Quando commutatio est simplex, & absoluta, autoritate vouentis fieri potest. Hæc supra probata manet.

### PROPOSITIO.

Quando fit commutatio in bonum æquale, tunc autoritate superioris fieri debet. Definita est in c. Quod super iis. de voto, vbi legitur votū peregrinationis versus Hierosolymam à mulieribus emissum in bonum æquale commutari posse, s. in Eleemosynam ad terram sanctam mittendam. quod quidem est maius bonum illi terræ, quam mulierum peregrinatio.

Cæterum, votum aliarum peregrinationum ita est commutandum.

mutandum. V. g. promisti peregrinari ad Virginem Sanctissimā de Monferrat, & vterius promisti offerre illi templo decē ducatos, auctoritate superioris decem ducati ad aliud templum commutari poterunt, & expensæ in itinere faciendæ erunt pauperibus erogandæ deductis tamen, quas domi vouens facturus erat. Exempli causa erit in itinere singulis diebus sex nummos argenteos consumpturus, & domi tres tantum, his tribus deductis, cæteri sunt pauperibus elargiendi. est tandem commutandus labor itineris in ieiunium, ita, vt pro quarto quoque die itineris vnus ieiunij dies imponatur.

## P R O P O S I T I O.

In his omnibus commutationibus habenda est tantum ratio expensarum, & laboris in eundo, non autem in redeundo. Ratio est, quia solum promisti ire, non autem redire.

## P R O P O S I T I O.

Quando commutatio fit in bonum æquale, debet commiseri dispensatio: ita vt aliqua causa ex supra dictis interueniat. est tamen notandum, hanc commutationem mixtam non posse ab illo fieri, qui auctoritatem commutandi tantum habet, vt est confessor virtute bullarum, sed ab eo, qui simul dispensandi auctoritatem obtinet. & hac de causa confessores ab Episcopo auctoritatem dispensandi petere debent.

VII. Diffic. *Qua ratione confessores debent vota virtute bullarum commutare?*

*Soto vbi supra.*

## P R O P O S I T I O.

Eleemosyna, in quam fit commutatio, est eroganda quæstionibus Cruciatæ, in expeditionem contra Turcas. Nam ita in bulla præcipitur.

## P R O P O S I T I O.

Confessores, si petierint à diocesano auctoritatem commutandi pœnitentis vota, poterunt efficere vt eleemosyna, in quam fit commutatio, pauperibus elargiatur, quoniam tunc non auctoritate bullarum, sed Episcopi fiet commutatio.

## P R O P O S I T I O.

Autoritas dispensandi, aut commutandi vota virtute bullarum non est intelligenda, nisi de votis factis ante bullæ receptionem. quia dispensatio nunquam conceditur, nisi ad Præteritum. temerarium namque esset concedere alicui facultatem dispensandi in voto, priusquam votum fieret, & hoc in bulla exprimeretur.

Solus Ri.  
d. 3. ar.  
9. q. 3.

VIII. Dif. Qui vouit non petere dispensationem, aut voti commutationem, poteritne illam exigere?

## P R O P O S I T I O.

Legitima interueniente causa huiusmodi votum non obligat. Ratio est, propterea quod votum, quando impedit maius bonum, est dispensandum. atque ita est de hoc voto, quando est maius bonum petere dispensationem.

## P R O P O S I T I O.

Quando nulla subest dispensandi causa, tale votum obligat, quia votum de re aliqua licita emissum obligat in conscientia.

## P R O P O S I T I O.

Votum de non petenda voti commutatione obligat ad non petendum commutationem in bonum æquale, non tamen in melius. Hæc ex supradictis constat.

Ri. ar. 9.  
q. 1. & 2.  
Syluest.  
verbo votum 4. §.  
5. Solo.  
arti. 2. q.  
4. libr. 7.  
de iust.  
& iur.

IX. Dif. Quis in votis dispensare, aut illa irritare poterit?

Rom. Pont. vota Christianorum nulla interueniente causa irritare non potest, demptis votis religiosorum, quia non habet Dominium super actiones Christianorum, & eorum bona, quæ admodum super actiones religiosorum, cum sit eorum summus Prælatus, habet. Communis est opinio.

## C O N C L U S I O.

Episcopus, & quicumque alius Prælatus habens spiritualemente iurisdictionem in subditos in omni voto, dempto castitatis, religionis, & peregrinationis terræ sanctæ voto, dispensare potest. Definita est c. 1. & c. ex multa, & c. Super his. de voto cæterum, ex consuetudine reseruat, vt in bullis Cruciatæ patet.

## C O N C L U S I O.

Episcopus in voto temporali castitatis dispensare potest. Ratio est quia huiusmodi vota non sunt simplicis continentia, sed ad tempus.

S. Th. est  
ad 3.

Pano. tamen in c. Veniens, qui clerici, vel vouentes, & Angel. verbo votum. affirmant Episcopum posse dispensare in voto perpetuæ continentia, consuetudo tamen, quæ est optima legum interpretis talem dispensationem solius Papæ esse declarauit.

## C O N C L U S I O.

Licet Episcopus non possit in voto simplici religionis dispensare, potest tamen legitima interueniente causa declarare votum

exequutionem esse differendam. quia declarare non est dispensare, sed voti exequutionem in aliquo euentu propter maius bonum suspendere. ad quod quidem iurisdictio spiritualis, & vt declaratio authoritatiue fiat desiderauit, ad distinctionem declarationis alicuius Doctoris, quæ non est ita in conscientia tuta, vt est, authoritatiua declaratio.

CONCLUSIO.

Potest Episcopus dispensare, vt habes arctioris religionis votum latiore intrare valeat. Hoc enim non est dispensare in voto religionis, cum semper sit religioni obnoxius sed est dispensari in arctiori vinculo.

CONCLUSIO.

Si monachus professus votum migrandi ad arctiorem religionem fecerit, eius Prælati legitima interueniente causa, & non aliter, in tali voto dispensare, non autem illud irritare, poterit, quoniam habet iurisditionem spirituaalem super monachum, quod ad dispensandum sufficit, caret tamen dominio super hunc actum, & ideo irritare tale votum haud poterit.

CONCLUSIO.

Metropolitanus in votis subditorum sui suffraganti dispensare minime potest. Quia illi in gradu tantum appellationis subiiciuntur.

CONCLUSIO.

Metropolitanus in voto Episcopi sui suffraganei dispensare potest. quia immediate illi est subiectus.

X. *Lissi. potestne Episcopus dispensare in voto penali peregrinationis in terram sanctam aut religionis, siue castitat?*

PROPOSITIO.

Tale votum antequam pœna incuratur, per Episcopum dispensari potest: vt si quis promiserit non ludere chartis sub pœna ingrediendi religionem, vel peregrinandi Hierosolymam. Ratio est, quia ante ludum tale votum nondum obligat. in hac re omnes conueniunt, dubitant tamen, an quando iam vouens incurrit Pœnam per Episcopum dispensari possit? quidam partem affirmantem tenent, Soto verò, & alij negant.

PROPOSITIO.

Huius dubij tutior est pars negans. nihilominus tamen poterit confessor sequi affirmantem, quamuis ipse negantem tueatur: tunc eam non faciet contra conscientiam, cum

S. Th. 2.

1. q. 189.

arti. 3. ad

3. Soto

lib. 7. ar.

3. q. 4.

affirmans opinio fit probabilis, quamuis agat contra suam opinionem.

*Caie. est.* I. *Dubium.* Promittens ieiunare in vigilia Natiuitatis immaculata, semperque virginis Mariae, si illo die non ieiunet, tenebiturne alio die ieiunare?

R. non. sed pœnitere tantum.

II. *Dubium.* Vota Scholasticorum Salmanticensium, & aliarum Vniuersitatum possuntne per Episcopum, aut Archiepiscopum illius Diœcesis, vel per Cancellarium dispensari?

Respondeo cum doctissimo patre Alcozer, qui affirmat, & merito, ad proprium Diœcesanum esse recurrendum.

*Dubium.* III. Vota Nouitiorum cuius auctoritate sunt commutanda?

### PROPOSITIO.

Prælatus non habet dispensandi in illorum votis auctoritatem. quia nondum sunt professi.

### PROPOSITIO.

Magister nouitiorum vota illorum in melius, siue in æquale commutare poterit: vt si vouit ieiunare in sabbato, ieiunet feria sexta, & si vouit recitare psalmos singulis diebus, vnam nullam sub voto audiat.

*Praxis dispensandi & commutandi vota.*

### PROPOSITIO.

Quando dicitur votum commutandum esse in melius, intelligitur in magis meritorium, siue magis satisfactorium V. g. ieiunium, oratio, & elemosyna sunt meritoria, & satisfactoria, & peregrinatio similiter sed magis meritorium est Missæ sacrificium, & confessionis frequentatio, atque ita poterunt prædicta vota etiam peregrinationis in Hierosolymam, commutari in sacrificia, & orationes atque elemosynas, & in frequentationem confessionum per annum, vel per singulos menses, saltem vt in vno quoque mense confiteatur. Hoc enim magis meritorium est, quam peregrinatio.

### PROPOSITIO.

Est quoque notandum, nunquam in bullis, vel in iubileis cōcedi confessoribus auctoritatem dispensandi, sed commutandi vota, quod est intelligendum saltem in bonum æqualiter meritorium, satisfactorium, aut impetratorium.

### PROPOSITIO.

Ratio dispensandi semper debet esse melioris boni impeditiua, id

na, id est, incompossibilis cum maiori merito. V. g. promittit aliquis continentiam, qui si nuberet, sedarentur multa scandala, in hoc casu hæc est sufficiens causa dispensandi in voto continentie, quia magis meritorium est paci reipublicæ consulere, quam à coniugio abstinere. Nam bonum quo communis eo melius, magisque eligendum.

## PROPOSITIO.

Est etiam causa commutandi votum sufficiens, quando facile executionis voti obliuiscitur, & facilius illud frāgit, habetque multa impedimenta, quibus præpeditur, ne votum adimpleatur, & non debet esse commutatio in omnino æquale in indiuisibili consistens (*Que no es Dios achacoso, que si con Dios se traxesse, diria, tu hazes de mala gana estas oraciones, cada dia y toda tu vida las haras, por tante mejor sera que me firuas de mejor gana en esto* Hactenus de Voto.

FLORES TOTIVS DISPUTATIONIS  
de restitutione, & de singulis contractibus.

De his omnibus quæstionibus disputant Doctores, Scholastici. d. 15. 4. & præter illos Alexan. Alen. variis in locis infra citatis, & S. Thom. quoque Gerson de potestate Ecclesiastica consideratione 13. & in tract. de vita spirituali lect. 13. Conradus de contractibus Medina. C. de rebus restituendis, Nauar. in sua summa. Soto in opere de iust. & iur. Pater Franciscus Alcocer in opere, cui titulus est. Tratado delos iuegos.

## QUÆSIO PRIMA DE DOMINIO.

Art. Primus quidnam est Dominium?

## CONCLUSIO.

**D**ominium est ius, siue facultas quomodolibet vtendi, aut alienandi rem aliquam secundum vsum à lege permissum. Hæc concl. non aliter probatur, quàm per discrimen, quod inter vsumfructuum, & Dominium reperitur. nam vsum est ius. siue potestas vtendi, fruendique realiena in propriam tantum utilitatem: Vsumfructus est potestas vtendi, & alienandi fructum salua tamen rei substantia: at verò Dominium est potestas non

§ Tho. 2.  
2. q. 66.  
art. 2. &  
q 78. ar.  
1. Soto. li.  
4 q. 1. ar. 1  
Med. q. 1.

solam vtendi fructu rei, verum etiam alienandi eiusdem rei substantiam.

Sol. li. 4.

q. 3. Sc. et

Med. vbi

supr. S. T.

776. ar.

2.

I. *Dis. Quo iure incepit Dominiorum diuisio?*

Animaduerte primum ius naturæ bifariâ sumi. Primo quod natura omnia animantia docuit, siue quod appetitui sensitiuo consonat: vt est liberorum generatio, & eorum educatio. Secundo, quod ratio naturalis inter omnes gentes constituit, quodque apud omnes populos æque custoditur quod olim ius gentium appellabatur, quale illud est, quod tibi non vis, alteri &c. Et de hoc secundo modo est in præsentia disputatio.

CONCLUSIO.

Iure naturali, & diuino in statu innocentia non fuerunt distincta dominia, sed omnia erant tunc communia. Concl. est D. Aug. Ad verbum. & ab Ecclesia in Can. quo iure d. 8. canonizata. nam iure, inquit, humano dicitur, hæc villa est mea, &c.

Hinc, constat diuisionem Dominiorum per legem humanam posituam fuisse factam, nam lege, inquit, humana &c. in can. quo iure.

CONCLUSIO.

Præceptum iuris naturæ, quo omnia communia erant post Adæ peccatum fuit reuocatum. Ratio est, quia tunc regnante peccato, si non fuissent Dominia distincta, potentiores omnia ita occupassent: vt imbecilliores non potuissent non egestatem pati maximam.

CONCLUSIO.

Facta autem est dominiorum diuisio per aliquam legem iuste latam à patre, siue à principe, siue ab aliqua republica. Adam enim filius suis rerum Dominia diuisisse Scriptura sacra satis apertè indicat dicens, Cain obtulisse sacrificium de fructibus terræ, Abel verò de primogenitis gregis sui, & de apibus eorū. Secunda, & tertia pars conclusionis ex iure Canonico & Ciuili constat. vbi præcipitur, vnumquemque in propriis bonis indemnem seruari, hætenus de hac difficultate cum Scoto, & duo argumenta, quæ contra secundam conclusionem Soto affert, facile solues si cum S. Tho & Cai. distinxeris dicens, legem naturalem, & præceptū naturale semper esse immobile: vt est præceptum prohibens iniuriam, at vero legem naturalem sumam per con-

per concessione, vel permissione facta per naturam, vt erat lex prohibens Dominiorum distinctionem, posse reuocari, & reuocata fuisse, non enim fuit præceptum, vt omnia essent communia, sed concessio.

II. *Dis. In rebus, quæ vsu consumuntur potestne vsus à dominio separari?*

Gravis est hæc difficultas. Nam Nicolaus I I I. in Extrauag. exiit, qui seminat de verb. sig. in 6. & Clemen. 5. in Clementi. exiit, eodem titulo in 6. & cæteri omnes summi Pontifices. eorum successores definirunt fratres Minores non habere alicuius rei dominium, vsu autem facti, & non iuris, esse penes eosdè fratres. At verò Ioan. 22. post Nicolaum I I I. in Extrauag. Ad conditorem oppositum decreuit dicens, in rebus quæ vsu consumuntur impossibile esse vsum à Dominio distingui.

CONCLUSIO.

In rebus, quæ vnicò actu consumuntur, vsus à Domino separari potest, & de facto in ordine fratrum Minorum separatur. Constat ex proxima conclusione huius Art. tum etiã in Deuterono. dicitur ingressus vineam proximi comedere vnas, quantum tibi placuerit, foras ne efferas tecum, acurè quidem colligitur hæc sequela vbi Venditio vnarum prohibebatur, & simplex vsus sine Dominio concedebatur, quare vsus necessario à Dominio distinguitur. & in act. Apostolorum legitur omnes credentes habuisse omnia communia, quamobrem nullus in particulari habuit Dominium, sed vsum tantum, alioquin nõ essent communia.

III. *Dis. Quis potest alicuius rei habere dominium?*

Fratres Minores de obseruantia nullius rei dominium, nec in communi, nec in particulari habere possunt. patet ex Clemèti. exiui. & ex 6. capite Regulæ seraphici patris Francisci.

Hinc, non poterunt vendere, vel permutare, aliquid sine expressa, aut tacita Indicorum facultate.

CONCLUSIO.

Nullus monachus cuiusvis religionis sit, in particulari alicuius rei proprium Dominium habere potest. Definita est expressè in cap. cum ad monasterium de statu regulariũ vbi Roma. pont. ita ait, Abdicatio proprietatis sic est annexa statui regularium, vt in his papa non possit dispensare.

Hinc, si papa alicui monacho concedat, vt habeat dominium, ille iam non erit monachus. Nam papa licet possit

S Th. Sc.  
& Medi.  
& Solo  
vbi supr.  
A P.  
P E N.

A P.  
P E N.

facere de monacho non monachum, efficere tamen non potest  
 ut manente monachatu in particulari proprium habeat, quia  
 proprietatis abdicatio est de essentia monachi, quemadmodum  
 rationale de essentia hominis

## C O N C L U S I O.

<sup>A</sup> Furiosus perpetuus dominium alicuius rei habere non potest:  
 qui enim sui ipsius non est Dominus, aliis dominari non potest,  
 & huiusmodi furiosi sunt veluti agentia naturalia, quæ suarum  
 operationum dominium non habent.

## C O N C L U S I O.

Gen. 1.

Homines, qui non sunt perpetuo amentes, Dominium ha-  
 bere possunt. Pater Ge. 1. faciamus hominem ad imaginem, &  
 similitudinem nostram: ut præsit, id est, ut sit Dominus &c. qua-  
 re fundamentum omnis dominij erit imago & similitudo Dei,  
 quæ consistit in nobis: ut B Damascenus docet in hoc, quod  
 liberum arbitrium habemus, atque ita soli homines, qui non  
 sunt perpetuo amentes, aut ut alij dicunt, rationalis creatura,  
 quæ habet liberum arbitrium, poterit habere dominium.

A P-  
P E N.

Hinc, nulla creatura irrationalis poterit habere dominium,  
 quod est contra Gerson. Conrad. & alios, qui quamlibet crea-  
 turam affirmant habere dominium, ut leonem v. g. esse ferarum  
 quas prædatur dominum.

## C O N C L U S I O.

psal. 23.

Deus iure naturæ titulo creationis est Dominus omnium  
 creaturarum nec se illo dominio priuare potest, Domini enim  
 est terra, & plenitudo eius, Dominusque totius creaturæ est.

A P-  
P E N.  
Ex. 6. 3.

Hinc, filij Israël Egyptios spoliantes furtum non commiserunt  
 quia hoc volente vniuersali Domino, scilicet, Deo fecerunt.

## C O N C L U S I O.

Rom. 13.

Omne dominium, quod in creaturis reperitur à Deo est. dici-  
 tur enim ad Rom. omnis potestas à Domino Deo est &c.

## C O N C L U S I O.

Angeli suarum actionum, ut contemplationum, motus &c.  
 Domini sunt, alterius tamen rei in vniuerso existentis domi-  
 nium habere minimè videntur. Deus enim omnia propter nos  
 creauit, neque vllam creaturam propter Angelos creasse legi-  
 mus, dæmones namque supra damnatos, ius tantum quoddam  
 ministeriale iustitiæ Diuinæ habent.

**IIII. Dis. An primogenitus habeat dominium  
bonorum vinculatorum?**

So. lib. 4.  
q. 5. ubi  
supra.

Dux sunt opiniones. Prima dicit esse dominum, licet nō possit ea vendere, quia minor ætate est Dominus suorum bonorū, & tamen illa alienare non potest.

Contraria & secunda est Baldi, & aliorum iurisperitorum e. de secundis nuptiis in l. femine. quæstio hæc de nomine esse videtur. utraque opinio est probabilis.

*Art. II. Quarum rerum homo dominium habere potest?*

S. T. 2. 2.

**CONCLUSIO.**

q. 3. ar. 4.

Homo non est Dominus suæ vitæ, ut membrorum ita ut possit seipsum interimere; quin agat contra charitatem & iustitiam. agat quidem contra charitatem, quia præcepto, non occides, non solum alios, verum & nos ipsos occidere prohibemur, & contra iustitiam quoque, quia occidens seipsum aufert alienum, nempe, vitam inuito Deo, qui est vitæ, & mortis Dominus. Nam in Deutero. dicitur, ego occidam, & ego vivere faciam.

ad 1. Soto

li. 4. tota

q. 1.

Deu. 3. 2.

**CONCLUSIO.**

Homo propriæ famæ ita est Dominus: ut imponens sibi falsum crimen, agat solum contra charitatem. Nam Christus Iesus, cum in multis accusaretur, nihil respondebat: ita ut miraretur Præses vehementer. & sancti propriam famam contemnebant, quod minime illis integrum fuisset, si Domini famæ propriæ non extitissent, sed de hac re latius infra.

Mar. 15.

**CONCLUSIO.**

Leu. c. 25

Vnus homo alterius hominis titulo emptionis, vel quia fuit in iusto bello captus, dominium habere potest. Prima pars conclusionis in Leuit. cap. 25. habetur. ita enim legitur, si paupertate oppressus vendiderit se frater tuus, non opprimas eum cum servitute famulorum. quod apud nos modo non licet, est tamen inter infideles nunc, ut olim erat, consuetudo vendendi proprios filios, ut habetur in lege 2. ff. de his, qui proprios filios distraxerunt. secunda verò pars patet. quia cum possit miles hostem interimere, poterit illum in mancipium servare, & hæc dicitur servitus iure belli, quæ instituta est ad servandam hostium vitam.

**CONCLUSIO.**

Qui servus est, quia seipsum vendidit, si fugiat ad restitutionem tenebitur, furatur enim alienum.

**CONCLUSIO.**

Servus iusto bello captus potest fugere, quia Dominus

Hh 5 non

non maiorem potestatem habet finito bello, quam tēpore belli, & sicut tunc, ita & nunc licite fugere poterit.

A P.  
P E N.

Hinc, si fugiat ab emptore, non tenebitur ad restitutionem: quia eodem titulo tenetur seruire emptori, quō capienti tenebatur: & quemadmodum à capiente, ita ab emptore licebit illi fugere: dummodo non promiserit medio iuramento se non fugitūrum, vel non sint dominati tunc enim fugere haud poterunt. nota ad confessiones seruorum au diendas.

### CONCLUSIO.

Homo iure naturali, & Diuino est Dominus ferarum, piscium, & animalium. dicitur enim Gen. 2. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.

Seco. ar. 2.  
q. 2. So. li.  
4. qu. 5.  
Med. 7. 1.

Art. III. *Quibus modis transferri potest Dominium?*

### CONCLUSIO.

A P.  
P E N.

Dominium rei in alium transferri potest per solam Domini voluntatem cum traditione, dummodo à lege non prohibeatur. Probatum instituta, de rerum diuisione. Vbi dicitur, nihil tā conueniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini volentis rem propriam in alium transferri, ratam habere.

A P.  
P E N.

Hinc, si Dominus rei non habeat rationis vsū, & liberum arbitrium, quia mente captus, vel puer est rem suam dare non poterit, non enim dicitur habere propriam voluntatem nec libero vti arbitrio, cum quid agat, ignoret.

A P.  
P E N.

Hinc, si minor sine auctoritate tutoris, & primogenitus sine auctoritate principis, aliquid alienauerit, recipientes ad restitutionem tenebuntur. quia hi à lege alienare prohibentur.

Idem est iudicium de vsurario, quamuis solutio vsurarum spontanea sit, & de iudice accipiente pecuniā pro sententia proferenda. quia non acquirunt dominium: vt definitum est in cap. exigi de censibus in 6. similiter iudicandum est de aliis casibus.

### CONCLUSIO.

Dominium potest quoque legis auctoritate contra domini voluntatem transferri. Vt constat in præscriptionibus de quibus infra agetur. & in bonis hæreticorum. Nam à die commissi criminis, inuito hæretico, dominium bonorum illius transfertur.

CON,

## CONCLUSIO.

Aliquando etiam dominia per iudicis sententiam inuito Domino transferuntur. Definita est in Can. fraternitatis 11. q. 2. vbi dicitur, furem à iudice posse mulctari pœna pecuniaria. cuius pecuniæ dominium per sententiam iudicis mediante executione in alium transfertur.

I. *Diffic. Possuntne filij illegitimi bona paterna retinere?*

So. vbi su

Nota filiorum illegitimerum quosdam vocari manceres vt qui ex meretricibus lupanari expositis nascuntur. alios spurios: vt qui nascuntur ex aliena concubina, vel ex illa quæ pluribus exposita est. non tamen in lupanari, alios nothos, vt qui ex adultero procreantur, alios tandem naturales, qui ex propria concubina domi retenta, dummodo vterque sit solutus, geniti sunt. Hæc diuisio colligitur, ex ca. nisi cum pridem. de renunciatione.

pta 47. 1.

## CONCLUSIO.

Tam pater, quam mater possunt filiis quocunque modo illegitimis quintam partem suorum bonorum relinquere. Patet per legem nonam & decimam Thauri. & ratio est, quia quinta pars bonorum, cui voluerit testator, legare poterit.

## CONCLUSIO.

Filij spurij, & naturales possunt matri ab intestato succedere, & testamento, quamuis habeat ascendentes hæredes legitimos: dummodo legitimis descendentibus careat. probatur per legem nonam Thauri, vbi expressè habetur.

## CONCLUSIO.

Spiritus neque ex testamento, neque ab intestato patri succedere potest. Et ratio est, quia habet incertum patrem.

## CONCLUSIO.

Filius naturalis ex testamento tantum potest patri succedere, quamuis habeat legitimos, ascendentes, si tamen legitimis descendentibus sit priuatus. probatur per legem decimam Thauri.

## CONCLUSIO.

Adulterinus nec ex testamento, nec ab intestato, patri aut matri succedere potest, par eandem legem Thauri patet.

II. *Diffic. Potestne pater filium illegitimum heredem per fidei commissum instituere, ita vt conscientia filius talia bona retinere possit.*

So. ubi supra.

## CONCLUSIO.

Filij adulterini secularium in fidei commissio in foro conscientie

conscientiæ, non tamen in foro exteriori, bona paterna possidere possunt, quia lex prima fori titulo de hæredibus & successoribus tantum prohibet, ne sint ex testamento hæredes.

### CONCLUSIO.

Filij clericorum, aut religiosorum, nec per testamentum, nec per fidei commissum, nec per donationem in bonis paternis succedere possunt, Ita definitum est in lege 22. li. 1. tit. 3. & in lege 2. lib. 5. tit. 3. regalium ordinationum. Vbi ita legitur (*Ordenamos, y mandamos, que los hijos de los Clerigos, religiosos ni heredem, ni puedan heredar bienes lo de sus padres, ni de sus parentes, ni los puedan gozar por legado, ordinacion, o por otro trapasso.*) Qua lege iusta inhabiles redduntur, & in foro exteriori, & conscientiæ ad bona paterna habenda aliquo titulo legati donationis, &c.

Hinc, si pater tacito fidei commissio, aliquem hæredem constituat, poterit filio clerici bona illa dare, non tanquam paterna sed tanquam propria.

A P-  
P E N.

Hinc, si fidei commissum sit expressum, peccabit fidei commissarius bona illa filio clerici danda, & in conscientia fisco, aut pauperibus illa restituere tenebitur, si tamen hoc fisco latere potest. sin minus reddat fisco, ne postea iterum solvere teneatur. non enim cum sit lex peonalis ante condemnationem obligat.

A P-  
P E N.

So<sup>o</sup> ibid.

III. Diffic. Si filius, aut filia clerici matrimonium contraxerit, & filios ex tali matrimonio habeat, poterit nepotibus hæreditatem relinquere?

Poterit. quia pœnæ sunt restringendæ, & lex illa de filiis clericorum est pœnalis.

Syl verbo  
alienatio

§. 12. 13  
& 14. &

III. Diffic. Teneturne pater filios illegitimos alere?

### CONCLUSIO.

verbo te-  
stamentū  
I. § 5. &  
verbo hæ-  
reditas 3

§. 7. So. u-  
bi supra.  
Syl uer-  
tur.

bo aliena  
tio §. 12.

& verbo.  
testamen-

Tenentur quidem illos, qui rationis usum non attigerunt, in humanum enim esset filios in ætate infantili, in qua victum sibi quærere non possunt, ita relinquere. Vnde qui eos ut ab aliis alantur, exponunt, mortaliter peccare videntur.

### CONCLUSIO.

Filios spurios post rationis usum alere non tenentur, quod quidem fit. ut homines à concubitu damnato, & pessimo arceantur.

Art. Vlt. An per contractum minus solemnem, in foro conscientie dominium transferatur?

Vt si petrus non habens hæredes necessarios, sed collaterales, tantum instituat hæredem Ioannem in testamento minus solenni, vel

ni, vel instituat hæredes in tali testamēto necessario, vel collate-<sup>tum. §. 5.</sup> rales, & leget extraneis quintam partem suorum bonorum, pos<sup>ADR. quol.</sup> sintne parentes expoliare Ioānem, vel Ioannes possit bona fide <sup>6. ar. 1. S.</sup> illa bona retinere, vel an teneantur hæredes in conscientia lega<sup>to vbi su-</sup> ta, illa soluere. <sup>pra.</sup>

Tres sunt de hac re opiniones. Duas affert Syluest. & affirmat ultra montanos, qui respectu illius sunt Hispani, & Galli, teneri partem negantem. Cis montanos verò, qui sunt Itali partem affirmantem. Tertia opinio est media, quam tenet Sor. dicens, qui tenet bona per testamentum minus solenne esse tutum in conscientia, donec in iudicio conueniatur.

## CONCLUSIO.

Quando lex irritat duntaxat contractum, & non prohibet expresse siue ex cōsuetudine domini translationē, præcepit fieri restitutionē, talis contractus est in conscientia validus. Patet exemplo in c. quia Sicut de electione vbi dicitur, infirmam esse electionem, si suffragator absens non fuerit vocatus, nisi ratione pacis in electione consenserit. Secundo, quia lex ciuili prohibet ludum, & tamen acquisita per ludum non sunt restituenda vt infra in quæstione de ludo declarabitur. quare quantumcumque lex requirat aliquam solemnitatem, qua deficiente contractus annullatur, est intelligēdū, ne virtute illius cōtractus aliquis possit in iudicio agere: vt gl. in l. nō dubiū. C. legibus docet.

## CONCLUSIO.

Quando testamentum est nullum secundum leges ciuili, quia non habet, scilicet, aut. 7. testes, quos secundum iura ciuilia habere tenebatur, si duos vel tres habuerit testes erit in conscientia validum. expresse definita est cap. Cum esses. de testamentis ab Alexan. Papa. Dicit enim esse ex lege Diuina tale testamentum, validum, ius autem diuinum vbique in conscientia obligat.

## CONCLUSIO.

In legatis ad pias causas testamētum est validum in vtroque foro, si habeat duos, vel tres. Communis est Doctorum sententia, qui ita c. Cum esses. citatum declarant.

*Dubium. Si testamentum vnum, vel nullum habeat testem, sed tantum sit chirographo defuncti signatum. tenebitur hæres in conscientia legatum soluere?*

CON-

QVÆSTIO.  
CONCLUSIO.

Si hæredi per sufficientem probationem: scilicet, per chirographum defuncti, aut per vnum testem omni exceptione maiorem confiterit, tenebitur in conscientia / soluere legatum. nihil enim tam naturale est, quam vt dominia sola Domini voluntate, quando non prohibetur a lege transferrantur. & in præsentia testator voluit in legatarium trãsferri dominium, nec fuit a lege prohibitus.

CONCLUSIO.

Quando testamentum est nullum, quia defunctus non habebat testandi auctoritatem eo modo, quo testamentum condidit, tunc tale testamentum in vtroque foro erit irritum. v.g. si habens hæredes necessarios vltra quintam partem aliquid extraneis legauerit. Ratio est, quia in tali casu prohibentur alienare, quod legauit, & ita non potest dominium transferri. at verò in his que potuit legare, valebit testamentum.

A P.  
P E N. Hinc sequitur, si quis exhæredauerit filiũ, & instituerit extraneum, & simul quintam partem tantum legauerit, quãuis testamentũ quantum ad institutionem hæredis non valeat, valebit tamen quo ad legata. quia quantum ad legata. testamentum est legitimum.

S. Th. 2. 2.

q. 62. ar.

S. aliquis

vbi sup.

Sylu. ver-

bo restitu-

tio Medi.

q. 2. de re.

So. li. 4. de

in. & iur.

ar. 1. q. 7.

Sco. q. 2.

S. Th. Sc.

& So. vbi.

QVÆSTIO SECVNDA DE  
restitutione.

Ar. I. Cui facienda est restitutio.

Explicabitur nonnullis difficultatibus expositis.

I. Diffic. Oportetue semper vero Domino, a quo res ablata est, restitutionem fieri.

CONCLUSIO.

Vero Domino, aut eius hæredibus, siue ex testamento, siue ab intestato rei ablatae facienda est restitutio. Nam restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, per quam constituitur equalitas inter personas, quæ inequalia habent: & cum verus Dominus, cui damnum illatum est, minus habeat, illi, & non alteri, erit restitutio facienda.

S. Th. Sc.

Medina,

& So. v

bi supra.

II. Diffic. Quid si Dominus res sit illa abusus, eritne eidem restituenda.

V.g. si petat pecuniam alteri accommodatam: vt cum meretricibus prodigat. quidã statim esse restituendam pecuniam existimant,

firmant, & in suam sententiam Adrianum adducunt.

## CONCLUSIO.

Si Dominus paratus est ad dissipandum pecunias, & dilatata solutione per aliquod temporis spatium, non fiet pecuniarum dissipatio, possunt pecuniam retinere. potissima ratio, ob quam est statim facienda restitutio, esse dicitur, quia rei alienae detentio est in detrimentum veri Domini. & cum in casu posito restitutio, esse dicitur, quia rei alienae detentio est in detrimentum veri Domini. & cum in casu posito restitutio in eius damnum potius redundaret, poterit restitutio aliquod dies protrahi cessante si quidem causa restitutionis, cessare & restitutio debet.

Hinc furioso, & hominibus perditis, quos scimus ludo, ebrietatibus, meretricibus, & aliis id genus vitis certo res suas esse consumpturos, non erit restitutio statim facienda, sed commodum tempus expectandum.

Hinc, qui lucratus est pecunias à filio familias, quem certo scit facta restitutione iterum lusurum, non illi, sed patri restituere, aut apud aliquem pecuniam lucratam deponere tenebitur.

Hinc, de sententia Caietan. si quis magnam pecuniam principi debet, non tenetur illam statim restituere, quando iniustum bellum gerit, quia esset in aliorum iniuriam.

Hæc autem omnia sunt intelligenda, dummodo scandalum excludatur. nam si verisimiliter scandalum futurum esse creditur vel quia præsentibus existimabunt me nolle debitum solvere, vel quia creditor mihi minatur, nimisque irascitur, vel in periculo peccandi constituitur, restitutionem dilatare non teneor. perinde etiam, si verisimile est dissipaturum esse pecunias, quocumque tempore illi restituatur, nunquam enim aliquis statim restituendo peccat, etiam si, vt dictum est, aliquando melius sit restitutionem protrahere.

III. *Diffic. Estne semper restitutio facienda possessori, a quo res ablata est?*

## CONCLUSIO.

Si possessor est malæ fidei vt latro, Domino est restitutio faciendâ, ita vt latronis persona non prodatur, eritque latro admonendus, ne iterum Domino restitutionem faciat, illi enim restitutio est faciendâ semper, cui damnum est verus Dominus, non autem latroni qui enim Domino restituit vtriusque Domini, scilicet, & latronis causam vtiliter gerit.

A P-  
P E N.A P-  
P E N.S. Th. Sc.  
& Caiet.A P-  
P E N.Limita-  
tio.Ibi. DD.  
citati &  
Syl. ver. re-  
stitutio 4.

A P- Hinc, qui habet aliqua bona religiosi, aut Ecclesiæ, tenetur il-  
 P E N. la reddere non Prælato aut Episcopo si sint bonorum dilapida-  
 C. uet. tores, sed conuentui, aut capitulo, aut si fieri potest, in rebus im-  
 mobilibus restituat. Nam hæc non ita prodigi possunt.

A P- Hinc pallium vsurario ultra sortem datum, si auferatur, non  
 P E N. vsurario, sed Domino erit restituendum, & idem est de simili-  
 bus iudicium.

I. *Dubium. Quando dubito, sitne res, quam habeo furtim  
 ablata, aut non, cui facienda est restitutio?*

### CONCLUSIO.

Illi, à quo res accepta est, si est simpliciter dubium, est restitu-  
 tio facienda. Nam in rebus dubiis tutior pars est eligenda, tu-  
 tiusque est illi restituere, quia melior est possidentis conditio.

II. *Dubium. Habeo rem, quam scio furto captam, timeo ne ex  
 restitutione mihi detrimentum oriatum, tenebor vero  
 Domino, an latroni, a quo accepi, restituere*

V.g. si non restituo latroni, fortassis conueniet me coram iu-  
 dice, & condemnabor ad flagella, vel aliud damnum simile pa-  
 tiar.

### CONCLUSIO.

Tunc nunquam Domino restituere tenebor. Ratio est, quia  
 non teneor rem proximi mei utiliter cum iactura, & detrimen-  
 to meo gerere iuxta charitatis præceptum. proximus namque  
 suum egomet mihi.

Soto ubi  
 supra ar.  
 l. 2.

III. *Dubium. Quid si res, quam abstuli à latrone, non Domi-  
 no, sed latroni a me restituatur, erone postea iterum re-  
 stitutioni vero Domino facienda obnoxius?*

### CONCLUSIO.

Si ego rem per ignorantiam inuincibilem latroni dedi, non  
 teneor amplius ad restitutionem. v.g. si confessor mihi, vel vit a-  
 liquis prudens ita faciendum esse dixerit. Et ratio est, quia bona  
 fide latroni restitutionem feci.

### CONCLUSIO.

Si sciebam me rem furto sublatam vero Domino daturum,  
 non dando, mortaliter peccaui. quilibet enim tenetur charita-  
 tis præcepto sine proprio no cumento rem proximi utiliter ge-  
 rere.

### CONCLUSIO.

Qui scienter latroni dedit, iterum Domino restituere te-  
 netur. Ratio est, quia quicquid tenet iure fori, tenet etiam  
 poli,

poli, si non fundatur in falsa præsumptione, & iudex compellet me ad restituendam rem illam Domino, si hoc me cognouisse probetur.

## CONCLUSIO.

Si res à bonæ fidei possessore sublata fuerit, eidē, & non Domino est facienda restitutio quia bonæ fidei possessori, & non Domino illatum est damnum, cum ipse rem indemnem proprio Domino seruare teneatur: qualis est commodatarius, qui apud se pignus habet. quod si Domino fuerit facta restitutio, expensæ tantum, quas in rebus furto sublatis inuestigandis fecit, erunt commodatario restituendæ.

III. Dif. *Quando Dominus est incertus & ignotus, cui est restitutio faciendæ?*

Duæ sunt opiniones. Prima affirmantium esse autoritate Papæ pauperibus faciendam. Altera esse faciendam Episcopi autoritate S. Th. vbi supra ad 2. dicit esse consumendas res illas in pios vsus, & in 4. videtur sentire talia bona esse monasterio tribuenda. reliquorum tamen Doctorem sententia tenet necessario esse in vsus pauperum distribuenda.

S. Th. vbi supra.  
R. ad. 5.  
q. 4. d. o.  
q. 2. Sylu.  
v. r. restit.  
titio 8.

## CONCLUSIO.

Si facta diligenti inquisitione verus Dominus, vel possessor, cui damnum fuit illatum, non inueniatur, erunt pauperibus res ablata restituendæ, aut in pios vsus cōsumendæ. Ratio est, quia quando non apparet Dominus particularis, vniuersali Domino, nempe, Christo est facienda restitutio. & sit pauperibus res illas erogando. Dicit enim Christus. quamdiu fecistis vni de his fratribus minimis, mihi fecistis.

Matth. c.

Hinc, si non adhibita diligentia, & inquisitione veri Domini pro qualitate rei restituendæ pauperibus tribuatur, erit restitutio iterum vero Domino faciendæ, si comparuerit, sibi imputet secundam restitutionem. quia debite non inquisiuit dominum.

23.

A P P E N D I X

III. Dubium. *Quando bona incerta erunt pauperibus eroganda, & in pias causas tribuenda?*

Respondeo cum Sc. hoc fieri debere viri prudentis consilio. nam quādo pauperes graues patiuntur necessitates, illi sunt tribuenda. quando verò pauperes non egent, & Ecclesia indiget, erunt in fabricam Ecclesiæ consumenda.

## CONCLUSIO.

Quando Dominus est ignotus in particulari, & notus in Flo. Theo. q. super 4. lib. sent. Pars II. I i commu-

communi: vt si sciã rem, quam habeo, esse, vel Socratis, vel Platonis, vel Ciceronis: cuius tamen illorum sit, ignorem, tunc non pauperibus, sed illis tribus: vt inter se diuidant, vel sortes mittat, erit restitutio facienda. Iam enim alicui illorum dominum esse illarum in communi intelligitur. & cui damnum illatum est, restitutio est facienda, qui si mortui fuerint, illorum hæredibus restituere oportebit.

**A P- P E N.** Hinc, nihil sine illorum consensu agendum erit, neque vnius remissio à restitutione liberabit.

**A P- P E N.** Hinc, qui in bello iniusto pecunias ex aliqua ciuitate hostiũ rapuit, primum debitam diligentiam adhibere, vt verum Dominum inueniat, tenebitur, & eo non inuento, reipublicæ, cui facta est iniuria, vel Episcopo, & aliis, qui illius ciuitatis, siue reipublicæ curam habent, res illæ restituendæ erunt hæc S. Tho.

**S. Tho. in 4. d. 15. arti. 5. q. 4. ad 3.** *V. Dif. Quæ per Symoniam sunt acquisita, cui sunt restituenda?*

**S. Tho. Medina, vbi supr.** Communis est opinio dicentium Ecclesiæ, cui per symoniã facta est iniuria, esse restituenda. Alij illis à quibus sunt accepta restituenda esse affirmant esse in pios vsus consumenda S. Tho. docuit.

### CONCLUSIO.

Si aliquis det alicui vsuram per ignorantiam, debet eidem fieri restitutio. Definita est expressè in c. Veniens de symonia: alicuius pios vsus consumenda.

**C. vi. 2. 2. q. 62. ar. 3. Soti vbi supra.** *VI. Dif. Si pauper tenetur ad restitutionem bonorum incertorum, poteritne sibi facere restitutionem?*

### CONCLUSIO.

Poterit quidem sibi restituere. Ratio est, nam si alius teneretur dare pauperibus, ego possem consulere: vt mihi pauperi daret, cur nõ potero mihi retinere? hoc est intelligendum sine dolo, & fraude.

**Sylu. verborum est. 4.** *VII. Dif. Qui tenetur bona incerta restituere, aut non vult, aut male restituit, diuitibus illa tribuendo, à quo poterit cogi: vt restituat?*

### CONCLUSIO.

**Soto ar. 1. vbi sup. Med. q. 4.** Ab Episcopo erit compellendus quia est pauperum pater.

**VIII. Dif. Si Dominus rei longe distat, cui erit restituendum?**

Respondeo, si creditur rediturus, debitum ei in loco tuto erit seruandum, si non est rediturus, & facile potest ad illum mitti, transferratur, si vero difficulter, erit per epistolam debitum illi significandum.

**IX. Dif.**

*IX. Dis. Quid, si creditor longe distans, ut sibi mittatur, velit  
suis expensis erit debitum transmittendum?*

Varia sunt opiniones. Cai. distinguit, si restitutus habuit à principio rem iniuste, ut fur, debet suis expensis mittere, etiam si expensæ in quadruplo excedant: si autem iuste, ut pote ex aliquo contractu, tenetur expensis Domini mittere, & non propriis, licet restitutus abcesserit. Sco. dicit non esse maiore sumptum faciendum immisione valore rei mittenda, sed expectanda esse Domini presentiam, quem si creditur non redditur, parentibus, qui si desint, pauperibus esse restituendum. idē docuit Ric. d. 15. Abbas vero in c. Cum tu de vsuris, & Sylue. distingunt ita, si possessor malæ fidei, ut fur, recessit à loco, ubi fur- *Verbo re-*  
tum fecit, tenetur suis expensis mittere, si vero Dominus disce- *stutus 4-*  
dit expensis Domini, quod si Dominus secum rem illam duxit. *§. 4. &*  
set, minoribus sumptibus, vel nullis fur ad damnum illud tene- *Medina*  
bitur. Medina. Codice de restitutione affirmat esse expensis e- *& Sco.*  
ius, qui est obnoxius restitutioni debitum mittendum. *ubi sup.*

## CONCLUSIO.

Depositarius nunquam tenetur depositum propriis expensis ad Dominum mittere, sed satis est, ut sit ad reddendum paratus. tunc enim ex opere iusto, & pro damnum reportaret, si propriis expensis mittere teneretur. quod sane iniquum esse nemo non videt.

## CONCLUSIO.

Possessor iustus, qui non fuit in mora soluendi, & migrat à loco, ubi à creditore pecuniam accepit, tenetur suis expensis ad Dominum mittere. est enim regula fori iudicialis verissima, s. ut quicumque aliquid debet ex aliquo contractu certo in facto, in eodem loco soluere teneatur, nisi alius locus solutioni signetur.

## CONCLUSIO.

Si verò creditor abiit, debitor tunc suis expensis mittere haud tenetur. quia in foro iudiciali, ita iudicatur neque enim qui pecunias accepit, in tali casu est expensarum causa.

Hinc, si creditor, qui discedit, non mittat nuncium tempore solutioni præfixo, neque debitum mittere. neque damnum quod creditori inde sequetur, debitor soluere tenebitur.

## CONCLUSIO.

Si debitor existimat creditorem expensas in missione faciendas non solurum, neque de iustitia, neque de charitate ad debitum mittendum obligatur, quia nullo modo expensas illas

soluere tenetur.

A. P. Hinc, si expensas est soluturus, & minores faciendæ sunt mit-  
tendo mutuatum, tenebitur ex charitate illud mittere.

P. E. N. *Medin. q. V. Dubium. Quid facere iniustus possessor tunc tenebitur?*

2. **CONCLUSIO.**

Si debitor alio profectus est, suis expensis mittere debet, quia est causa expensarum. neque enim debitoris malitiam creditori nocere æquum est.

*VI. Dubium. Quid si creditor, in alium locum se contulit?*

Si non erat suam rem restitutioni obnoxiam secum depor-  
taturus, sub suis expensis mittere haud tenetur. Ratio est, quia fur solum tenetur ad restitutionem rei ablatae, & damni ex fur-  
to subsequuti: & in casu posito nullum damnum intulit.

*Sylu. Soto  
& Medi-  
na vbi sur-  
pra.* Hinc, si erat secum rem illam laturus, & sine expensis, debitor  
propriis expensis mittere tenebitur: si verò cum expensis non  
tenebitur propriis expensis debitor mittere. hæc Syluest. & Me-  
dina vbi supra. Caiet. verò, & alij absolūtè tenent debitorem non  
obligari ad mittendum suis expensis.

*X. q. Quid de debitoribus: illo qui fuit in mora soluendi?*

*Soto libr. 4. q. 7. r. 1. & 3.* Respondeo idem omnino quod de malo possessore erit iu-  
dicium.

*Med. na, q. 2. & Soto vbi supra.* *XI. Dif. Si debitor mittat creditori absenti rem debitam, & ca-  
su fortuito, vel nunq̄ malitia pereat, eritne à  
restitutione libe.?*

**CONCLUSIO.**

Quando nuncius communi opinione fidelis iudicatur, & res  
eadem numero, quæ fuit ablata restituitur, & casu fortuito, vel  
malitia nuncij perit, debitor, qui est bonæ fidei possessor, vt de-  
positarius, à restitutione liberatur, quia non perit negligentia, &  
culpa debitoris. quotiescunque enim non est aliunde dolus, aut  
negligentia, res in damnum proprii Domini perit.

**CONCLUSIO.**

Quando res, quæ mittitur, non est eadem numero, sed equi-  
ualens, debitori, quantumuis iustus possessor sit, & non credito-  
ri peribit, quocunque modo pereat. Ratio est, quia debitor, & nõ  
creditor erat talis rei, siue pecuniæ Dominus.

**CONCLUSIO.**

Si debitor erat malæ fidei possessor, semper in suum detri-  
mentum peribit. fuit enim in mora restituendi.

CON-

## CONCLVSIO.

Si creditor mittat nuncium ad debitũ portandũ, si pereat, qualecunq; illud sit, creditori peribit, perspicua est conclusio, quam probat Pan. c. significante. de pignoribus.

XII. Dif. Si debitor suis expensis mittere tenetur, & expensa summam remittenda excedant, debetne tunc mittere?

Dix sunt opiniones. Prima Sco. qui dicit tunc rem non esse mittendam, sed hæredibus, vel pauperibus, si non sunt hæredes, verbo reddendam. Idem sentit Ric. vbi supra. Sylue. autem dicit non esse mittendam, vel si adequant aut paruum deficient. Contraria opinio est Caiet. affirmantis propriis expensis, etiam si excedant in quadruplo, esse mittendam quid S. Tho. sentiat, in principio difficultatis de domino absente diximus.

## CONCLVSIO.

Si Dominus longè distat, & res commodè illi non potest restitui, suntque multæ expensæ in restitutione faciendæ, tunc hæredibus illius, vel pauperibus, si creditur illum ratum habiturũ, erit facienda restitutio. quæ quidem conclusio est intelligenda, si res restituenda parui momenti fuerit.

## CONCLVSIO.

Si res fuerit magni momenti, & creditor illa maxime indigeat, tunc, vt dicit Caieta. erit mittenda, etiam si expensæ in quadruplo excedant. fraus enim possessori malæ fidei in damnum proprii Domini fauere non debet.

## CONCLVSIO.

Si creditor re illa non maxime egeat, tunc seruanda est, & creditori per epistolam renuncianda, vel tribuenda est monasterio, facta protestatione, vt Domino si illam petierit, reddatur est tamen diligenter animaduertendum in huiusmodi casibus nihil sine arbitrio boni viri esse faciendum.

XIII. Diffic. Penarum quæ à lege imponuntur, cui est restitutio faciendæ?

## PROPOSITIO.

Pauperibus, vel Ecclesiæ est facienda restitutio. Definita est expressè in c. de hoc autem. de symonia.

Hinc iudex, qui ratione concussionis, aut homicida, qui ratione homicidij, & vno verbo, qui ob turpem causam aliquid recipiunt, similiter restituere tenentur: dummodo actio fuerit consummata, s. vt iudex impie iudicauerit, & homicida alium interfecerit: alioquin danti erit facienda restitutio non enim

dans iudicij, aut assassino, habuit voluntatem transferendi dominium, nisi propter consummatam actionem hoc verum est stando in iure naturæ, iure vero positivo probabile est non esse danti restitutionem faciendam nam perdit statim omne dominium, & ius repetendi in foro iudiciali: vt ex lege si ob turpem causam, de conditione ob turpem causam constat. sed latius de his infra.

S.T. 2. 2.

q. 62. ar.

8. R. ar.

§. q. 4. Sc.

¶ Me. q.

2. Sylu.

ver. resti.

§. S. lib.

4. 7. ar. 4.

Ar. II. Quando est facienda restitutio?

CONCLUSIO.

Qui retinet alienum inuito Domino, statim restituere tenetur quia quando retinet, agit contra præceptum negatiuum, non furtum facies. furtum enim non solum est ablatio rei alienæ inuito Domino, verum etiam retentio.

CONCLUSIO.

Non obligat ad actum exteriorem restituendi præceptum, quando non adest possibilitas, sed ad animi tantum præparationem, est enim præceptum affirmatiuum, & nullus ad impossibile obligatur.

A P.

P E N.

¶ Me. q.

2. Sylu.

ver. resti.

§. S. lib.

4. 7. ar. 4.

Quando dicimus præceptum restitutionis statim obligare, intelligimus mortaliter loquendo, loco scilicet, & tempore competentem. non enim media nocte a lecto surgere; vel mensam, aut missam inchoatam relinquere, si tunc restitutionis faciendæ ab ipso, recordetur satis namque tunc erit, animum restituendi tempore opportuno habere.

I. D. ffic. Suntne aliquæ cause, ob quas restitutio

S.T. Sco.

¶ Me. q.

bi supra

Sylu. Ver.

restitutio.

§. 7. 3.

A P.

P E N.

¶ Me. q.

bi supra

Sylu. Ver.

restitutio.

§. 7. 3.

A P.

P E N.

Scot. vbi supra de hac optimè disputat, & est notanda regula generalis, qua multi casus solvuntur, licet rem alienam detineat, quando Dominus rei rationabiliter debet velle, eam retineri ex principiis legis naturæ constat.

Hinc, quando aliquis est impotens, non tenetur statim restituere S. T. & omnes Doctores hunc casum admittunt, nec tenetur, quando sine sui infamia restituere non potest, & creditor ex rei detentione magnum incommodum non patitur.

Nec quando restitutio statim facta est in creditoris, vel communitatis detrimentum: vt si furiosus gladium petat ad interficiendum seipsum, vel pecuniam ad impugnandum patriam.

Nec, quando restitutio statim facta in magnum debitoris detrimentum, & paruum creditoris commodum redundat. eorumque harum appendicium ratio est regula Scoti, scilicet, quia

creditor tunc debet rationabiliter velle: vt non fiat sibi statim restitutio. quilibet enim lege charitatis tenetur magnam bonorum proximi iacturam vitare, si sine detrimento, vel cum paruo suorum bonorum potest, atque ita tenetur rationabiliter velle, vt non statim sibi restitutio fiat. Syluestr. regulam Scoti optimū restitutionis fundamentū esse affirmat, citatque multos grauissimos Doctores, qui illam amplectuntur.

II. *Diffic. Qui furatus est aliquid, teneturne statim sub pœna noui peccati restituere?*

Ri. ar. 5a  
9. 4.

CONCLVSIO.

Qui diutius detinet alienum, magis peccat, quam qui citius restituit. Quia magis nocet, & maiorem iniuriam Domino facit, & tandem detinere poterit: vt de nouo mortaliter peccet, vel præcedens mortale, ita grauetur: vt illa circumstantia sit necessaria confitenda.

CONCLVSIO.

Non quæcunque restituendi mora, mortale peccatum facit: vt si quis non restituat per vnum, vel per tres dies quod enim parum distat, nihil distare videtur: dummodo Dominus re illa magnopere non indigeat.

CONCLVSIO.

Qui recordatur rei alienæ, & restituendi nolitionem habet, mortaliter peccat. quia contra Dei præceptum de restitutione facienda agit.

III. *Diffic. Siquis per totam vitam non restituat, augebiturne semper peccatum illud?*

So. 7b.  
supra.

CONCLVSIO.

Semper augebitur. Ratio est, quia tenebatur habere propositum formale, vel virtuale restituendi: quod tamen nunquam habuit.

I. *Dubium. Quando ille, qui non restituit, nouum peccatum committit?*

So. ibid.

Respondeo quando habet restituendi opportunitatem, & nõ restituit, & quotiescunque nolitionem restituendi elicit, quia facit contra conscientiam & præceptum dei.

III. *Diffic. Qui per totam vitam non restituit, neque propositum restituendi, nisi in articulo mortis habuit, condemnabitur?*

CONCLVSIO.

Quicumque habet propositum non restituendi in vita, etiam si habeat efficax propositum in morte, est in mortali peccato,

peccato Ratio est, quia quilibet tenetur restituere sub reatu peccati mortalis, quando potest, & hic cum possit. non restituit hæc est Magistri Vega, quam docuit legens hanc materiam cap. 1. & B. Antonini,

Soto. vbi supra.

## CONCLUSIO.

Si ille potest commodè in art. mortis restituere, & non vult, non est absoluendus quia est in mortali cum quilibet quando potest, teneatur restituere, & præsumitur hunc non habere propositum restituendi, si superuixerit.

A P-  
P E N.

Hinc, qui habet propositum non restituendi per totam vitã, non potest absolui, quia decidit in mortali.

A P-  
P E N.

Hinc, vt saluetur, oportet in vita restitutionem facere, nec satis est illam hæredibus præcipere, si autem commodè non potest, propositum quod habet, tunc mutare tenetur.

V. Diffic. Eritne absoluendus in aliquo casu, ante mortem restituens?

## CONCLUSIO.

Potest absolui, quando Dominus rei consentit: vt restitutio differatur. Tunc enim dilatio non est contra Domini voluntatem.

## CONCLUSIO.

Syl. verbo restit. 5.

Quando hæres, & ipsius bona magnam patiuntur iacturam, si statim restitutio fiat, & nullum Domino detrimentum accidit, absolui potest, patet ex regula Scoti, quia Dominus rei tunc debet velle rationabiliter: vt restitutio protrahatur, quod si creditor incommodum patitur, debet etiam cum magna iactura bonorum statim fieri restitutio. Cæterum, cum illo, qui habuit in vita propositum restituendi, fuit tamen impeditus, non tanto rigore est procedendum, sed vtendum est Syl. consilio, quanto cum rigore est agendum cum illo, qui nunquam in vita restituendi propositum habuit, etiam si Dominus in dilatione consentiat, & cum magna iactura bonorum. quia semper timendum est habere propositum non restituendi, si superuixerit.

Sylue. & Soto vbi supra.

II. Dubium. Quid faciet confessor, si infirmus dixerit se non teneri ad restituendum statim, cum tanta bonorum iactura?

R. quia omnis causa excusans à restitutione ante mortis articulum, excusat etiam in articulo mortis, erit, absoluendus, nisi præsumat Sacerdos in eodem proposito, quod habebat antea, persistere, erit autem præsumendum, tale habere propositum nisi

nisi aliunde oppositum demonstrer.

*VI. Diffic. Qui habet magnam pecunie quantitatem, & non vult illam simul, cum possit, sed successiue restituere, eritne absoluendus?*

## CONCLUSIO.

Nulla modo est absoluendus, quoniam est in peccato mortali, potest enim simul, & statim restituere. non tamen vult.

*VI. Diffic. Si nunquam sit restitutionem factururus illis, nisi paulatim, & successiue restituat, eritne absoluendus?*

Hostien. & Angelus, quos Syluest vbi supra, citat, tenent posse absolui, præsertim, si dominus detrimentum aliquod non patiat, aut non maximè indigeat.

## CONCLUSIO.

Nequaquam absolui potest quia est in mortali peccato, cum possit statim totum restituere, & nolit verum nota posse restitutionem differri à confessore, quoties pœnitens habet iustas excusationes ad restitutionem protrahendam. non enim confessor debet esse nimis rigorosus, si est timorata conscientia.

*III. Dubium. Tenebiturne semper, pœnitens confessori in hac materia obedire?*

Syluest.  
vbi supr.

R. primum communiter obedire tenetur, etiam si confessor non sit vir doctus, propter reuerentiam confessioni debitam.

Secundo si pœnitens propter aliquam iustam causam restituere statim non tenetur, & Sacerdos velit illum ad restituendum obligare, non debet tunc confessori obedire poterit autem pœnitens scire se non teneri, vel quia est confessore doctior, vel quia doctiores consuluit.

Tertio poterit pœnitens tunc citra mendacium tamen, confessorem: vt ab illo absolutionem obtineat, decipere dicēs Pater mi, sciam diligentissimè omnia, quæ facere teneor, libentissimè-que faciam.

*VII I. Diffic. Confessor poterit debitorem qui multoties restituere promisit, & non restituit, quoties promiserit absoluere?*

Dux sunt opiniones. Vna affirmans. quia si de præteritis doleat, & restituere proponat, cum non possit, tunc temporis amplius facere, erit absoluendus. Altera opinio est negans, vtraque est probabilis, nam verisimilè est si ante ab-

soluionem non restituat, postea non restitutum, quia ex præteritis futura conicere licet, atque ita non erit absoluendus: vt secunda opinio tenet. Est tamen diligenter animaduertendum eo difficilius esse absoluendum, quo sapius restituere promisit. Nam toties poterit à promissione deficere, vt verisimile sit non esse restitutionem facturum, & tunc temporis etiamsi sit in gratia, non erit absoluendus, quoniam esset relinquere illum in peccandi periculo.

**III. Dabium, Ille, cui premititur debitum, & non habuit animum restituendi, erit absoluendus?**

**CONCLUSIO.**

**S. T. art. 8. citato.** Erit quidem, si Dominus libere remittat, quia Domino licet de bonis suis, quod voluerit facere, tenebitur tamen de proposito dolere.

**IX. Diffic. Qui non potest sine mutatione status restitutionem facere, tenebitur ne statim restituere?**

**Y. g. si usurarius, qui are alieno negociabatur, qui si statim restituat, compelleretur artificio viuere, & idem dicendum de nobili, qui compelleretur inferiorem statum assumere.**

**So. li 4. in fine.**

**Caiet. 2. 2. q. 62. art. 8. Adri. q. 1. de restitutione Syluest. verbo restitutio 5. Duas opiniones citat, & prima est partem affirmatiuam tenentium, ita vt teneatur se omnibus bonis expoliare, quo vsque mendicare cogatur. Secunda opinio. & contraria est Sco. d. 15. q. 2. ar. 4. Adri. Syluest. & Caiet.**

**CONCLUSIO.**

Quando res obnoxia restitutioni extat, & debitor extrema necessitate non laborat, illam statim restituere tenetur: etiamsi statum mutare cogatur, vt si detineat redditus alienos. Ratio est, quia tunc potest restitutio differri, quando quis damnum in re propria patitur: at verò quando res aliena extat si illam restituat nullum in re propria detrimentum patietur, nullus enim aliena iactura locupletandus est.

**A. P. PEN.**

Hinc, nobiles, qui detinent villas & alienas possessiones, ne à magnitudine status, & familiarum cadant. & eorum confessores re alienæ conscij in statu damnationis esse dicuntur, nisi ignorantia, vel alicuius Doctoris opinione excusentur.

**CONCLUSIO.**

Iniustus possessor statim restituere tenetur, quamuis ex tali restitutione detrimentum lucri cessantis patiat, & statum mutare, atque etiam mendicare compellatur: vt si usurarius ex tali restitutione stipendio viuere, aut mendicare cogatur.

cogeretur. Ratio est, quia nemo potest aliena pecunia negociari, aut lucrum facere. regula enim lucri cessantis intelligitur, de lucro non ex aliena, sed ex propria pecunia acquirendo, neque tunc mutare statum dicitur, nam proprius status non ex aliena, sed ex propria pecunia est comparandus.

## CONCLUSIO.

*Cui. ubi supra.*

Debitor iniuste acceptionis statum restituere tenetur, etiam si damnum emergens in proprijs bonis patiatur, vt si usurarius domum, & vniuersa supellectilia vilius vendere cogere- tur. Probatu- eadem ratione, qua proxima conclusio. Nam tunc non mutaret statum, non enim ille erat suus status, sed aliena pecunia esset comparatus. potius namque ad proprium statum reduceret, & ita intelligenda est opinio supra posita dicens, etiam cum mutatione status esse restitutionem statum faciendam. Erit tamen optimum consilium, tunc à creditoribus solutionis dilationem petere, & si debitores fuerint incerti, cura sede Apostolica compositionem facere.

## CONCLUSIO.

Debitor ex iusta acceptione non tenetur statum mutare, neque lucrum cessans relinquere: vt statum creditoribus satisfaci-  
ant, sed possunt, ne in damnum emergens incidant, differre solutionem, Ratio est, quia in tali casu creditor dilationem concedere tenetur, & si nolente retineatur, non erit rationabiliter nolens, & inuitus. nemo namque tenetur restituere cum maiori detrimento, quam sit rei restituendæ pretium. & cadere à statu, maximum detrimentum.

## CONCLUSIO.

Quando creditor ex dilatione debiti detrimentum aliquod patitur, ne debitor cum mutatione status ad soluendum compellatur, debitor tunc damnum illud resarcire, quando ex culpa sua incidit in illam impotentiam, tenebitur. Ratio est, quia est causa damni, & qui causam damni dat, damnum fuisse videtur, vt in cap. finali. de iniurijs legitur.

## CONCLUSIO.

Debitor bonæ fidei cum mutatione status restituere non tenebitur, quamuis creditor ex dilatione solutionis statum quoque mutare compellatur. Ratio est, quia in præcausa necessitatis, melior est possidentis conditio: quemad-

modum

modum in pari turpitudinis causa, obligatur tamen debitor damnum, quod creditor ex dilatione solutionis patitur, resarcire.

## CONCLUSIO.

Sc. est cui  
adhæsit  
Cai.

Quando debitor non potest sine periculo, aut detrimento propriæ famæ restituere, ad restitutionem statim faciendam non est compellendus, sed expectandum est tempus, quando tale detrimentum non timeatur. Ratio est quia bona inferioris ordinis non sunt restituenda cum detrimento bonorum superioris ordinis, qualis fama respectu pecuniæ iudicatur.

A P-  
PEN.

Hinc, qui furatus est rem alienam, poterit restitutionem differre, si timet statim restituendo latrocinij notam contrahere.

## CONCLUSIO.

Quando res restituenda est magna, & infamia mediocris, vel minima, debitor cum detrimento propriæ famæ restituere tenebitur. quia fama est bonum temporale æstimabile pecunia, & tanta potest esse res restituenda, ut famam debitoris longe superet, & intelligitur conclusio, quando non expectatur commodius tempus, in quo sine periculo famæ possit fieri restitutio.

## CONCLUSIO.

Quando creditor est pecuniam debitam in proprium damnum, siue alterius priuatæ personæ, siue reipublicæ consumpturus, poterit, & tenebitur debitor differre solutionem. Nam tunc peccaret, quia peccata creditoris cooperaretur. sed de his supra.

## CONCLUSIO.

Debitor tenebitur cum diminutione status creditoribus solvere, si aliter satisfacere non potest. Ratio est, quia habere magnam cateruam famulorum, equorum, &c. cum dispendio creditoris ab obligatione restituendi non excusat. quia sine magna familia status nobilium conseruari potest. detinetur enim sine iusta causa inuito Domino alienum.

A P-  
PEN.

Hinc, consulendum est nobilibus: ut statum minuant, quod est illorum confessoribus maxime animaduertendum.

V. *Dubium. Quare periculum status aliquando obligationem restituendi tollit.*

A P-  
PEN.

Respondeo, quia cadere à statu est magna infamia, & propter vitandam infamiam integrum est creditore non egente restitutionem differre, ut ex superioribus constat.

Hinc,

Hinc, in his, qui non habent statum, nulla est ratio ratione status, qua à solutione statim facienda liberentur.

X. Diffic. *Tenebiturne debeat seipsam vendere, ut restituat?*

Ric. ar. 5.  
q. 4.

## CONCLUSIO.

Nequaquam ad istud obligatur. quia libertas est bonum superioris ordinis, pecunia verò restituenda inferioris.

XI. Diffic. *Tenebitur mendicare: ut statim restituat?*  
Raymundus, quem citat Sylu. teneri affirmat.

Verbo restitutio 5

## CONCLUSIO.

Nequaquam tenetur, etiam si iniusto titulo possideat. quia mendicitas solum est ad vitæ sustentationem. & ideo æquum non est, ut quis eleemosynis se sustentet, atque restituat. leges enim & iudices ad mendicandum: ut fiat restitutio minime obligant.

XII. Diffic. *Tenebiturne aliquis ad restituendum manibus laborare?*

So. lib. 4.  
in fine.

Soto dicit teneri vendere bona, ut satisfaciat, etiam si inde periculum laborandi, & mendicandi sequatur.

Duæ sunt opiniones probabiles. Prima duabus sequentibus conclusionibus continentur.

## CONCLUSIO.

Qui nunquam laborauit, nec scit aliquod officium, laborare ad restitutionem minime tenebitur. esset enim inhumanum illum ad laborandum: ut restituat, obligare.

## CONCLUSIO.

Qui habet officium, quo singulis diebus lucratur, ultra sufficientem sustentationem, quod superest, restituere tenetur. nam potest commodè, & sine aliqua difficultate restituere.

Secunda opinio tenet, nullo modo obligari, posteaquam omnia bona sua dedit, verum si quid post sufficientem sustentationem superfit, restituendum esse docet.

XIII. Diffic. *Tenebiturne aliquis seruire ad restituendum*

So. ibidem

Duæ sunt opiniones. Prima affirmat, nullo modo teneri posteaquam omnia bona sua dedit. Altera est contraria.

## CONCLUSIO.

Persona nobilis, quæ nunquam seruiuit, seruire ut restituat non tenetur, quemadmodum persona, quæ consuevit, & potest seruire ad tempus, & non per totam vitam seruire tenetur. Oppositum enim esset difficile, & ad perdendam totam libertatem obligaret.

XIII. Diffic.

XIII. Diffic. Possuntne debitores in foro conscientie liber-  
nes: sio quarundam legum civilium, & aliquid sibi  
ad vita sustentationem seruare?

q. 1. dere.  
dubio 6.

Adria. tenet debitorem posse retinere omne illud, quod sibi  
lege permissum est, quando utiliter creditoris negotium gerit,  
non autem propter suam solam utilitatem, nam tunc retinendo  
mortaliter peccaret, nisi extrema necessitas vrgeret.

CONCLUSIO.

Personæ priuilegiatæ possunt uti beneficio legum priuilegia  
concedentium in foro conscientie. Nam cum leges illæ sint ius-  
tæ, ius in utroque foro concedunt, respublica enim cum sit do-  
mina bonorum particularium: vt in q. prima huius tractatus de  
clarauimus, poterit pro communi utilitate talibus personis ap-  
plicare illa, & tunc quod suum non est retinere minime dicun-  
tur, variæ autem sunt leges priuilegia concedentes, quas breuita-  
ti studens prætermitto.

Art. III. Quo ordine est facienda restitutio

CONCLUSIO.

Cai. ver-  
bo resti. c.  
8. Syl. ver-  
bo rest. 6.  
Medi. 9.  
1. Nauar  
ro in ma-  
nu. c. 17  
n. 47.

Quando debitor habet bona, quibus possit singulis credito-  
ribus satisfacere, non est necessario solutionis ordo seruandus.  
Propterea quod nulli fit iniuria.

CONCLUSIO.

Si non habet bona, quibus possit omnibus satisfacere, & res  
eadem numero restitutioni obnoxie apud illum extant, tene-  
tur easdẽ numero creditoribus reddere. quia cum non sint cõ-  
sumptæ, & non habeat illarum rerum dominium, per illas alijs  
creditoribus satisfacere haud poterit.

CONCLUSIO.

Si non extant eadem res numero, & habet bona empta, quo-  
rum precium nondum est solutum. venditori prius erit satis-  
faciendum Ratio est, quia quod pluribus obligationibus debe-  
tur, est debitis ex paucioribus obligationibus anteponendum, &  
precium rei emptæ. v. g. Domus debetur obligatione reali, quia  
manet creditori obligata & personali, quia emptor est quo-  
que venditori obligatus, ad alia verò debita sola obligatione  
personali tenetur. Et est definita in lege affiduis. C. qui potiores  
in pignoribus habeantur. hoc intellige nisi facta fuerit preciosior  
(Perque si se hamejorado, y subido el precio) Erit vendēda, & quod  
residuum fuerit alijs creditoribus restituendum.

## CONCLUSIO.

Quando sunt plures Creditores, & cætera bona sunt vni hypothecata illi est prius facienda restitutio, bona enim hypothecata debentur duplici obligatione, reali, scilicet & personali.

## PROPOSITIO.

Sunt autem seruanda statuta municipalia, & leges quibus ordo satisfaciendi creditoribus determinatur, iuxta quas vxorū dotes sunt alijs debitis, etiam antiquioribus anteponendæ. Has leges confessores scire non tenentur, debent tamen iurisperitos consulere, si negotium hoc postulauerit.

## CONCLUSIO.

Debitor prædictum ordinem restituendi transgrediens, mortaliter peccat. Ratio est, quia committit iniustitiam contra creditorem. Cæteris secundum ius præferendum.

## CONCLUSIO.

Creditor, qui erat posthabendus, non tenebitur ad restitutionem, si prius fuerit illi facta solutio. non enim alienum tunc, sed quod suum est retinet.

## CONCLUSIO.

Si debita fuerint æqualia eadem, scilicet, obligatione debita, non est ordo aliquis seruandus. Ratio est, ex regula iuri in 6. nã tunc, qui prior est tempore, potior est in iure.

I. *Dubium.* An obligatio ex delicto sit præferenda obligationi ex contractu licito?

V.g. an teneatur restituere vsuras vni, priusquam alteri mutuum.

Duæ sunt opiniones. Prima Caiæ. asserentis vsurarium prius *vbi supr.* teneri ad satisfaciendum creditori ratione contractus liciti quã creditori, cui sunt restituendæ vsuræ: dummodo per talem contractum non sit factus impotens ad soluendas vsuras: vt est contractus donationis, dotationis, &c. in quibus contractibus vsurarius nihil accepit, & bona alienauit.

Contraria opinio est Medinæ C. de restitutione in quaestione de vsura restituenda dicentis, si vsurarius non habet alia bona præter acquisita per vsuras, prius tenetur vsuras soluere, si autem alia habet bona, & debitum vsurarium est antiquius, erit cæteris debitis præferendum, sin minus postponendum.

## CONCLUSIO.

Quando concurrunt duo creditores, vnus cui sunt vsuræ restituendæ, alter cui debetur pecunia ex contractu licito, tunc

*Limitatio*

tunc secundus, & si sit posterior, est primo præferendus. Nam ille creditor est præferendus, qui magis est damnificatus, & cui sunt restituendæ vsuræ, aliquam utilitatem est consequutus. quia mutuum fuit sibi præstitum: secundus verò nullam. Intelligenda est conclusio, quando vsurarius habet alia bona licitè acquisita. Nam si omnia sunt pecunia vsuraria empta. omnia etiam sunt hypothecata creditoribus, qui bus vsuræ restituendæ. Perinde quando res acquisitæ per vsuras extant: vt si vsurarius habeat equum, & alia bona per vsuras data, cum non habeat earum dominium, ante omnia sunt restituendæ.

## C O N C L U S I O.

Quando debitum est contractum ratione furti si fur alia bona habeat licitè acquisita, prius tenetur furti quam aliorum debitorum ex contractu licito facere restitutionem. Ratio est. quia ad restitutionem furti tenetur duplici obligatione, scilicet, ex iniusta acceptione, & ex iniusta retentione: at verò in aliis debitis solū ex iniusta detentione obligatur. quia ex voluntate contrahentium accepit.

## C O N C L U S I O.

Quando debitum ex ratione maleficij: vt homicidij, aut hæresis, prius omnino debita ex contractu licito sunt soluenda. Ratio est, quia debitum ratione maleficij est pœnale, & leges pœnales non possunt aliquem in detrimentum legitimi creditoris punire. Tum etiam, quia ratione maleficij aliquis tantum obligatur personaliter, homicida enim si suspendatur ad nihil amplius tenetur: qui autem debet ex contractu licito, tenetur obligatione personali, & reali, propterea quod omnia eius bona tacitè sunt creditoribus hypothecata.

*Medi. ubi supra.*I. *Dis. Estne obligatio onerosa liberali obligationi præferenda?*

Est quidem onerosa, quamuis sit tempore posterior antependa. Ratio est, quia creditor ex contractu permutationis magis damnificatur, quam creditor ex contractu liberali, si debitum non solvatur: nisi aliunde ille cui facta est donatio graue damnum, si donatio non fieret, pateretur.

*Soto libr. 4. quæ. 6. ar. 4.**Art. III. An qui est obnoxius restitutioni tantum, semper quantum abstulit restituere teneatur?*

## P R O P O S I T I O.

Detinens alienum inuito Domino, omnes fructus, non ex industria propria, sed ex natura rei acquisitos, restituere tenetur.

teneatur. Ratio est, propterea quod cuius est rei dominium, eiusdem sunt rei fructus, cum nullus ex re aliena sit ditandus.

Hinc, fructus pecoris, ancillæ, iumentis, &c. Dominis rerum sublatarum erunt, deductis tamen expensis vt ex c. Ad nostram de iure iurando colligitur, restituendi.

Hinc, fur ad restituendum quæ sua industria ex aliena pecunia negociando lucratur, minime obligatur.

### CONCLUSIO.

Retinens alienum inuito Domino est quoq; obligatus ad lucrum cessans, & damnum emergens restituendum. quia est causa damni. & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.

Hinc, qui furatus est æquum tenebitur soluere precium, quod Dominus equi soluit alium conducens, quem non erat conducturus ad iter faciendum: atque etiam lucrum, non locando equum sublatum, cessauit.

Hinc, qui furatus est triticum, si Dominus illius ad sustentandam familiam duplo precio coactus est emere triticum, tenebitur precium illud soluere, etiam si tempore furti non tantum valeat, propter damnum emergens similiter etiam, si Dominus venditurus erat triticum tempore, quo valebat duplo, erit totum restituendum ratione lucri cessantis.

Si autem non erat Dominus venditurus triticum, nec emit aliud, quia ditissimus est, si frumentum extat, illud restituat, sin minus, quantum tempore furti valebat.

### CONCLUSIO.

Si res est preciosior, tenebitur fur illam eandem restituere, deductis expensis, dummodo facta sit preciosior. non ex natura rei, sed per furis industriam constat ex c. r. De iure iurando neque enim æquum est vt Dominus rei aliena iactura diretur.

Hinc, si equus valet ducentos ducatos tempore restitutionis industria, & labore furis, qui tempore furti valebat centum duntaxat, tenebitur Dominus tunc laborem, & expensas, & industriam, quibus omnibus factus est equus preciosior, soluere, etiam si ipse eandem diligentiam, & industriam apposuisset.

### CONCLUSIO.

Si res tempore solutionis est minoris pretij ex natura rei, res solum restituenda erit, & precium minime supplendum. v. g. v. surpauit aliquis dolium vini, detinuitque per mensem, & verum est ex natura sua in acetum, solum acetum restituere teneatur, secus autem si ex culpa sua res fuerit deterior effecta. quia tunc ratione damni emergentis precium supplere tenebitur.

Si res sublata furto, & invito Domino retenta perit casu fortuito, quo in potestate Domini fortassis non perisset, debitor illam restituere tenebitur. Ratio est, quia res perit, eo quod fuit in mora restituendi. Nam si statim restituisset, fortassis non perisset.

C O N C L U S I O

Si res omnino perit, & non culpa furis, eademque erat in potestate Domini peritura, non pretium rei, sed fructus si quos erat Dominus habiturus, aut damnum emergens, si quod passus est, sin minus: nihil restituere tenebitur. Et ratio est, quia tunc nullum illi damnum intulit, quando enim nullum damnum sequitur ex culpa furis, ad nullam tenetur restitutionem.

Opinionem contrariam tenent aliqui, quos Medina ubi supra in fine quaestionis citat.

- I. *Dis. Petrus erat Joanni soluturus centum mensuras tritici & distulit solutionem per duos annos, valebatque carius, aut vilis tempore, quo triticum suscepit, tenebiturne triticum, vel tritici pretium solvere?*

C O N C L U S I O

Quando fuit solutio ex voluntate creditoris dilata, solum tenebitur pretium, quod pro tritico soluebatur tempore solutionis in contractu praefixo, non autem triticum restituere. alioqui enim creditor esset usurarius, quia pro mensura valente decem, reciperet decem, & octo, propter solam solutionis dilationem, & si frumentum valeret minus, damnum reciperet, si frumentum solueretur, quia reciperet mensuram valentem 15 dragmas, pro valente decem, quapropter nullo modo frumentum, sed aequivalent in pecunia erit restituendum.

C O N C L U S I O

Quando solutio differtur ultra terminum à voluntate creditoris praefixum, si creditor in nullo est damnificatus, non debet solui frumentum nisi iuxta precium quo tempore in contractu praefixo vendebatur: nam si solueretur frumentum & valeret plus tempore solutionis, creditor esset usurarius, quia ratione dilatatae solutionis plus exigeret, quam si non esset dilatata solutio.

## CONCLVSIO.

Si dilata solutione contra voluntatem Domini, Dominus fuerit damnificatus, omne damnum debitor refarcire tenebitur: vt si carius triticum emat sibi, & suæ familia; quod non emisset, si suo tempore fuisset facta solutio. Ratio est, quia debitor fuit creditori illius damni causa.

II. Dif. *An Dominus satisfacere teneatur iniuriam, vel damnum à proprio mancipio alteri illatum?*

## CONCLVSIO.

Quando Dominus fuit causa damni ad restitutionem tenebitur, quia, qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. & habetur expressè in Can. Si bos. de iniuriis

Hinc, si non fuerit causa damni, non tenebitur, esset enim contra iustitiam obligare illum ad restitutionem.

QVÆSTIO QVIS TENEA-  
tur ad restitutionem.

Art. I. *An possessor bonæ fidei restituere æquiualens rei alienæ teneatur postea quam illam consumpsit?*

V. G. cœnauit gallinam furto sublatam, ve consumpsit palliũ furto sublatum quæritur modo an teneat æquiualens restituere.

## CONCLVSIO.

Possessor bonæ, aut malæ fidei non tenetur restituere Iterũ, quod propria industria ex re aliena sibi comparauit. quia lucrũ non est alienum: vt supra diximus.

## CONCLVSIO.

Possessor bonæ fidei tenetur restituere lucrum indirectum ex aliena re acquisitum. v. g. si erat vsurus re propria, & aliena vratur, tunc quantum ex propriis bonis erat consumpturus, restituere tenebitur. quia iniustum est re aliena locupletari sine propria industria, & cum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ, quantum ex alienis bonis locupletatus fuerit, restituere tenebitur.

Hinc, possessor bonæ fidei, qui vendidit rem alienam, quam A P- dono acceperat, tenebitur ad totius precij restitutionem. quia P E N. in illo factus est ditior.

Hinc inuitatus ad cœnam furtiuam, si bona fide accessit, te- A P- nebitur restituere, quantum erat in propria cœna consumpturus, P E N.

A P-  
PEN.  
Alex. 6.  
q. 86. m.  
3. Caec.  
O S. Th.  
2. 2. quæ.  
62. ar. 7.  
Solo q. 7.  
art. 2. lib.  
4.

& non amplius, quia in illo tantum factus est locupletior, & si nihil erat domi consumpturus, nihil restituere tenebitur. reliqui vero, qui mala fide accesserunt, restituere debent.

A P-  
P E N. Hinc, si bona fide emit vestem elegantem, & illa est per annum usus, non plus restituere tenebitur. quanto vale ( *Loque a horro de sus vestidos.* )

A P-  
P E N. Hinc, qui bona fide rem alienam distraxit, & non est factus locupletior, ad nullam tenebitur restitutionem, ut si rem a fure datam dono dedit, aut quanti emit, tanti vendidit. quia non est factus locupletior. &c.

I. Dis. Qui damnificavit præter intentionem, tenebiturne restituere damnum?

CONCLUSIO.

Qui sine culpa sua, & præter intentionem fortuito damnum infert alicui, ad restitutionem non tenebitur. Ratio est, quia ubi non est de prauata intentio, vel culpabilis negligentia neque est iniusta damnificatio, neque restituendi obligatio, tunc enim dicitur aliquis alium iniuste damnificare, quando est illius damni causa: ut qui ex intentione, vel ex culpabili negligentia damnum infert.

A P-  
P E N. Hinc, qui præter intentionem dando operam rei licitæ damnum intulit comburendo segetes, siue occidendo animalia, &c, non tenebitur ad restitutionem.

A P-  
P E N. Hinc, Petrus, qui occulte occidit hominem, non tenebitur damnum resarcire Ioanni quod recepit, eo quod fuit in iudicio condemnatus, quia hominis interfecti inimicus erat. Ratio est, quia non fuit damni causa, licet fuerit occasio.

CONCLUSIO.

Nunquam est damnificatio iniusta, nisi ex intentione damnificandi, aut ex negligentia prohibendi damnum alterius, quod prohibere tenebatur. Ratio est, quia damnificatio iniusta tunc est, quando est causa damni, & non est causa nisi ex intentione damnum inferat, vel ex defectu diligentiae propter officium adhibendæ, sequatur.

A P-  
P E N. Hinc, Petrus interficiens hominem occulte animo nocendi Ioanni, ut homicidium illi ascribatur ob inimicitias cum occiso, tenebitur damnum resarcire. quia animo deliberato damnificauit. Hæc colligitur ex Ricardo, & Scot. qui legem civilem ad hoc probandum adferunt.

Ric. ar. 5. q. 4. ad 7. Oppositum tenet Soto affirmans nullam intentionem malâ esse restitutionis causam contra legem ab Scoto citatam.

II. *Dis. Quando plures concurrunt ad damnificandum, vno sol-  
nente totum, reliqui pro rata tenebuntur pe-  
cuniam illi restituere?*

Alex. Al.  
vbi supra  
ar. 4. Me-  
di. q. 18.

CONCLUSIO.

Si res acceptæ penes participantes in furto seu rapina extat, vel sunt ab illis consumptæ, participantes tunc pro rata restituendi vero Domino restituere tenentur. Ratio est, quia cum participantes restituere teneantur, & non vero Domino, iam enim illi est satisfactum, ergo restituenti in solidum, qui in iure vero Domino succedit.

9. & 10.  
Scol. lib. 4.  
qu. 7. ar.  
4. Caie.  
vbi supra,  
S. Tho.

I. *Dubium. Quid si ex damnificatione iniusta nullum lucrum  
emanauit, tenebitur ne tunc in solidum restituenti pro  
rata satisfacere?*

Ri. ar. 1.  
q. 4. Solo  
lib. 4. q.  
6. arti. 6.  
Medm. q.

CONCLUSIO.

Si qui restituit in solidum fuit ab aliis ad damnificandum inductus, cæteri illi pro rata soluere tenentur. Ratio est, quia fuit ab aliis damnificatus, propterea quod ab illis fuit ad malum inductus, & licet sponte commiserit delictum, sponte tamen non contraxit restituendi obligationem, in qua damnificatus fuit.

6.  
Caie. vbi  
supra.

CONCLUSIO.

Si integre restituens non fuit inductus, sed alios inducens, reliqui pro rata ad restitutionem non obligantur, ipsi enim non fuerunt causa damnificationis. cum nihil minus cogitarent quã aliquem damnificare. Imo ab inducente damnificati sunt, cum illos in obligatione restituendi constituerit; si in solidum non satisfecisset.

CONCLUSIO.

Quando, qui restituit integrè, se aliis sponte obrulit, neque fuit inductus, neque inducens ad malum, cæteri pro rata ad restitutionem obligantur: dummodo malum non potuisset à singulis, sed ab omnibus coniunctim committi, vt si ad vulnerandum duos homines essent necessarij tres. Et ratio est, quia tunc quilibet illorum præstando alteri auxilium, illum damnificauit propterea quod restitutioni obnoxium reddidit, si enim non fuisset auxiliatus, non esset commissum delictum, neque orta restituendi obligatio.

CONCLUSIO.

Quando maleficium poterat ab vno committi, quamuis duo, aut plures se offerant, tunc vni restituenti in integrum cæteri pro rata refundere non tenentur. Ratio est, quia nullus alteri opem ferens causam damnificandi dedit: neque in obligatione restituendi alium constituit. cum maleficium ab vno solo com-

miri potuerit: est igitur radix huius. q. quod si vnus socius est causa: vt alter maleficium committat, tenebitur ad restitutionem pro rata, sin minus non obligabitur.

Cai. vbi  
sup. So. li.  
4. q. 7. ar.  
3. Me. q.  
8.

III. *Diffi.* Quando plures ad restitutionem in solidum obligantur, poterit verus Dominus, cui facienda est restitutio, suam partem quibusdam remittere, & totum debitum ab aliis exigere?

### CONCLUSIO.

Creditor multos habens debitores in solidum potest in iudicio conuenire ditiores remittendo pauperibus actionem. Ratio est, quia quando plures debitores sunt in solidum electio est creditoris ita vt quem maluerit, conuenire possit.

### CONCLUSIO.

Quando vni soluenti in solidum, cæteri pro rata restituere tenentur, creditor extra iudicium remittere debitum aliquibus non poterit. Ita vt soluenti in solidum non teneantur, Et ratio, vt supra diximus, est, quia ita soluens respectu participantium loco veri Domini succedit.

IIII. *Diffi.* An participantes in aliquo damno, damnificato in solidum satisfacere teneantur?

Alex. vbi  
supra ar.  
Ri. ar. 5  
q. 4. Syl.  
verb. d. 3.  
Ad. q. de  
concurrere  
cum fure  
Me. q. 10.  
So. ar. 3.

Hæc difficultas varia in se continet dubia: ad quorum intelligentiam est animaduertendum, nouem esse genera participantium quæ sequentibus capitulis continentur.

Iulio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus, Participans, Mutus, Non obstitans, Non manifestans. de quibus singulis singula sunt proponenda dubia.

II. *Dubium.* An iubens damnum fieri, ad restitutionem teneatur?

### CONCLUSIO.

Præcipiens rem licitam, ex qua præter intentionem iubentis damnum sequitur, ad restitutionem non tenetur, vt si ex iudo hastarum à principe præcepto homicidium sequatur. Ratio est, quia præcipiens non est causa illius damni. Nam causa damnificans est agens secundum intentionem, & homicidium tunc præter intentionem sequitur.

### CONCLUSIO.

Præcipiens rem illicitam, ex qua per accidens sequitur proximi damnum, tenetur ad restitutionem, si fuerit damnum immediate per exequutores factum: vt si quis præcipiat suis familiaribus segetes. N. comburere, & illi credentes esse,

res esse. N. segetes, vicini segetes adurerent. Et ratio est, quia qui  
 cunque iniuste damnum infert, ad restitutionem tenetur. & re  
 iuberis quamvis præter intentionem iniuste intulit damnum,  
 notanter dicitur, si immediate fuerit damnum per exequutores  
 sequuntum. Nam si aliunde, quamvis sumpta occasione ex il  
 lius facto, non tenebitur ad restitutionem. vti paterfamilias nul  
 lisset seruo suo occulte. N. vulnerare & à prætorè comprehē  
 sus fuisset Bernardus, tanquam vulnerator, & tormentis vexa  
 tus, non teneretur iubens ad restitutionem. quia nec immediate  
 nec mediate damnum Bernardo intulit, sed illum damnificauit  
 qui sumpta occasione ex vulneribus. N. accusauit. quod aperte  
 colligitur, ex cap. Continebatur. de homicidio.

III. Dubium. Exequutor damni tenebitur ne  
 ad illius restitutionem?

S. T. 2. 2.  
 q. 62. ar.  
 7. & ibi.  
 Caie.

Duz sunt opiniones, quas affert Caie & Syluest. verbo usura  
 7. §. 5. prima docet exequutorem tunc non teneri ad restituē  
 dum damnum, si illud hæc ratio nulla est cum nulla exequutio  
 reperiat ab vno facta quæ non possit fieri ab alio, poterat per  
 alium inferre. Alia opinio est omnino contraria.

Alex. Alē.  
 Ri. & So.  
 ubi supr.

CONCLUSIO.

Qui est minister, & causa actionis iniquæ si iubens non re  
 stituat, ad restitutionem tenebitur. constat ex cap. Si culpa de  
 iniuriis vbi dicitur. qui causam damni dat, damnum fecisse  
 videtur.

Progenetæ, & intercusores mediante inter vsurarium, &  
 soluentes vsuras, tenentur ad restitutionem quia sunt damni  
 causa.

Hinc, omnis minister actionis iniustæ, quamvis inde nullum  
 commodum assequatur ad restitutionem tenetur, vt sunt mi  
 nistri furti, rapinæ &c.

Hinc, omnes milites cognoscentes tempore belli, aut postea  
 bellum esse iniustum, ad restitutionem totius damni in quan  
 tum possunt, & in solidum singuli ad restitutionem tenentur. Nā  
 quilibet est causa damni.

Δ p.  
 p. 5. n.

CONCLUSIO.

Quando minister malefactoris non est iniustæ actionis  
 causa, quia iam est consummata, sed operatur aliquam  
 actionem, quæ ex actione iniusta sequitur, non tenetur ad  
 restitutionem. verbi gratia, qui scribit ad memoriam for  
 neratoris conseruandam. Et ratio est, quia non cooperatur

actioni iniustæ, cum iam sit consummata.

CONCLUSIO.

Minister missus ab usurario ad petendum fœnus est restitutioni obnoxius, etiamsi mutuarius sponte esset soluturus. Ratio est, quia cooperatur malitiæ, usurarij cum sit negotiorum gestor. Nam idem videtur valere, vade, & pere à Ioanne v. furas, arque vade, & rape ab illo bona sua. Neque sponte soluit. Quia non solueret, si posset. Et tandem executio contractus usurarij, iam facti est peculiare peccatum. Contra Soto, est lib. 6. q. 1. ar. 4.

CONCLUSIO.

Quando ministri ignorant actionis iniustitiam, ad restitutionem non tenentur: vt si sit vsura palliata. Ratio est, quia propter hanc ignorantiam non fuit actioni iniustæ, quantum est ex parte sua, cooperatus.

Alex. Alẽ.  
vbi supr.  
S. T. ar. 7  
q. citata.

III. *Dubium. Qui consentit, vt iniqua & iniusta actio fiat, tenetur ad restitutionem?*

CONCLUSIO.

Qui consentit, vt damnum alicui inferatur. Ita vt sine eius consensu damnum minimè sequeretur ad restitutionem in solidum tenetur. Ratio est, quia consensum ab eo præstitum fuit causa damni, & iniustitiæ. Definita est in can. notum sit

A. P. 2. q. 1.

P. B. N.

Hinc, si plures iudices iniustam sententiam proferant, quilibet in solidum tenebitur ad restitutionem: vno tamen restituente cæteri, vt diximus, à restitutione liberantur.

A. P.

P. B. N.

Hinc, quando plures in collegio consentiunt, vt aliquis collega iniuste compellatur, omnes ad restitutionem obligantur.

CONCLUSIO.

Suffragatores iniustitiam committentes ad restitutionem tenentur, qui verò iniustitia iam facta suffragantur, ad nullam obligantur restitutionem. Verbi gratia, si sint duodecim consiliarij, septem priores sunt restitutioni obnoxij, posteriores quinque nequaquam. licet mortaliter suffragando peccauerint, non enim sunt causa iniustitiæ, cum iam præcedentibus suffragiis sit iniustitia commissa, & reuocari sententia non possit, nam si posset, proclamare tenerentur.

CONCLUSIO.

Quando suffragia sunt occulta, vt in electionem cathedralium. & prælatorum iuxta decretum Concilij, Trident. & plures

& plures fuerunt suffragatores iniusti, tunc illi tantum, per quos, consummata est iniusta actio ad restitutionem obligantur. quia illi fuerunt iniustitiæ causa scilicet, maior pars capituli vel senatus.

Hinc, cæteri consentientes, si non fuerunt per suum consensum damni causa mortaliter peccant, sed non tenentur restituere cum non fuerint iniustitiæ causa. A P-  
PEN.

V. Diffic. *Qui per adulationem inducit alium ad furtum, vel ad aliquam iniustitiam perpetrandam, tenebitur ad restitutionem?*

Ale. Ale.  
Ri.S. Th.  
Med. &  
So. vbi  
supra.

CONCLUSIO.

Tunc adulator ad restitutionem tenetur, quando probabiliter existimare potest, ex tali adulatione iniustam acceptionem siue retentionem, siue damnificationem subsequutam fuisse. Ratio est, quia fuit iniustitiæ causa.

Hinc qui contrahit amicitiam cum Titio, vel offert illi munera hoc solo animo, vt Titius iniustus iniuriam sibi illatã vindicet, ad restitutionem tenetur. Quia illum ad malum per adulationem induxit. A P-  
PEN.

VI. Dif. *Receptor latronum, vel alicuius malefactoris defensor tenetur ad restitutionem?*

Ale. Ale.  
& So. vbi  
sup. Med.  
9. 10.

CONCLUSIO.

Si malefactorem occultat, ne ab aduersariis vulneretur aut occidatur, crimen tamen non defendat, neque peccat, neque restitutioni obnoxius est. nullum enim iniuria afficit ita occultando, etiamsi illum à ministris iustitiæ liberet.

CONCLUSIO.

Qui recipit furem, aut malefactorem, vt personam defendat, & crimen tueatur, ad restitutionem tenetur: vt qui occultaret prædam, etiamsi ex illa nullã partem reciperet. Definita est expressè in Can. qui consentit. 1. q. 3. Et ratio est, quia vel ante, vel post factum peccatum malefactoris exelat.

CONCLUSIO.

Aduocatus, qui malefactori iniustè patrocinatur, quominus in expensis condemnatur, vel restituere compellatur, ad restitutionem obligatur. Ratio est, quia omnes defendentes latrones sunt iniustæ detentionis causa dicitur enim in can. qui aliorum 24. q. 3. damnabiliorem esse defensorem erroris, illo qui errat.

A P

Idem dicendum est de tabellione, procuratore, vel quolibet PEN

liber alio intercessore pro latrone, ne à iudice, restituere cogatur.

*Limitatio* Sunt autem con. proxima, & eius appendix intelligenda, si tamen certum sit non esse aliam restituendi viam, & esse aduersus malefactorem plenam, aut semiplenam probationem, ita vt in iudicio confiteri teneatur, & tãdem vt aduocatus, & tabellio &c. latronem liberauerint.

S. T. ar. 6

Alex. Alẽ.

& So. vbi

supr. Me.

q. 9.

VII. *Diffic. An concurrrens cum latrone ad restitutionem teneatur?*

### CONCLUSIO.

Quando plures fures ad prædam concurrunt, & vnus alteri non auxiliatur, neque alterius auxilio innititur, sed quilibet partem recipit, nullus tunc in solidum, sed partem quam abstulit restituere tenetur. Ratio est, quia nullus fuit causa iniustitię per alterum commissæ, cum quilibet, etiam si ceteri non adessent, partem prædæ rapuisset, socius enim dicitur criminis, non qui tantum adest, dum crimen patrat, sed qui criminoso auxiliatur.

A P- Hinc soluitur tritissima quæstio, quando exercitus vineam  
P E N- ingreditur, & totam vineam expoliat, singuli singulas vuas recipientes, &c.

Medin q.

10. So. ar.

3. citato.

V. *Dubium. Singuli eorum ita vineam expoliantes, peccantne mortaliter?*

### CONCLUSIO.

Peccauerunt singuli mortaliter, etiam si furtum fuit leue. quia quilibet, videns tãtum detrimentum futurum, abstinere à vindicatione tenebatur.

### CONCLUSIO.

Quando plures fures ad eandem prædam concurrunt, & vnus sine alio illam non aggredetur, tunc singuli eorum in solidum, tenentur: vt in bello iniusto. vbi neque dux sine militibus neque vnus miles sine alio bellum aggredetur. Et ratio est, quia quilibet eorum est causa iniustitię commissæ per alium, cum nullus sine alio prædam aggressus fuisset. & si propter inopiam excusentur, satis erit tunc, vt quilibet quantum potest, restituat: de similibus simile est iudicium.

### CONCLUSIO.

Quando duo latrones concurrunt ad prædam, & vnus est animosior, & sine socio illam aggressus fuisset, alter verò est timidus, qui sine socio non auderet, tunc primus in solidum, secundus verò partem tantum à se ablatam restituere

**QVIS TENEATUR RESTITVERE 155**

tuere tenerur. Ratio est, quia solus au datio est causa iniustae  
acceptationis. timidus enim sine illo furtum non commisisset.

Hinc contra Hostiensem, vt refert Adr. sequitur, non omnes  
concurrentes teneri semper in solidum restituere.

A P.  
P E N.

VIII. Diffic. An liceat ad vitandum maius malum consu-  
lere minus hac intentione: vt abstinatus a maiori  
malo absteat?

Dux sunt opiniones. Caie. partem negantem tenet. Adr. con-  
trarium opinatur.

22. q. 7.  
ar. 4. Ad.  
quol. 2.  
Secd. 14.

**CONCLUSIO.**

Quando vtrumque malum est intrinsecè malum, non licet  
malefactori minus malum persuadere: vt à maiori absteat. nō  
enim sunt facienda mala, vt inde veniant bona: nā minus malum  
consulens, malum consulit. quia causa minoris mali, causa mali  
dicitur esse.

q. 3. So. ar.  
11. citato.  
ad Rom.  
cap. 3.

Hinc, intelligitur peccasse Loth offerendo Sodomitis filias su-  
p. 1. adas, vt illos à nefando malo deterreret. Hæc est Nicolai Iyra-  
ni opinio.

A P.  
P E N.  
Gen. 19

**CONCLUSIO.**

Quando duo mala concurrunt, vnum intrinsecè, aliud verò  
extrinsecè malum, integrum est animo redimendi vexationem  
propriam, consulere malefactori extrinsecè malum, vt ab in-  
trinsecè malo absteat. V. g. interficere hominem est intrinsecè  
malum, accipere pecuniam est extrinsecè malum, vnde licebit  
consulere malefactori accipere pecuniam, vt ab homicidio ab-  
steat. nam apud Hieremiam legitur, quod cum Ismael velleret  
interficere viros, obtulerunt ei Thesauros dicentes, noli interfi-  
cere nos. Quia Thesauros habemus in agro &c.

Iere. 15. 41

IX. Diffic. Qui verbo tenus potest furtum, siue damnum alienum  
impedire, & non impedit, tenebitur ne ad restitutionem?

**CONCLUSIO.**

Qui ratione officij tenerur prohibere latronem, vel malefa-  
ctorem, si non prohibeat, ad restitutionem obligatur, quia est  
causa damni, quod ex officio prohibere tenebatur.

APPEN.  
A ex. Alē.  
vb. supra.  
S. Tho 2. 2

Hinc, si Prælati, Dominus, pater &c. nouerit subditum ser-  
uum, filium &c. commissurum furtum, vel damnum, & non pro-  
hibuerit, cum possit, restituere tenebitur.

q. 2. ar. 7.  
Rec. art.  
65. quæst.

Hinc, consiliarij Regis, Principis, Comitum, vel Ducum, si non  
prohibeant bellum iniustum, aut peculiare damnosum, cum pos-  
sint, erunt restitutioni obnoxij.

4. S. 1. 2.  
Adr. q. de  
r. ditanti

Hinc, APPEN.

Hinc, confessor, siue concionator certo intelligens se publicè aut priuatim admonendo, separaturum aliquos à maleficio, si tacerit, ad restitutionem tenebitur. Constat exemplo Esaiæ, qui eum ex officio teneretur Regem Achab arguere, quia non reprehendit, dixit: vt mihi quia tacui & B. Pau. yæ mihi, inquit, si non Euangelicauero. Hæc omnia sunt Ric. Sc. Adri. S. Thom. & Caiet.

A P.  
P E N.  
So. q. 7.  
ar. 3. Me  
dina. q. 9.  
Esaiæ. c. 6  
I. C. c. 9  
Sc. & Ad.  
vbi supr.

## CONCLUSIO.

Qui verbo terrore, consilio, clamore, aut alio quouis modo furem à delicto terrere potest, non terrens, si ei ex officio non incumbat, mortaliter peccat, ad restitutionem tamen minime tenetur: agit enim contra charitatem, cum non seruet bona proximi, atque ita peccat, & non contra iustitiam, quia non competit ei ex officio, & ideo non tenetur ad restitutionem. Adria. addit quod si quis cum dolo vel sine illo, non impediatur maleficio, cum ei non competat ex officio, non tenetur ad restitutionem. Soto latius opinatur dicens, non teneri vicinum ad restitutionem, etiam si præcium à latrone, vt taceat, accipiat: dū modo præcium oblatum non sit pars furti: tunc enim esset pariceps, & restituere teneretur. Hæc est contra Caiet. & Ric. vbi supra, qui tenent illum, qui sine damno suo, aut periculo potest test impedire rapinam, & non impedit, teneri ad restitutionem: etiam si ex officio non incumbat, quia est causa in directa damni. Angelus verò dicit non teneri si metu quodam & absque dolo non prohibeat.

Alex. Ric.  
Medina  
& So. vbi  
supra.

X. Diffic. Non impediens maleficio, quod ex officio impedire tenebatur, eritne obnoxius restitutioni?

## CONCLUSIO.

Dominus temporalis, iudex, &c. cui ex officio incumbit à re publica pessimos homines expellere, & potest, ne furtum fiat, præuenire, quod per suam negligentiam factum est ad restitutionem damni illati obligatur. quia est causa iniustitiæ, quam prohibere tenebatur. quemadmodum nauta negligens, est causa vt nauis submergatur.

A P.  
P E N.  
Alex. Alé.  
q. 86. m. Iubetur. de iniuriis constat.

2. So. q. 4.  
ar. 7. Me  
dina. q. 3.

Art. II. Quando aliquis à restitutione liberatur?

Multi sunt casus, qui sequentibus difficultatibus exponuntur.

I. Diffic.

I. Diffic. Qui in extrema necessitate positus aliena rapuit, ad pinguiorem fortunam veniens, eritne restitutioni obnoxius?

Dux sunt opiniones. Vna Sco. afferentis acceptum ante extremam necessitatem, & in illa consumptum esse restituendum, si pinguior fortuna supervenerit. quod autem in extrema necessitate acceptum, & consumptum fuit, nunquam esse restituendum. Altera, & contraria opinio est Adri. in materia de restitutione.

So. q. 2. ad 4. Med. q. 3. So li. 5. q. 3. ar. 4.

CONCLUSIO.

Quando aliquis tenetur proximo in extrema necessitate existenti subvenire donando rem aliquam ad vitandam mortem naturalem, poterit tunc in tali necessitate constitutus necessaria sibi rapere: ita ut ad restitutionem, etiam si postea ad pinguiorem fortunam devenit, non teneatur. Ratio est, quia tantum ius accipiens acquirit, quantum Dominus rei transferre poterat, tenebatur, & cum Dominus, teneretur transferre dominium, accipiens propria auctoritate illud acquisivit: atque ita ad restitutionem minime tenetur.

Hinc, pauper agrotans, ad cuius salutem est necessaria medicina aliqua, poterit, si pharmacopola dare noluerit, propria auctoritate ex eius officina accipere, & qui veste caret sufficiente ad vitandam mortem imminens ex frigore, & asperitate a ditioe illam sumere poterit.

A P- PEN.

CONCLUSIO.

Quando ad vitandam mortem violentam proximi non tenetur aliquis donare, sed mutuare tantum: qui, ut mortem tunc fugiat alienam accipit, non peccat. verum necessitate, & periculo recedere ad restitutionem tenetur. quia non plus iuris acquirit, quam Dominus rei transferre tenebatur. & Dominus tunc non donare, sed mutuare tantum tenebatur. hoc enim erat satis ad mortem violentam fugiendam.

Hinc, si aliquis, ut fugiat mortis insidias, equum alienum arripiat, superato periculo illum reddere tenebitur.

A P- PEN.

Hinc, si latrones comminentur viatori certissimam mortem, nisi 100. aut plures ducatos offerat, & sciat viator certo in loco proximum certam auri massam deposuisse, illam sumere, & latronibus tradere poterit, posteaque ad restitutionem tenebitur. Et ratio est, quia talis mors per solam pecunie accommodationem vitari poterat.

Alē. II. Diffic. *An si debitor a creditore remissionem impetret, a restitutione debiti liberetur?*

2. C

Medina

*ubi supr.* Dux sunt opiniones. Prima est Dionysij, & Ioannis Andree, So. liber quos citat glossa in regula non dimittur. de reg. iur. in 6. qui af 4. in fine firman. nō liberari debitorē, quia prius actualis restitutio fiat. ad 1.

### CONCLUSIO.

Quando creditor liberè donat, aut remittit debitum, ad nullam restitutionem tunc debitor tenetur. Ratio est, quia radix restitutionis est detentio rei alienæ invito domino retinet.

### CONCLUSIO.

Necessarium non est creditori pecuniam offerre, vel vt debitor animum restituendi habeat: vt ex parte creditoris donatio debiti libera censeatur. Ratio est, quia libertas donantis ex dispositione illius, cui fit donatio, haud pendet. satisque erit ad donationem, vt precibus remissio impetretur, etiam si pecunia creditori non offeratur.

### CONCLUSIO.

Quando remissio debiti non est libera, debitor non manet liber à restitutione. Constat ex definitione donationis, cuius fundamentum est libertas donantis.

**APPEN.** Hinc, habens dominium, & carens administratione non poterit debitum remittere, nec debitor erit liber à restitutione, quia donatio non est libera, id est, facta ab illo, qui donandi potestatem, & libertatem habet, lis est minor sub tutore, aut curatore, & vxor sub viri potestate existens.

**APPEN.** Hinc, nec valebit remissio facta à creditore, quando vi illata, vt minis ad remittendum cogit creditorum debitor.

Hinc, neque valebit remissio ex verecundia mediatoris facta. Et ratio harum appendicum est, propterea quod, nulla istarum remissionum est libera.

I. *Dubium. Quando remissio non valebit, neque pot est per creditorem fieri, nisi omnino restitutio fiat?*

### PROPOSITIO.

Quando iudex Ecclesiasticus, vel sæcularis titulo exercendi rectam iustitiam munus aliquod recipit, præter esculentum, aut poculentum, quod paucis diebus consumi potest, mera liberalitate donatum. Definita est in c. statuum §. insuper de rescriptis in 6. & tenetur iudex ad restitutionem faciendam pauperibus, etiam si à donante fuerit facta remissio.

Visitator diocesis, qui aliquam pecuniam in visitatione, præter stipendium sibi consensum, recipit, pauperibus etiam facta remissione, restituere tenetur. Ita definitur in cap. Fœlices. de censibus in 6. Et ratio, istarum omnium propositionū est, quia tales pecuniarum translationes à iure prohibentur & hac de causa tenebitur in his casibus recipiens pecuniam illam, danti restituere, qui si accipere noluerit, pauperibus erit eroganda. hæc est communis sententia, vt Syl. Verbo Concussio docet. cæterū non videtur verisimile, creditore remittente, debitorem ad pecuniam pauperibus largiendam obligari. quia in donatione turpi ex vtraque parte donantis, scilicet, & recipientis, melior est possidentis conditio: vt lex secunda de conditionibus ob turpē causam docet, quod si turpitudine fuerit tantum ex parte recipientis, vt si iudici aliquis det pecuniam ad redimendā vexationem, tunc danti facienda est restitutio, quo remittēte, nulla apparet ratio ob quam dominium in recipientem non transferatur. Ita vt pecuniam illam pauperibus erogare teneatur.

III. *Diffic. An cedens bonis ad restitutionem, quando ad pinguiorem fortunam venerit, teneatur?*

CONCLUSIO.

Tenetur quidem, si ad pinguiorem fortunam venerit quia per talem bonorum cessionem nō extinguitur obligatio, neque fit libera remissio. vt constat ex c. Odoard. de solutionibus, & lege ibidem glossam verb. pinguiorem fortunam.

Hinc, mercatores fidem frangentēs, & cum creditoribus conuenientes, & soluta certa debiti parte, reliquum remittatur ad pinguiorem fortunam venientes tenentur ad restitutionem. quia non fit libera remissio.

APPEN.

III. *Diffic. Liberaturne debitor timore infamiae aut alterius detrimenti a restitutionis onere?*

Sc. in solutione ad

De hac re disputat Ad. q. 1. De restitutione, & in q. An auferēs alteri famam, qui ponit exemplum de adultera habente filium spurium, qui legitimus esse censetur.

argumēta Ric. ar. 5.

CONCLUSIO.

Adultera quæ filijs legitimis partem hæreditatis quam filius spurius tulit sine mortis periculo restituere non potest, ad restitutionem non tenetur. Constat ex cap. officii de pen. & remissi. Et ratio est, quia non est facienda restitutio,

q. 4. Med. qu. 3.

So. lib. 4. q. 6. ar. 3.

restitutio, quando timetur grauius periculum restituendi, quā sit rei restituendæ valor, & vita adulteræ bonis fortune præstat. Hæc est Sco. ad argumenta cuius oppositū tenent. Adr. & Syl. vbi supra, & Innocentius in cap. citato.

CONCLVSIO.

Quamuis mulier ex reuelatione nullum periculum vitæ vel indignationis, vel infamiæ timeat, si tamen eius vir spurium hæreditate priuare non potest, propterea quod legitimus censetur, & talis in iudicio declarabitur, adulterium reuelare minime tenetur. Ratio est, quia frustra niti, & nihil aliud quam odium detegendo crimen quærere, extrema demencia est.

A P-  
P E N.

Hinc, si in tali casu maritus posset spurium exhæredare, quia ipse est primogeniti institutor, tenebitur marito partum supposititium, vel adulterium declarare. quia nullum est periculum vitæ, aut famæ quod restitutionem impediabat.

Ri. vbi su  
pr. ad viti  
mū. Adr.

II. *Dubium. Quid, si adultera nouit filium sibi fidem adhibiturum, & hereditati renunciaturum?*

CONCLVSIO.

q. I. de re.  
Medin q.  
3. So. lib.  
4. q. 7. ar.  
ad 1.

In tali casu tenebitur spurio adulterium reuelare. Ratio est, quia quando fama non est alteri necessaria, homo non tenetur illam conseruare, vt infra patebit, cum sine peccato illam dimittere, & perdere possit. Non enim adultera habet præceptum conseruandi famam in particulari hæc concl. non est contra Scotum quia Scotus intelligitur, quando publica infamia oritur, id est, ne adultera reuelet suum crimen coram iudice, quamuis illud probare possit.

Oppositum affirmant Innocen. Rica. & Hostien. quos Syl. loco citato refert.

CONCLVSIO.

Quando adultera aliunde potest soluere, & satisfacere hæredibus nullo modo crimen suum reuelare tenetur, quia causa reuelationis, quæ est restitutio facienda, cessat, & cessante causa, cessat effectus.

III. *Dubium. Tenebitur ne filius in foro conscientie matri reuelanti credere, & credendo hereditati renunciare.*

CONCLVSIO.

Soto &  
Medina  
locis cita  
tis.

Si mater omni suspitione fraudis caret, scilicet, quod neque maleuolentia in spurium, neque ex amore erga filios legitimos, affirmat se ex adulterio concepisse, vt spurium hæreditatem priuet, & alios ditet, spurius tunc matri credere tenetur

teneretur. quia ex lege naturali est alicui credendum. præsertim  
 testibus omni suspicione fraudis carentibus: qualis nunc dici-  
 tur esse mater & filius, nihil mali de matre suspicans retinendo  
 hæreditatem, ageret contra conscientiam.

V. *Dij. Tenebiturne adulter præter-adulterum  
 ad restitutionem?*

*N. edina  
 Soto  
 ubi supr.*

CONCLUSIO.

Adulter in conscientia propriis, & veris hæredibus, quantum  
 spurius accepit ex patris putativi bonis, restituere tenebitur. De-  
 finita est c. finali citato fuit enim causa damni veris hæredibus,  
 & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. hæc sunt in-  
 telligenda mortuo viro, & obtenta ab spurio hæreditate, est au-  
 tem consulendum adulteræ: vt legitimis filiis partem suorum  
 bonorum enel. 3. y. r. augeat.

VI. *Dif. An solutio facta creditore creditoris, liberet  
 debitorem in conscientia à restitutione?*

*Medin. q.  
 3.*

CONCLUSIO.

Si debitor creditori creditoris sui debitum soluat, etiam inui-  
 to creditore soluendo non peccat. Ratio est, quia nemini nocet,  
 poterit enim creditor ia foro iudiciali à debitore, debitum exi-  
 gere.

CONCLUSIO.

Qui soluit creditori creditoris sui, est a restitutiõc liber, si res  
 quæ soluitur, functionẽ admittat, id est, quando, quod debetur,  
 nõ est idem numero restituendum, sed specie, & valore, alioqui  
 enim nõ satisfacit. quoniam esset rem alienam inuito Domino  
 contractare: vt V. g. si mihi equum accommodasti, eundem tibi  
 reddere teneor.

VII. *Dif. Re interempta, & consumpta sine culpa debi-  
 toris, serit liber ab æquivalens restitutione?*

*Medi. q.  
 3. Soto  
 libr. 4. q.  
 7. ar. 2.*

CONCLUSIO.

Quando debitor non eandem rem numero, sed æquivalen-  
 tem: vt in mutuo soluere tenetur, tunc rei interitus illum à resti-  
 tutione non liberat: vt si mihi frumentum pro frumento acco-  
 modaueris. Et ratio est, quia in mutuo dominium rei mutuatæ  
 in mutuatarium transfertur atque ita illi, & non mutuanti pe-  
 riit.

CONCLUSIO.

Si res eadẽ numero est restituenda: vt in pignore, vel accomo-  
 dato, & c. si possidens fuit in mora restituendi, vel causa interitus  
 rei, possidenti peribit, sin minus Domino nisi aliter couentũ fue-  
 rit inter ipsos, nempe vt possidenti non pereat. Ratio est, quia  
 existẽs in mora fuit causa interitus rei, quæ fortassis apud Do-

manum non perisset, & qui causa damni dat, &c. est autem in mora restituendi, qui non restituit, quando tenetur. unde fur ab hora commissi furti, nisi aliqua causa excusetur, est in mora restituendi, & qui non restituit statim, ut est conscius rei alienæ, ex tunc enim furtum committit. & tandem qui ad terminum præfixum non restituit.

*Med. sb. -  
dem.*

IIII. *Dubium. Quid si res apud verum Dominum esset quoque peritur?*

CONCLUSIO.

Tunc quamvis fuerit in mora restituendi, non erit restitutioni obnoxius, licet non restituendo tempore præfixo peccaverit. Definita est expressè in lege final. 6. si. ff. ad legem Rhodiam de rapta.

Quidam, quos refert Sylue. vbi supra, affirmant hanc conclusionem esse veram in obligationibus, quæ oriuntur ex contractu.

CONCLUSIO.

Si Dominus erat illam venditurus ante interitum, debitor existens in mora tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia est causa damni intellige siue sit debitor ex obligatione, siue ex delicto quia dilatando solutionem furtum committit.

CONCLUSIO.

Si non erat illam alienaturus, existens in mora non tenetur ad restitutionem quia debitoris mora non fuit damni causa.

*Med. vbi supra.*

VIII. *Dis. An qui possidet aliquid auctoritate legis, vel ex iudicis sententia à restitutione liberetur?*

CONCLUSIO.

Possessor bonæ fidei legis auctoritate ab onere restitutionis liberatur. Hæc toto titulo de præscriptionibus demonstratur. & confirmatur Cano. qui peccat. 23. q. 4. vbi B. Aug. inquit. nemo peccat, legis auctoritate utens.

*D. Aug.*

CONCLUSIO.

Debitor, qui est malæ fidei possessor, in conscientia ad restitutionem tenetur quia agit contra conscientiam, & ædificat ad gehennam. omne enim quod non est ex fide, peccatum est.

*Ad Ro. c. 14.*

Hinc, licet non detur actio emptori decepto intra dimidium, tenetur tamen venditor ad restitutionem. Quia retinendo agit contra conscientiam. Idem est iudicium de possessore malæ fidei, qui legis auctoritate esse tuetur, & de Domino non solvente stipendium famulo intra annum legis auctoritate, & de non solvente vectigal propter negligentiam quæstoris iuxta legem Regiam. tenetur enim in conscientia solvere, licet quibus factenda est solutio, ad petendum in iudicio actionem non habeant.

*A. P. PEN.*

QUIS A RESITVE. SIT LIBER. 163  
CONCLUSIO.

Quando sententia iudicis est iusta tantum in foro exteriori, debitor ab onere restitutionis non liberatur. Nam ageret contra conscientiam non restituendo.

CONCLUSIO.

Quando sententia est in utroque foro iusta, debitor est liber à restitutione. Ratio est, quia nulli tunc fit iniuria. priuatur enim dominio iudicis autoritate damnatus.

V. Dubium. Debitur propter rei assignationem liberaturne à restitutione?

Vt si dolium vini apud venditorem assignatum remaneat.

CONCLUSIO.

Si venditor, qui est tunc depositarius, non fuit in culpa, in emptoris detrimentum peribit. Iam enim facta venditione, fuit translatum Dominium.

IX. Dif. Liberaturne debitor à restitutione per ingressum religionis & professionem?

Dux sunt opiniones, Prima S. Tho. affirmantis debitorem, si cessit bonis, posse ingredi religionem. Contra hoc est communis religionum consuetudo, in quibus nullus are alieno grauatius admittitur.

CONCLUSIO.

Qui potest restituere debitum, peccat mortaliter ingrediens religionem, & illum etiam recipientes, quia cooperantur peccato illius, iure enim naturali, & diuino tenetur debitor alienum restituere: quamuis bonis cesserit, & ingrediendo religionem constituit se in periculo non restituendi, vix enim, aut nunquam ibi restituere poterit.

CONCLUSIO.

Valebit tamen eius professio in religione facta, quia ad professionem satis est: vt persona sit libera, & iure profiteri non prohibeatur. qualis est minor 14. annorum, huius autem debitoris professio à iure non prohibetur.

CONCLUSIO.

Facta iam professione tenetur, quantum in se est, vel remissionem à creditore obtinere, vel querere modum, quo illi satisfacere valeat. Ratio est, quia per professionem ab obligatione naturali, & diuina restituendi non liberatur.

CONCLUSIO.

Si non potest creditori satisfacere, nisi dimittendo habitum: vt querat substantiam ad satisfaciendum deponat habitum, dummodo fiat sine scandalo: vt recedendo ad Indos, vel

Syl'n Ver. restitutio §. 4. Solo lib. 4. q. 7. ar. 2. 2. 2. q. 2. 1. m. 2. 6. ad. 2. Medina de rest. q. 3.

ad alia longissima loca, atque ita propria industria lucretur. bona, quibus restituat. Ratio est, quia obligatio ad religionem, naturalem, & diuinam restituendi obligationem non tollit. alioquin enim religio multis peccandi fomitem ministraret quod absit. nam prius ære alieno grauarentur, & postea, vt liberarentur. religionem ingrederentur.

VI. *Dubium* Quia, si Prælati nolit dare facultatem dimittendi habitum poteritne illo inuito dimittere?

## CONCLUSIO.

Medina negat posse.

## CONCLUSIO.

Poterit quidem dimittere habitum. Ratio est, quia non tenetur obedire nisi in licitis, & honestis, & Prælati rem illicitam facit impediendo medium ad restitutionem.

Verbo ex  
communi  
caso. 5.  
§. 9. Me-  
dina q. 3.

X. *Dis.* Differtur obligatio restituendi, quando creditor est excommunicatus?

Syluester affert contrarias Canonistarum opiniones.

## CONCLUSIO.

Quando obligatio nascitur ex voluntate, aut ex lege creditore existente excommunicato, non est adimplenda. Constat ex Cano. Nos sanctorum 15. q. 6. vbi vassalli absoluntur a iuramento fidelitatis, quod Domino excommunicato præstiterunt. & ex Cano. Sacerdos 2. q. 7. vbi dicitur Episcopo excommunicato non esse obediendum.

## CONCLUSIO.

Quando obligatio oritur ex contractu illicito, aut ex acceptance, siue detentione illicita, debitor creditori excommunicato, si aliter non potest, soluere tenetur. quia soluere debitum est

§ Tho. 2. de iure naturali, & diuino, & ita magis obligat, quam vitare hunc  
2. q. 32. excommunicatum. Notanter dicitur, si aliter fieri non potest,  
ar. 7. Al. quia si habet uxorem, filios, aut familiares, illis est restitutio faci-  
Aren. qu. cienda, vt ad creditorem deferant, vel petenda est ab Episcopo  
86. ar. 6. facultas: vt quantum ad debiti solutionem cum illo communi-  
§. 2. Ric. care liceat.

ar. 5. q. 8.  
Medina

XI. *Dis.* Meretrix, qua propter meretricum accepit, teneturne restituere?

## CONCLUSIO.

q. 2. So.

libr. 4. q.

7. ar. 1.

ad 2. idē

§. Tho. q.

82. ar. 5.

Meretrix publica ad restitutionem non tenetur. Quia nihil tam naturale est, quam, vt per voluntatem proprii Domini dominium in alium transferatur. & amans voluntarie dat, & nulla lege dominium transferri in meretricem prohibetur. Vide legem quar-  
tam. ff. de conditionibus ob turpem causam.

VII. Dubium. Recipit ne precium Meretrix titulo venditionis, an donationis?

Caietanus vbi supra, S. Tho. tenet titulo venditionis recipere: vnde in foro exteriori pretium petere poterit, & amans in foro conscientie, restituere tenebitur. eandem opinionem tenet illustrissimus Dominus, Couaru. in repetitione regulæ non dimittitur peccatū. part. 2. §. 2. quod experientia patet cum multos qui obturpem hunc actum promittant mulieri dotem cogi videamus ad præstationem seu solutionem. Et ratio huius opinionis est, quia huiusmodi actus turpes vendi minime prohibentur.

Medina de restitutione q. 20. tenet recipere pretium titulo donationis, ex qua opinione sequitur, amantem non teneri ad soluendum pretium. Securius tamen est prima opinio.

VIII. Dubium. Meretrix occulta, quæ non est in lupanari, teneturne restituere pretium?

Medi. & Soto vbi supra.

Duæ sunt opiniones. Prima quam refert Adrianus, dicit teneri ad restitutionem. Secunda, & contraria est eiusdem Adriani, cui neoterici Theologi adhæserunt.

CONCLUSIO.

Meretrix occulta, quæ habet dominium sui corporis, titulo venditionis precium prostibuli retinere poterit, quia cum sit domina sui corporis, si de facto illud vendiderit, iuste retinet precium. Venditio enim nõ est prohibita, licet peccet, propterea quod actus prohibetur.

CONCLUSIO.

Meretrix coniugata, occulta, quæ sui corporis dominium nõ habet, si pecuniam pro adulterio, vel sacrilegio titulo donationis factæ ab adultero, recipiat, iuste illam retinere poterit. Propterea quod talis donatio nullal lege prohibetur.

Idem dicendum est de Moniali, & de illa, quæ habet simplex continentie votum. quia non sunt sui corporis Domine.

Hinc, si amans nihil promiserit, nihil dare tenebitur. si autem titulo venditionis vsus fuerit corpore mulieris, etiã si nihil promiserit, pretium soluere tenebitur.

A P- P E N. A P- P E N.

CONCLUSIO.

Si, quod titulo donationis promissum est, non fuerit superfluum erit adimplendum. Constat exemplo Iudæ Patriarchæ, Gen. 38. qui promisit Thamar nurui suæ, hædum quæ se meretricem finxerat, & cum non inueniretur dixit: certè mendacij arguere me non potest: ego enim misi hædum quem promiseram, & non inuesti eam. Notanter dicitur (si non fuerit superfluum.) nõ tunc censetur facta promissio absque libertate. Quia

Gen 38.

excessus amoris extenuavit libertatem, & si fuerit promissio iuramento firmata, erit petenda iuramenti dispensatio, quæ omnia sunt vera in foro conscientiæ. nam in foro exteriori dabitur meretrici actio.

*So. & Me. din. ibid.* IX. *Dubium. Meretrix, quæ accepit ab amante minore viginti quinque annorum sub potestate tutoris constituto, & filio familias, tenebiturne restituere?*

### CONCLUSIO.

Tenebitur, nisi voluntate præsumpta curatoris, vel patris excusetur. quia tales non habent suorum bonorum administrationem, atque ita dominium transferre non possunt: nisi voluntate præsumpta curatoris, &c. quando enim pretium est modicum, curator, & pater consentire tenentur, non autem si fuerit pretium superfluum: ut quando aliquid amplius, quam sit pretium meretricibus sui status taxatum, datur quapropter interrogandæ sunt meretrices à confessoribus, acceperintne aliquid ab istis superfluum. Nam tunc ad restitutionem tenentur, atque etiam quando præsumitur, patrem, aut tutorem non consensurum, nisi isti peculium castrense, vel quasi castrensia habent, nã istius peculij Domini sunt, & dominium transferre possunt.

*A P. F. E. N.* Meretrix quæ accepit à milite pretium prostibuli, vel donationem aliquam, non tenetur ad restitutionem.

Hæc est Adri. ubi supra contra Medinam, & alios defendentes, teneri ad restitutionem per legem affectionis. ff. de donationibus, cum lex illa non obliget, nisi subditos imperatoris, inter quos Hispani non recensentur.

*S. T. q. 66. ar. 5. ad 2. & Me. & So. ubi supra.* X. *Dubium. Donatio facta Meretrici per dolum, vel fraudem ipsius, estne danti necessario restituenda.*

V. G. si Meretrix dixerit, se esse virginem: ut maius pretium sibi daretur.

*S. T. 2. 2.*

### CONCLUSIO.

*q. 22. ar. 7. Ad. in q. an ex tota per concussione.* Tenebitur tunc superfluum restituere, quia est inuoluntariè donatum, nempe, ex ignorantia, & deceptione: secus autem si blanditiis, non tamen mendaciis adolescentem ad sui amorè

*& c. Med.* XII. *Diffic. An iudex pecuniam per concussione[m] acquisitam restituere teneatur?*

*q. 5. Solo. lib. 4. de iur. & in q. 7. ar. 1. ad 2.* Dux sunt opiniones. Prima est Caiet. Adri. Med. Soti asserentium esse necessario talem pecuniam restituendam, ita ut ante condemnationem possit fieri restitutio danti, vel pauperibus, post condemnationem vero pauperibus sit facienda.

Secunda & contraria opinio est Angeli in summa verbo

Concessio, & Syl. verbo Restitutio. §. 2. & verbo Iudex §. 1.

CONCLUSIO.

Iudex, vel quicumque alius iustitiæ minister, qui accipit pecuniam pro sententia iniuste ferenda, vel pro quocunque actu iniusto, si actus fuerit consummatus, non tenetur danti pecuniam restituere. Constat ex l. si obturpem causam. ff. de conditionibus eodem titulo. ubi habetur. datum ob turpem causam causa subsequuta à dante repeti non posse, & cū lex prohibeat repetitionem, & dans voluntariè dederit, non erit accipiens tūc restitutioni obnoxius.

CONCLUSIO.

Iudex, aut quicumque iustitiæ minister, tabellio, exequutor, &c. pecuniam pro actu illicito acceptam pauperibus restituere minimè tenetur. Nam radix restitutionis est iniusta acceptio, vel detentio invito Domino, & minister iustitiæ pro damno alteri inferendo pecuniam accipiens, nec recipit invito Domino, neque retinet tum etiam, quia nulla est lex civilis, aut canonica, quæ pecuniam acceptam per concussionem ante recipientis condemnationem restituere præcipias.

CONCLUSIO.

Si minister iustitiæ pecuniam accipiat: ut bene iudicet, & dās solum det ad redimendam vexationem, ne iudex à parte contraria corrumpatur, iudex tunc non pauperibus, sed danti restituere tenebitur. quia translatio dominij ex voluntate Domini fit, & qui dedit pecuniam ad redimendam vexationem, invito dedit, adde indicem nunquam debere pecuniam accipere à partibus contendentibus.

CONCLUSIO.

In omni euentu, licet sit turpitudine ex vtraque parte, danti pecuniam est facienda restitutio. Ratio est, quia minister iustitiæ ante commissum flagitium, pro quo accipit pecuniam, tenetur rescindere contractum, iuxta consilium Isidori in malis promissis rescinde fidem. quod fieri non potest, nisi pecuniam acceptam restituendo. nam qui dedit pecuniam sub conditione, non amittit dominium, si conditio non adimpleatur. Hæc est contra aliquos Doctores, quos Medina de restitutione refert. q. 3. notabili 10.

CONCLUSIO.

Iudex à sede Apostolica delegatus accipiens à litigantibus præter esculentum, aut poculentum, quod paucis diebus consumi potest, illud restituere tenetur. Definita est expressè in cap. statum de rescriptis in 6. ex hoc textu colligit

Gabr. omnem iudicem teneri ad restitutionem pauperibus faciendam. quod est verum de iudicibus delegatis, non autem de Ordinariis. nam textus illè est pœnalis, & non est ampliandus.

## C O N C L U S I O.

Qui accepit pecuniam pro actu licito, quem gratis exercere tenebatur: vt iudex pro puniendo latronem, si dans non illa tribuat ad redimendam vexationem, sed vt facilius iustitiæ ministrum ad illam exercendam alliciat, tunc minister non tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia dans voluntariè, & liberè dedit & non timore ductus. nam, vt precibus, & pollicitationibus, ita & pretio aliquo exhibito aliquem ad bonum inducere licet.

**A P- P E N.** Hinc, qui accipit pecuniam: vt ab adulterio, vel homicidio, aut alio quouis peccato abtineat, vel vt latronem, aut seruum fugitiuum reuellet non tenetur ad restitutionem, si dicens non ad redimendam vexationem propriam, sed ad deterrendum à peccato, vel ad rem suam facilius recuperandam, dederit. quia voluntariè, & liberè dat.

*So. ubi su  
pra. & li.  
§ 9. 8.  
ar. 4.*

**XIII. Dif.** *Qui accipit pecuniam: vt falsum testimonium dicat  
vel vt veritatem taceat, quam rogatus à iudice  
manifestare tenebatur, erit nere-  
stitutioni obnoxius?*

Adria. de restitutione in q. cum extorta, &c. opinatur teneri ad restitutionem danti, vel pauperibus faciendam. Contraria opinio videtur esse summæ Angelicæ.

## C O N C L U S I O.

Ita pecuniam accipiens licet teneatur damnum illatum rescarcire, ad pecuniam tamen acceptam restituendam non obligatur. neque enim tenetur illam danti restituere, quia voluntariè dedit, neque pauperibus, quia illis nullam irrogauit iniuriã, neque innocenti, quia satis est, vt illi damnum illatum restituat.

**S. 7. 2. 2. XIII. Diffic.** *Accipiens pecuniam pro beneficio, vel sacris ordinibus  
conferendis per symoniam realem, tenebitur ne  
ad illius restitutionem ante iudicis  
condemnationem?*

*q. 100. ar.  
vl. Me. q.  
3. So. li. 9.  
q. 8. ar. 1.*

Quædam opinio fuit negans, quam citat Medina de restitutione.

Contraria, & affirmans est. S. Tho. quia lex canonica prohibet dominij translationem recipiendo eius restitutionem.

XI. *Dubium. Pecunia symoniaca cui ante condemnationem erit restituenda?*

S. T. ubi supra ad 4. dicit non esse cmenti restituendam. Soto Me. q. 1. lib. 6. de iust. & iure q. 3. art. 1. existimat ante condemnationem de restit. esse emptori restituendam.

CONCLUSIO.

Danti ante condemnationē est facienda restitutio. quia accipiens pecuniam pro beneficij collatione, tenetur non solum penitere, verum etiam quantum in se est, contractum rescindere: quod fieri non potest, nisi reddendo pretium danti, & quemadmodum venditio consummatur traditione rei, & acceptione pecuniæ, ita saltem quantum ex parte vendentis eiusdem pretij siue pecuniæ redditione rescinditur.

XII. *Dubium. Quid si Papa dispenset cum symoniaco ut beneficium teneat?*

DD. ubi supra.

CONCLUSIO.

Tunc necessario est emptori facienda restitutio. quia post dispensationē nō ratione pecuniæ datæ, sed ex collatione legitima Papæ beneficiū retinet. illa enim dispensatio collatio beneficij fuit. Patet exemplo illius, qui sciēs emit vas argenteū furto sublatū, & postea à vero Domino ignorante furtū illud obtinuit. Tunc huic, & non Domino erit pretium à latrone restituendū. quia non retinet vas ratione iniustæ venditionis, sed ex veri Domini voluntate.

CONCLUSIO.

Post sententiam contra Symoniacum datam, etiam si antea sit danti pecunia restituta, erit denuo Ecclesiæ restitutio facienda. Definitur expressè in ca. de hoc autem. de symonia. Iudex enim solum debet attendere crimen commissum esse puniendū, non autem an sit iam danti facta restitutio.

CONCLUSIO.

Quando dans pecuniam fuit deceptus, quoniam arbitrabatur inuincibiliter ignorans se Symoniam committere, tunc ante, vel post sententiam danti erit restitutio facienda. Definita est expressè in cap. Veniens de Symonia. quamobrem quando turpitude solum est ex parte recipientis, debet danti fieri restitutio. quia propter ignorantiam inuincibilem fuit à Symonia alienus.

CONCLUSIO.

Pecunia accepta propter collationem ordinum, & sacramentorum administrationem, ante sententiam est danti, etiam si fuerit in culpa, restituenda. quia lex irritat contractum, &

prohibet, dominij translationem, & cum ante sententiam dans non amiserit dominium, erit sibi restituenda.

XV. *Diffic. Symoniacus mentalis tenetur ad restitutionem?*

Canonistæ in cap. Ultimo de Symonia, & Caiet. l. 2. q. 100. ar. ultimo tenent non esse restitutioni obnoxium. Adrian. autè. Quolib. 9. & So. de iust. & iure lib. 9. q. 8. ar. 1. ad 6. affirmant obligari ad restitutionem.

### CONCLUSIO.

Symoniacus mentalis, aut realis non tenetur iure d. uino ad restitutionem. quia ius Canonicum non est contrarium iuri diuino, quod quidem in cap. ultimo de Symonia Symoniacum mentalem ab onere restitutionis absoluit.

### CONCLUSIO.

Neque iure Canonico symoniacus mentalis ad restitutionem tenetur ut constat ex cap. citato. & hæc fuit opinio S. T. ubi supra in solutione ad argumenta.

A P. P. E N. Hinc, omnes familiares Episcoporum, qui nullo stipendio accepto, & sine ullo pacto, sed sola intentione obtinenda beneficia Episcopus seruiunt, mortaliter peccant propter deprauatum animi affectum, nec sunt absoluedi, dum ita famulantur, nec obtento beneficio ad resignationem tenentur, neque Episcopus aut patronus ad soluendum stipendium famulatus obligatur. Oppositum sequitur ex contraria opinione.

A P. P. E N. Idem etiam est iudicium de illis, qui Episcopo aut patrono munera à manu, vel à lingua aliquo pretio æstimabilia intentione corrupta consequendi beneficium Ecclesiasticum offerunt.

### PROPOSITIO.

Solum tenetur ad restitutionem symoniacus, qui pacto expresso vendidit beneficium, ordines, aut religionem quia in his tantum præcipit ius Canonicum, non autem in venditione cæterorum spiritualium, fieri restitutionem hæc propositio est valde notanda, & est Pano. super cap. Ultimo de Symonia, & Caiet. in summa verbo excommunicatio. ca. 27.

Syl. verbo  
rest. 8. §.  
ult. Med.

XVI. *Dis. Liberatæne aliquis per bullam compositionis Cruciatæ à restitutione?*

### CONCLUSIO.

Quando creditor sit bene notus debitori, bulla compositionis nullum habet locum. quia restitutio alieni, quando Dominus minus est certus, est illi facienda de naturali, & diuino, in quibus Papa, quando nulla subest legitima causa, dispensare non potest.

CON-

Quamuis creditor sit bene notus debitori, si tamen longè ab sit, ita vt ad illam pecunia transportari non possit, sed sit pro vita spiritali creditoris pauperibus diuidenda, tunc locum habebit compositio. Hæc est Illustrissimi Domini Couarruuias in relectione. Non dimittitur peccatum in 3. p. §. 1. Et ratio est, quia bona creditoris longissimè absentis æquivalent bonis incertis, cum sit in loco adeo distante: vt nullo modo suo bona recipere possit, & in bonis incertis habet locum compositio.

CONCLUSIO.

Quando bona sunt incerta, id est, incogniti creditoris, siue sint per contractum licitum, siue illicitum acquisita potest in illis fieri compositio. Ratio est, Quoniam huiusmodi bona iure Ecclesiastico sunt pauperibus distribuenda, in quo quidè iure Papa dispensare potest.

CONCLUSIO.

Compositionem hanc nullus à Rom. Pont. efficere potest, quia hæc compositio est tantum iure Canonico præcipiente, vt restitutio pauperibus fiat, & cum in hoc iure solus Papa dispensare possit, solus quoque compositionem concedere valebit.

PROPOSITIO.

Quando bona incerta restituenda sunt ab aliquo inuenta, potest in illis per Dominum temporalem fieri compositio, quia ipse est Dominus rei inuentæ, quæ vulgo (mostrenco) appellatur, & in hoc tantum casu est vera Soti opinio, qui per Dominum temporalem, & regem compositionem fieri posse asseruit. Et nota compositionem à Rom. Pont. concedi propter maiorem Reipub. utilitatem: vt ad defensionem fidei, vel basilicam ædificandam.

XVII. *Diffic. An per compositionem debiti debitor restitutione liberetur?*

CONCLUSIO.

Compensatio in deposito locum minime habet, non enim possum, si tu debes mihi 100. & totidem apud me deposuisti, hac via quod mihi debes compensare. Definita ex expresse in c. bona fides. de deposito.

CONCLUSIO.

In cæteris contractibus bonæ fidei potest fieri compensatio. Hæc est Panor. in c. bona fides citato. Et ratio illius est, quia in aliis contractibus à iure non prohibetur.

Alex. A' 8  
q. 86. ar  
1. m. 3. S.  
Th. 2. 2.  
q. 66. ar.  
c. & ibi  
Cait. Me  
dm. q. 16.  
& 1. de  
restitutio  
ne 50. li. 3.  
q. 3. ar. 3.  
ad 1.

Si volens compensare debitum iuravit absolutè, sine vlla conditione, creditori suo debitum soluere, solutionem ratione compensationis differre non poterit. Constat ex c. Ad nostrum, & c. Debitores de iureiurando. Et ratio est quoniam qui sub iuramento aliquid promisit, non solum homini, cui promissio facta est, verum etiam Deo, quem proposuit promissi fideiussorem, tenetur, quamuis creditor non lædatur, ita habetur in cap. Debitores de illis, qui promiserunt soluere vsuras.

XIII. *Dubium. Quæ sunt conditiones in compensatione seruandæ?*

Respondeo, sequentes. Et prima est, vt debitum sit liquidum, & non dubium, nam si dubius quis recompenset, & peccat, & ad restitutionem tenetur. in rebus enim dubiis tutius est eligendū, & tutius est proximum seruare indemnem.

Secunda, ne compensator speret autoritate iudicis debitum recipere posse, vel propter defectum testium, siue instrumentorum, vel ob malitiam iudicis, vel propter debitoris potentiam, quem non facile in iudicio conuincere poterit, vel illum graui odio prosequetur, aut in aliis nocebit, aut non sine maximis expensis debitum extorquebit. Nam tunc propria autoritate, quod debitori minime nocet, recipere poterit.

Ca. & S.  
Tho. est.

Tertia, ne ex tali acceptione periculum famæ accipientis timeatur. posset enim tūc iudex in illum, vt in furem agere. quia extra iurisdictionem accepit.

Quarta, ne damnum alicui sequatur. nam fortassis à domesticis sumptum fuisse existimabunt.

V. Ne agat contra conscientiam, sed hoc sibi licere credat.

Sexta, vt verissimè opinetur, nunquam esse sibi solutionem à debitore faciendam, etiam si debitum petierit.

Septima, ne res propria autoritate vsurpanda, sit debitori valde necessaria, alioqui enim peccabit,

C O N C L U S I O .

Qui his 7. conditionibus concurrentibus alienum ratione compensationis accipit, non peccat. Quia nec facit iniuriam debitori, cum sibi debitum accipiat, neque legi prohibenti, ne quis propria autoritate ius suum exequatur. nam intelligitur lex, quando creditor secundum iuris ordinem rem suam recuperare potest. quod si non possit, vt in præsentia, non agitur contra legis intentionem.

Si debitum sit liquidum, siue certum, cæteris conditionibus deficientibus, peccabit mortaliter recompensans, non tamen ad restitutionem tenebitur. quia in cæteris conditionibus præter primam, non agit contra iustitiam, agit tamen contra iuris ordinem, & ideo peccat in rempub. vt constat in cap. Olim de restitutione expoliatorum.

XIII. *Dubium.* Si iudex excommunicet omnes, qui ex tali domo aliquid acceperunt, comprehendunt urne compensantes?  
Angelus negat. Rossella affirmat, vt Syluester docet.

Verbo sur-  
tum §. I.  
Medin. q.

Si recompensans omnes conditiones seruauit, non legatur, etiam si in sententia hoc ipsum exprimat. quia talis sententia contineret intolerabilem errorem, vt definitum est in c. Per tuas de sententia excommunicationis. *I I. So. v. bi supr.*

CONCLUSIO.

Quando iudex absolute profert sententiam, nihil contra recompensantes addens, dummodo primam conditionem seruauerint, illa sententia minime ligantur. Et ratio est, quia non retinent alienum.

CONCLUSIO.

Quando iudex profert sententiam, excommunicationis sub hac forma, volumus excommunicare, & ligare recompensantes, qui omnes conditiones iustæ compensationis non seruauerunt, tunc ligantur, & restituere tenentur, non quod retineant alienum, si primam seruauerunt conditionem, sed quia contra iuris ordinem bona usurpauerunt. Et iudex Ecclesiasticus potest istos compellere ad seruandum iuris ordinem, qui est de iure naturali, & diuino. iuste enim dicit Scriptura iuste, quod iustum est, prosequeris. Cauendum tamen est ne iterum debitor creditori, vel eius hæredibus soluatur, & ne creditor in fametur, vtrumque autem euitabitur, si debitum secundo solutum, per mediatorem eidem debitori restituatur, vel si in testamento hæredibus, ne aliquid ab illo recipiant, præcipiatur. *Deu. c. 16*

XVIII. *Diffin.* An qui ex culpa leui, siue leuissima alteri damnum intulit, in conscientia ad restitutionem teneatur? *Ricar.*

Duæ sunt opiniones. Vna Innocen. in cap. sicut dignum. de homicidio, quam Syluester dicit communem, scilicet, in foro iudiciali ex culpa leui, aut leuissima teneri ad restitutionem, non tamē in foro conscientie. Altera & contraria opinio est Adr. de restitutione in q. vtrum in foro animæ teneatur resarcire, quantum damnum ex culpa sua leui, aut leuissima alteri dedit. *Verbo cali pa §. I. Ri. ar. 3 q. I.*

Omne damnum quacunque culpa damnificantis illatum, in foro conscientie est resarciendum. Definita est expressè in c. finali de iniuriis, ubi dicitur qui occasionem damni dat, damnum, &c. secus autem est de illo, qui, ut non occidere, vel damnum inferret, nihil de contingentibus omittat, quod quidem omittere dicitur, qui negligens fuit.

**A P-  
P B N** Hinc, variaz solvuntur quaestiones contra accommodatarios, depositarios, negotiorum gestores, qui sua culpa damni causa extiterunt, contra nutrices, quæ incaute inter dormiendum parvulos suffocant. quæ sunt homicidij reæ, & contra medicos, & pharmaceopolas, qui sua imperitia, vel negligentia alienum mancipium interficiunt, cuius pretium solvere tenentur, & contra iumentorum medicos, si culpa sua leuissima iumentura moriatur, vel minoris pretij defixo in pede clavo factum fuerit, aut per aliquod dies quieuerit. Nam tenetur omne damnum, aut lucrum cessans restituere. Et idem est de similibus iudicium.

## QVÆSTIO DE RESTITVTIONE FACIENDA PROPTER NEGLIGEN- TIAM ECCLESIASTICORVM.

**Art. I.** *An clericus omitteus horas canonicas ad fructuum restitutionem teneatur?*

### CONCLUSIO.

**Adr. in q.  
ara mala  
dispensans  
beneficium  
Ecclesia-  
sticū, &c.  
S. li. 10.  
q. 5 ar 7.  
Cui est in  
suma ver  
bo hora  
Canonica.** Clerici Ecclesiastica beneficia in Ecclesia cathedrali possidentes, & in choro non residentes, quotidianarum distributionum dominium non acquirunt, atque ita ad illarum restitutionem tenentur. Definita est cap. i. de Clericis non residentibus lib. 6. de cretaliū.

### CONCLUSIO.

Clerici beneficia Ecclesiastica possidentes, si non sint sacris ordinibus initiati, & nullum fructum beneficii recipiant, & non ex culpa sua, sed aliorum horas canonicas solvere non tenentur. Et ratio est, quia non habens sacros ordines nulla ratione horas canonicas solvere tenentur. quia propter si nullum recipiant stipendium, liberi, erunt ab horarum solutione, notanter dicitur, & non ex culpa sua. nam si fuerint excommunicati, vel negligentes in petendis fructibus tenebuntur solvere horas canonicas peccatum enim suum aliis nocere non debet.

CON-

Clerici habentes beneficium Ecclesiasticum, & horas canonicas non soluentes, tantum pro rata restituere tenentur, quantum singulis diebus, quibus horæ fuerunt prætermiffæ, responder. Definita est expresse in Concilio Lateranensi Sess. 9.

Magister Soto non est admittendus in hoc loco dicens, se ne scire an hoc Concilium sit in vsu, additque quod si per vnum, aut duos dies clericus officium omiserit non esse restitutioni obnoxium, si autem amplius dimittat, ad restitutionem teneri. Cæterum si hoc Concilium plenam habet authoritatem, confessor cum clerico per vnum, au duos dies officium diuinum præmittente dispensare non poterit: si verò nullam habet authoritatem, tunc ratione Concilij, etiam si per decem dies clericus diuinum officium omiserit, ratione Concilij ad fructuum restitutionem nunquam tenebitur.

Hinc, erit clerico per aliquot dies diuinum officium præmittenti consulendum: vt facta fructuum computatione, bullam compositionis accipiat, vel à Rom. Pon. siue ab eius commissa-rio Cruciatæ restitutionem petat, atque hac ratione neque omnia, quæ Concilium Lateranense præcipit restituet, & in consci-entia tutus erit.

A P-  
P E N.

I. Diffic. An clerici non residentes fructus benefi-  
ciorum restituere teneantur?

Cai. 2. 2.  
q. 183. ar.  
3. Cab. d.  
15. q. 8.  
So. lib. 3.  
q. 6. ar. 3.  
Ioan. 21.

CONCLUSIO.

Clericus habens beneficium Ecclesiasticum curatum iure diuino in Ecclesia eiusdem beneficii residere tenetur. quod enim Christus Iesus tradens petro Ecclesiam dixit, pasce oues: & reliquis prælatis in persona petri dictum fuit, & pasce re hædos lacte doctrinæ, & correptionis abiens non potest.

CONCLUSIO.

Iure quoque naturali ad residentiam obligatur, nam quod est apud omnes rationi consentaneum, illud est de iure naturæ, & hoc est rationi maxime consonum: vt prælati per seiplos, & nõ per Vicarios militent quemadmodum miles, qui per seipsum non militat, stipendio dignus minime censetur.

CONCLUSIO.

Et iure quoque positiuo residere tenetur: vt constat ex toto titulo de clericis non residentibus. nam in c. finali decretum est, clericum non residentem esse beneficio priuandum, si monitus non corrigatur.

CON-

**1. Car. 9.** Habens beneficium simplex, cui seruitium est annexum, naturali, diuino, & positiuo iure residere tenetur. Dicit enim B. Paul. altari seruientes futuros esse fructus altari participes. Et hanc eandem rationem esse de iure naturæ constat, & tandè de iure canonico quam plurimæ Canonice sanctiones toto titulo de clericis non residentibus testantur.

*I. Dubium. Quando habenti beneficium curatum abesse esse erit licitum?*

## CONCLUSIO.

**107. c. 10.** Ratione alicuius impedimenti ab extrinseco, si impedimentum non fuerit voluntarium, non residere licebit: vt si tyrannus Episcopum relegaret. Et patet exemplo S. Th. Cantuarien. qui fuit à rege Angliæ in exilium relegatus, tunc enim si Ecclesia non periclitatur in fide, sustinendum est exilium. alioquin etiam cum proprii capitis periculo erit residendum, quia bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

APPEN.

Hinc, etiam integrum erit recedere ab Ecclesia ad tempus propter salutem corporalem. est enim impedimentum in voluntarium.

## CONCLUSIO.

Potest quoque ratione qualitatis negotij nõ residere, vel quia est in bonum vniuersalis Ecclesiæ: vt si Episcopi ad Concilium vocentur, vel propter propriæ diocesis bonum: vt si propter defendendam suæ Ecclesiæ immunitatem expediat Episcopum ad curam Romanam se conferre, vel tandem propter bonum spirituale totius reipublicæ: vt si Episcopus ad componendas lites, & ad bella inter reges legatus constituatur.

## CONCLUSIO.

Potest etiam ratione conditionis personæ esse absens: vt si expediret Ecclesiæ propter excellentiam personæ, aliquè duo habere beneficia curata. tunc enim integrum esset in altero non residere: vt habetur in c. de multa, de præbendis.

**A P. B. N.** Hinc, Episcopus Cardinalis non poterit ratione cardinalatus à sua Ecclesia abesse, vel in curia Romana residere: vt expressè in c. bonæ memoriæ de postulatione Prælatorum habetur, neque poterit abesse Episcopus pro rex constitutus. Quia gubernatio temporalis non est spirituali præferenda.

P. E. N.

Hunc, neque erit absolucendus talis Prælatus, cum contra diuinum

diuinum & naturale præceptum uagetur, in quo præter prædictas causas Papa dispensare haud potest.

## CONCLUSIO.

In residètia beneficij nou curari, & habentis annexum ministerium, Papa ex legitima causa dispensare potest. Constat ex c. Ad audiendam, ubi conceditur Episcopo: ut possit duos canonicos ad suum seruitium deputatos eligere qui in sua Ecclesia residere non tenentur.

## CONCLUSIO.

Ratione studij extra beneficia residere licet. Definita est in c. Cum ex eo de electione lib. 6. Ratio est, quia tunc gerit Ecclesie negotium.

## CONCLUSIO.

In beneficiis non habentibus ministerium annexum ut in præstimoniis, residentia de iure non requiritur, quia non habent annexum ministerium aliquod, ratione cuius personæ præsentia desideretur.

## CONCLUSIO.

Clerici non residentes, & per vicarium administrantes, ad restitutionem fructuum tenentur. Definita est in Conc. Trid. Sess. 23. c. 1. de reformatione: Gabr. d. 15. q. 8. arti. 2. tenuit olim non esse restitutioni obnoxios.

## CONCLUSIO.

Sacrae Theologiae Doctores, publicè in aliqua vniuersitate cathedram regentes, in beneficio, etiam curato residere minime tenentur. Debent tamen aliquid conferre in eum qui eorum officio funguntur ut alibi concludit Definita est expressè in c. finali de magistris. Vbi fructus præbendarum, & beneficiorum dum in scholis docuerint, conceduntur, inseruiunt enim publicæ utilitati, quæ priuatæ est anteponenda.

II. *Dis. An clericus habens plura beneficia compatiblea; siue incompatiblea ad alterius fructus restituendos; tanquam iniustus possessor, obligetur?*

Adria. de restitutione, Gab. ubi supra, Syluester verbo beneficium quo ad pluralitatem, S. Th. quolib. 9. Soto ubi supra.

## CONCLUSIO.

Potest aliquis plura beneficia nullam residentiam exigentia sine dispensatione obtinere. Definita est in c. gratia de rescriptis, lib. 6.

## CONCLUSIO.

Non potest aliquis absque dispensatione plura beneficia simplicia habentia residentiam possidere. Definita est in dicto c. gratia. In simplicibus quantum ad pluralitatem, præter quam

Sylueſter in præbendis, & dignitatibus Eccleſiæ collegiatæ, vel cathedra-  
 verho be- lis Episcopos diſpenſat.

neficium

C O N C L V S I O.

A. 9. vlti- *Qui ex diſpenſatione ſine rationabili cauſa plura obtinet be-*  
 mo. neficia curata non eſt tutus quoad Deum; licet ſit quoad Ec-  
 S. Thom. cleſiam. Quia Papa non eſt beneficiorum Dominus, ſed diſpen-  
 eſt ar. 5. ſator, & vt diſpenſatio contra voluntatem Domini non valet, i-  
 & Gabr. ta neque diſpenſatio in beneficiis curatis contra voluntatem  
 & Adri. Domini valebit, dicit enim D. Ber. ad Rupertum, quid tibi blan-  
 ybi ſupr. diris de diſpenſatione, cuius conſcientia tenetur diuina ſenten-  
 D. Ber. tia ligata.

I I. *Dubium. Quotuplex eſt cauſa, ob quam ex iure, ſecluſa*  
*diſpenſatione Papali, plura licet habere beneficia?*

Reſpondeo quadruplex. Prima, quando beneficium eſt exi-  
 guum, ita vt Sacerdos conuenienter alio non poſſit; vt habetur  
 in c. eam de ætate ordinandorum.

Secunda, quando vna Eccleſia habetur ſub titulo commen-  
 dationis ad tempus, donec idoneus Sacerdos inueniatur. Ita ha-  
 betur in Caño. qui plures. 21. q. 1.

Tertia, quando vna Eccleſia eſt alteri annexa, vel quando ex  
 diſtributis Eccleſiis fit vnum beneficium. Ita habetur expreſſe in  
 c. eam de ætate, & qualitate ordinandorum. & in c. qui mona-  
 ſterium. de religioſis domibus. Hac aut Eccleſiarum vnico inu-  
 tilitatem non perſonæ, ſed Eccleſiæ tantum fieri debet.

Quarta, ſi eſſent rati Sacerdotes ad curam animarum idonei.  
 tunc enim liceret vni plures habere Eccleſias, ita definitur in c.  
 clericus 21. q. 1.

I I I. *Dubium. Quando ex diſpenſatione iuris*  
*hoc idem licebit?*

Reſpondeo, propter ſublimes, & literatos perſonas, quando,  
 ſgenus & ſcientia ſunt Eccleſiæ neceſſaria, vt ſi eſſet neceſſaria  
 nobilis potentia. vt Eccleſia à tyranno liberaretur, liceret alicui  
 nobili plures conferre Eccleſias, vel literato propter Eccleſiæ v-  
 tilitatem, vbi vigerent hæreſes, atque ita intelligenda eſt Con-  
 ciliij Lateranenſis, definitio. vt in cap. multa. de præbendis habe-  
 tur.

C O N C L V S I O.

Facile poteſt diſpenſatio concedi in beneficiis exigentibus  
 reſidentiam, non tamen habentibus annexam curam animarum,  
 vt duo, vel tria beneficia poſſideantur: dummodo non ſint plu-  
 ra, vel ſcandalum inde ſequatur. ita enim intelligenda eſt Cle-  
 mentina prima, vt lite pendenti, &c.

C O N-

## CONCLUSIO.

Qui obtinuit dispensationem absque legitima causa in be-  
 neficiis curatis, licet non sit in conscientia tutus, ad restitutionem  
 tamen fructuum non tenetur. Nam in fructibus beneficiorum  
 potest Papa dispensare, & illós Regi contra Turcas, vel aliis cō-  
 ferre. dispensando namque in pluralitate beneficiorum duo fa-  
 cit, primam concedit, vt quis possit duos titulos, & eorundem  
 titularum fructus habere, & licet non valeat quoad titulum, va-  
 lebit tamen quoad fructuum retentionem. Hactenus ex sentē-  
 tia Theologorum, quorum iudicio nullus absque legitima cau-  
 sa plura beneficia curata possidens absoluendus est, donec vno  
 retento alia dimittat.

Caietani sententia in summa verbo beneficium c. 1. est no-  
 tanda. qui ait, non esse facile negandam absolutionem huius-  
 modi hominibus: quia non facile est iudicare, an sufficienter per  
 vicarios beneficia regantur, tanta enim potest esse vicariorum  
 sollicitudo, & diligentia, vt merito pastores dici mereantur.

III. *Dif. Retinens beneficium curatum propter fructus recipiendos, non  
 animo residendi, sed dimittendi post tempus tenebitur ad fru-  
 ctuum receptorum restitutionem?*

Soto libro  
 10. qn. 5.  
 ar. 6.

## CONCLUSIO.

Tenebitur quidem, nisi voluntate mutata promotus fuerit.  
 quia illos fraudulenter recipit, expresse. Definita est in c. Com-  
 missa de electione lib. 6.

III. *Dubium. Definitio huius textus in beneficiis  
 non curatis habetne locum?*

Gab. vbi supra dubio primo dicit teneri ad restitutionem qui  
 recipit beneficium fraudulenter. Contraria opinio est Soti de  
 iust. & iur. & ratio est, quia illa definitio est in odium curatorum,  
 & ideo erit restringenda, & non amplianda ad beneficia simpli-  
 cia. fauores enim sunt ampliandi, & odia restringenda.

V. *Dubium. Eritne expectanda iudicis sententia, an  
 statim facienda fructuum restitutio?*

## CONCLUSIO.

Statim ante iudicis sententiam erit restitutio facienda. quia Soti est.  
 lex non est pœnalis, sed conditionalis. hac enim conditione re-  
 cipit, quis beneficium curatum, vt intra annum ordinem sacrum  
 recipiat.

VI. *Dubium. Quid si postquam accepit beneficium curatum animo recipiendi ordines, intentionem mutet tenebitur ad fructuum restitutionem?*

## CONCLUSIO.

Tenebitur quidem. Et ratio est, quia textus citatus punit iniustitiam recipientis beneficium, sine animo promovendi seipsum ad sacros ordines; & cum eadem sit iniustitia accipientis, & retinentis rem invito Domino; eidem quoque Domino ad restitutionem tenebitur. cæterum animadvertite solum teneri ad restituendos fructus, quos dum perseveravit in animo non recipiendi sacros ordines, recepit. dicit enim textus citatus, in voluntate mutata promovis fueris, & c. quare solum; durante iniqua voluntate, durat iniustitia. Quapropter ad fructus interim receptos restituendos obligatur: deducto tamē stipendio, quod Vicario dedit quia tunc fuit per Vicarium verus minister: ut Gab. docet.

IIII. *Q. An Episcopus, siue patronus eligens indignum, vel dignum, prætermissis digniori, ad beneficium, ad restitutionem aliquam teneatur?*

## CONCLUSIO.

Conferens beneficium indigno scientia, & moribus tenetur Ecclesie damnum illatum propter indigni promotionem restituere. Probatur per c. fina. de iniuriis, & damno illato. ubi dicitur, damnum dedisse, qui causam damni dat: & qui confert beneficium indigno causa damni Ecclesie fuit. inde enim sequitur damnum spirituale in ministerio sacramentali.

## CONCLUSIO.

Qui confert beneficium digno, prætermissis digniore, qui est longe præstantior, peccat mortaliter, non tamē digniori aliquid restituere tenetur. Ratio est; quia ita conferens beneficium digno, nihil iusticie abstulit à digniore. alioqui enim beneficij Dominus non diceretur, & obligatio restituendi ex iniusta, acceptioe, & detentione ortum habet. neque ullam illi iniuriam irrogavit. Hæc est Adr. ubi supra; quem sequitur Soto contra Caiet.

## CONCLUSIO.

Eligens dignum nihil Ecclesie restituere tenetur, quamvis potuerit eligere digniorem. Ratio est; quia eligens dignum ad sufficiens regimen animarum, non infert Ecclesie damnum: & constituere digniorem non est opus præcepti, sed supererogationis, & consilij, & qui agit contra consiliū, non peccat: ut can.

Ultimo

S. Tho 2.  
2. 2. ar.  
2. Soto. li.  
4. q. 6. ar.  
3. ad 6.  
Adri. est  
q. 4. re-  
stitutio-  
ne.

2. 2. quæ.  
6. 2. ar. 2.

Ultimo 14. q. habetur.

V. Dis. *Qua etate poterit quis beneficium obtinere?*

CONCLUSIO.

Nullus non attingens, 25. annum beneficium curatum possidere potest, quod si sine dispensatione obtinuerit, ad fructuum restitutionem tenetur. Definita est expressè in c. licet de electione lib. 6. & est Concilij Lugdunen.

CONCLUSIO.

Nemo potest ad Episcopatum ante 30. annum promoveri, & licet promotus peccet, ad restitutionem non tenetur. Definita est in c. cum in cunctis. vbi talis Episcopi electio prohibetur, nō tamen irritatur.

CONCLUSIO.

Pueri post septennium citra dispensationem beneficium simplex, aut canonicatum obtinere possunt. Ratio est, quia iam ex tunc possunt minores ordines recipere, in choro canere, Ecclesie seruire, quod satis est ad simplex beneficium, vel canonicatū obtinendum. licet in capitulo vocem non habeant: vt in c. ex ratione de etate, & qualitate definitur. Nam si in civilibus negotiis administrandis ante 25. annum infirmus putatur id quoque & in spiritualibus rectè dicitur.

CONCLUSIO.

Nullus in Decanum, vel Archidiaconum ante 25. annum promoveri potest, & promotus ante præfatum annum ad nullam restitutionem tenetur. Constat in c. Cum in cunctis. vbi talis electio, licet prohibeatur, non tamen irritatur.

VI. Dis. *An habens beneficium, & nondum recipiens sacros ordines ad fructuum restitutionem tenetur?*

CONCLUSIO.

Curatus intra annum, ex quo recepit beneficium, ad Sacerdotiū promoveri tenetur. Alioquin beneficiū ipso iure vacat, & ad restitutionē receptorū fructuum obligatur. Definita est expressò in c. licet lib. 6. de electione, & est Concilij Lugdunen.

CONCLUSIO.

Episcopus cum curato, ne intra septennium ad Sacerdotium promoueat, dispensare potest: finito tamen septennio, intra annum Sacerdotium recipere tenetur. Definita est in cap. Cum ex eo de electione in 6. est autem vnica dispensationis causa, scilicet ratione studij: nihilominus tamen infra primum annum Subdiaconatus ordinem recipere tenetur.

CONCLUSIO.

Nullus beneficium simplex habere potest, quin sit clericus saltem primæ tonsuræ. Alioquin erit ad restitutionem obligatus.

tus definita est in cap. in Ecclesia de institutionibus.

## CONCLUSIO.

Mere laicus, & coniugatus potest in Ecclesia cathedrali præbendam, non tamen canonicatum habere: constat ex glossa in ea. cum tamen de constitutionibus. est autem præbendum stipendium tantum sine titulo, quale est quod citharædis, & cantoribus laicis datur.

## CONCLUSIO.

Quicumque est inhabilis ad beneficium obtinendum, tenetur ad restitutionem, dummodo electio sit ipso iure nulla. vnde excommunicatus, si eligatur erit restitutioni obnoxius, Vt constat ex cap. Si celebret de clerico excommunicato ministrante, & idem est iudicium de filiis præbyteri, vt constat ex toto titulo de filiis presbyterorum.

*¶ I. Dubium. Vacante beneficio, fructus cui erunt restituendi?*

Fructus cuiuscunque beneficii Ecclesiastici vacantis iure canonico successori referuntur. Definita est expressè in ca. finali de officio ordinarij lib. 6. & in cap. Sæpe de electione in 6. nisi consuetudine, aut præscriptione patronus beneficii, siue Episcopus aut capitulum dominium acquisierit; vt in eodem ca. finali habetur.

*S. T. vbi VIII. Dis. An impediens aliquem à consequutione beneficii ad aliquam restitutionem teneatur?*

*ad vltim.* S. Tho. Scot. Ricardo, ibidem affirmant impediens aliquem animo nocendi ex odio teneri ad aliquam restitutionem faciendam, non autem si vt sibi tantum consuleret, impediuit. Vide Adr. *Re. v. 5.* vbi supra, qui refert aliam opinionem Geraldii Oldonis, qui *po. 7. 4. Scot.* nit hanc regulam: damnum in eo, quod non erat suum, aut sui *l. 4. vbi* iuris, non est necessario restituendum.

## CONCLUSIO.

Impediens dignum à consequutione beneficii, etiã postquã collator decreuit illud conferre, solum animo sibi, aut alicui amico digno consulendi, ad nullam restitutionem tenetur. Ratio est, quia integrum est vnicique suum negotium sollicitè agere dummodo nullum iniuriam afficiat, quam non infert, qui vt digno beneficium conferatur, procurat.

## CONCLUSIO.

Impediens dignum, aut digniorem, vt detur digno ex odio, vel inuidia, in illum, cui non erat beneficium conferendum, ad restitutionem non tenetur: dummodo collatorem non decipiat, sed precibus ab illo, impetret: vt alteri conferat. licet

cet enim peccet contra charitatem proximi, contra iustitiam ta-  
men minime peccat propterea quæ qui impeditur non erat Do-  
minus beneficij, atque ita cum non auferatur ab illo, quod suū  
est, nulla iniuria afficitur.

CONCLUSIO.

Quando impediens non solum animo nocendi, verum etiam  
fraude, & mendacio dignum, vel digniorem à consequutione  
beneficij conatur impedire, non totum sed partem restituere te-  
netur quia nondum erat decretum, cui esset conferendum: vt  
si quis imponeret alicui aliquam falsam notam, cuius ratione  
à consequutione beneficij impeditur, teneretur satisfacere  
impedito consideratis circumstantiis personæ, negotiis, & præ-  
bendæ, à cuius assequutione fuit impeditus, propterea quod in  
tali casu iniuriam impedito irrogauit. Nam ratione notæ fuit  
impeditus à petitione, cum inde collator illum, tanquam in ha-  
bilem habeat, & hac de causa aliquid æquiualens illi petitioni  
restituere tenetur.

CONCLUSIO.

Si collator decreuit apud se, & dixit se velle N. beneficium si-  
ne mutatione sententiæ conferre, qui ante collationem fraude,  
vel mendacio, vel aliqua alia ratione facit collatorem mutare  
sententiam, tenetur quātum valet beneficium, restituere. Ratio  
est, quia expoliatur, beneficio, quod certissimè erat habiturus  
quod enim parum distat, Aristotele auctore, nihil distare vide-  
tur, & de proximo accingendus, habetur pro accincto, atque ita  
intelligitur Sco. quando dicit, impediens animo nocendi te-  
neri ad restitutionem.

Hinc, si impedimentum fiat absque fraude, & dolo, licet fiat  
animo nocendi, ad restitutionem non tenetur. Nam etsi con-  
tra charitatem proximi, non tamen contra iustitiam ope-  
ratur.

A P-  
PEN.

Idem censendum est de eo, qui impedit aliquem à consequu-  
tione donationis inter viuos, vel ne hæres constituatur, vel le-  
gatum aliquod illi relinquatur.

A P-  
PEN.

Hinc, cui erat compertum Ioannem morientem, velle Perrū  
instituire hæredem, vel legatarium, & ex fraude detinuit rebel-  
lionem: vt ab intestato succederet, impedito vniuersam hæredi-  
tatem restituere tenetur.

A P-  
PEN.

Hinc, si absque fraude, & dolo induxit testatorem, vt reuoca-  
ret testamentum, non tenetur aliquid restituere. non enim fit  
iniuria hæredi, quando ex voluntate testatoris, vel sponte, vel  
aliquo modo inducti testamentum reuocatur.

A P-  
PEN.

*¶ III. Dis. Qui simulata sanctitate, vel ficta paupertate bona aliqua acquisiuit, tenebitur ne illa restituere?*

Dux sunt extremæ opiniones, & vna media Angel. verbo restitutio. i. §. 8. quem refert Adrianus de restit. affirmat, tunc nullam esse obligationem restituendi. Contraria opinio est Alexan. Alen. & Altsiodorensis, quos citat, & sequitur Adr. vbi supra.

*lib. 4. q. 3. ad. 3.* Tertia opinio media, est Soti asserentis solum teneri quando eleemosynæ sunt pinguiore, non autem quando tenuiores.

#### CONCLUSIO.

Obtinens beneficium simulata sanctitate ad illius resignationem non obligatur, sed satis erit deprauatos mores in bonos, & fictam in veram sanctitatem conuertere Alex. est vbi supra, quia Episcopus, vel patronus conferens beneficium hypocritæ habet duplicem causam. vnã impellentem, seu impulsiuam, & est simulata sanctitas, alteram finalem, quæ est vt in Ecclesia optimum ministerium, & ministrum constituat. Vnde si hypocrita optimum gerat ministerium, optimè ministrat prædicando, consulendo, & confessiones audiendo, non erit irrita beneficij collatio, cum non cesset finalis causa concedentis.

#### CONCLUSIO.

Qui simulata sanctitate eleemosynam pinguem, siue tenuẽ obtinuit, ad eius restitutionem tenetur, si modo finalis causa donantis fuerit hypocritæ subuenire, non propter eius paupertatem, sed ob sanctitatem: vt particeps suffragiorum illius efficiatur. V. g. si diceret, accipe Eleemosynam, vt pro me ores: Et ratio est, quia cessante causa finali, donatio est inuoluntaria, & Eleemosyna ex consequenti restituenda, si autem simulata sanctitas fuerit causa impulsiva, nulla est facienda restitutio: vt si quis libentius, & facilius singenti sanctimoniam, quam cæteris pauperibus eleemosynam tribuat.

#### CONCLUSIO.

*Sco. q. 2. ar. 3. aliorum est.* Eleemosyna titulo fictæ paupertatis acquisita est restituenda, si tamen existimata, vel ficta paupertas fuerit finalis causa tribuendi Eleemosynam Ratio est, quia propter deceptionem in causa finali, talis donatio est inuoluntaria, propterea quod ignorantia in voluntarium efficit.

Hinc, si paupertas existimata non fuerit causa finalis, sed compulsiva, pauper ad restitutionem non tenebitur.

#### CONCLUSIO.

Restitutio Eleemosynæ propter simulatam sanctitatem, vel paupertatem collatæ, non danti, sed cæteris pauperibus faciendâ est.

est. Ratio est, quia donans ad subueniendum pauperi propter Deum, & respiciendo personam huius hypocritæ dedit. imò Christo illa elargit<sup>9</sup> fuit dicenti, quod vni ex minimis meis fecisti, &c.

Mat. ca. 25.

**IX. Dif. An clerici, vel Episcopi, qui luxuriose consumunt Ecclesie redditus, ad restitutionem pauperibus faciendam teneantur, ac si non essent veri reddituum Domini?**

Duz sunt opiniones. Prima Canonistarum asserentium non esse Dominos, sed dispensatores tantum fructuum, hos refert, & sequitur Palud. d. 24.

2 2. qu. 185. art. 7. Alex. Alē. in 3. p. 9. 36. m. 5. ar. 2.

Altera contraria opinio est quorundam Theologorum. S. Th. affirmantis clericum esse reddituum beneficij. Dominum.

**CONCLUSIO.**

Episcopi, & clerici veri Domini sunt Ecclesiasticorum reddituum. Definita est in cap. 1. de Canonicis non residentibus lib. 6. & ca. olim el. 2. de restitutione expoliatorum, & alibi.

Thomas Vualden- sis thomo I. lib. 4. q. 42. & 4.

**CONCLUSIO.**

Clericus reddituum Ecclesie in stipendium sibi assignatorum ad nullam restitutionem tenetur. Ratio est, quia nec iniuste detinet, neque alienam accipit, neque aliquem damnificat, quæ tria sunt restitutionis origines.

sequenti. Adr. in materia de restit.

**CONCLUSIO.**

Episcopus Ecclesie bona distrahens. quæ sibi sunt data tantum in administrationem, ad restitutionem tenetur. Propterea quod non est Dominus, cum sibi in administrationem tantum data sint, talia sunt oppida, quæ cameræ Episcopi appellantur.

Caic. ubi sup. S. 1h. 50 ab. I. q. 4. ar. 3

**X. Dif. Extrahens alium à regione, vel ne ingrediatur impediens, tenetur biturne monasterio aliquid restituere?**

de resti.

Adr. dicit teneri ad ingrediendam religionem si aliquem à religione extraxit, & non potest reducere, eiusdem opinionis videretur esse Scotus.

**CONCLUSIO.**

Extrahens aliquem professum à religione titulo correptionis fraternæ tenetur illi persuadere: vt ad monasterium redeat: quia professus, vagans extra religionem sine legitima dipensatione est in statu damnationis perpetuæ, atque ita, quia illum extraxit multo magis, quàm alij corripere tenetur. & hac ratione Scotus est intelligendus.

d. 15. q. 2 in sa. ad arg. R. ar. 5 q. 4 Sol. 4. q. 5. ar. 2.

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O.

Non tamē titulo restitutionis ad hoc tunc tenetur propterea quod obligatio restituendi præsupponit iniuriam illatam, & cū professus sit volens à religione extractus nulla est illi facta iniuria, vade nulla erit facienda restitutio.

C O N C L U S I O.

Neque monasterio à quo extractus est, restitutio facienda est, nisi ratione dāni illati propter Monachi recessum. Ratio est, quia restitutio ratione dāni illati est facienda, & si monasterium nullum recipit dānum, nulla erit illi facienda restitutio quod si monachus erat cathedraticus, & monasterio elemosyna ratione cathedræ tribuebatur, ratione huius dāni erit tunc restitutio facienda & est intelligenda hæc conclusio, quando monachus est extra monasterium, vel nulla, vel illegitima dispensatione. Nam si legitima dispensatione vageretur, neque extrahēs, neque monachus erit restitutioni obnoxius.

C O N C L U S I O.

Qui impedit aliquem, ne religionem ingrediatur, non ex præcepto, sed ex consilio, vt ingrediatur, persuadere tenetur, quia volenti non fit iniuria, & volens fuit impeditus: neque est necessario corrigendus, propterea quod correctio est facienda, quando quis diuinum præceptum præuaricatur, & ingressus religionis non est præceptum, sed consilium diuinum, atque ita impediens loco alterius religionem intrare non tenetur.

X I. *Dis. Ledens aliquem in bonis anime, tenetur no*

*ad restitutionem?*

*Ri. d. 15.* Duæ sunt opiniones. Prima affirmans. Ricar. & Sco. & Adr. de ar. 5. q. 2. rest. Contraria opinio est Syluest. & Sot.

*Syl. verb.*

C O N C L U S I O.

*restitutio* Qui damnificauit aliquē in fide, quantum in se est laborare tenetur, vt ad fidem Romanæ Ecclesiæ conuertetur. quia dānū in illatū possessore inuito est necessario restituendum, & qui in fide damnificatur, iniustus est, quia decipitur ignoranter, & vbi q. 6. ar. 3. est ignorantia, est inuoluntarium.

*ad 4. Sco.*

*q. 2. & 3.*

C O N C L U S I O.

Decipiens aliquem circa virtutem spei, tenetur illum ad spē reuocare. Patet eadē ratione qua proxima conclusio, quia inuoluntariē læditur, vt si quis dicat peccatori, benedic. Deum, & morere. neque enī aliquis potest misericordiæ diuinæ desperationem sine errore fidei persuadere.

C O N.

Qui inducit aliquem ad peccandum contra charitatem, ut quando inducitur aliquis contra charitatem præceptorum decalogi, siue Ecclesiasticorum, si inductus in peccato perseverat, non ex præcepto, sed Consilio ad restitutionem tenetur. Ratio est, quia nemo id, quod abstulit volente, & cõsentiente possessore, restituere tenetur. Volenti enim non fit iniuria, & ad peccandum, seclusa ignorantia, nisi sciens, & volens inducitur nemo.

CONCLUSIO.

Inducens aliquem ad peccatum, intelligensque illũ in peccato perseverare, ex præcepto correptionis fraternæ illum ad re-  
spicientiã inducere tenetur. Cõstat apud Matth. si peccauerit in te, &c.

Mat. 5. 18

QVÆSTIO DE RESTITVTIO  
NE FAMAÆ.

Art. 1. Teneturne aliquis cum detrimento vitæ proximo famam restituere?

Cai. affirmat nunquam esse faciendam restitutionem rei inferioris ordinis cum detrimento superioris. Soto oppositũ tenetur, affirmans in aliquo casu esse famam restituendam cum periculo vitæ.

2. 2. q. 62  
ar. 7. li. 4.  
q. 6. ar. 3.  
ad 4.

CONCLUSIO.

In his, quæ frequentius accidunt, homo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis non tenetur, quando aliter, nisi cum dispendio bonorum superioris ordinis restitui non possunt. nemo enim tenetur restituere bona fortunæ, quando aliter, nisi cum detrimento famæ restituere non potest. neque bona famæ cum periculo vitæ restituere tenetur. quia restituens bona inferioris ordinis, cum detrimento superioris ordinis plus redderet, quam abstulit, quod est contra iustitiam, cum nemo plus damificato reddere, quam ab illo abstulit, teneatur. notanter dicitur quãdo aliter non possunt restitui. propterea quod restitutus inuestigare debet secretissimos restituendi modo, sine bonorum superioris ordinis dispendio.

Sco. est. q.  
2 ar. 3.

Hinc, qui imposuit alteri crimen adulterij, aut hæresis, & non potest sine dispendio vitæ restituere, ad restitutionem non tenetur. vita enim temporalis famæ alterius præstat.

A P-  
P B N.

Quando ex infamia vnius personæ, vel familiæ toti reipublicæ magnum detrimentum, scilicet, bellum, vel inter ciues graue diffidium nascitur: tunc infamator, si aliter respublica sedari non potest, etiam cum dispendio vitæ alienam famam restituere tenetur. fortis enim politicus, teste Aristotele, pro salute patriæ ad mortem subeundam obligatur. tumetiam, quia salus, & tranquillitas reipub. salute, & vita particulari alicuius ciuis præstantior est.

APPEN. Hinc, qui magno duci proditoris crimen imposuit, vnde vniuersa ciuitas, seu exercitus in armis constituitur, & multorum cædes timentur: tunc infamator, etiam cum dispendio propriæ vitæ famam restituere tenentur. quia ratione circumstantiæ non plus reddit, quam abstulit. præstantior si quidem est fama ducis tunc, quam diffamatoris vita.

## C O N C L V S I O.

Quando ex infamia imposita mors infamati timetur, tunc infamans, etiam cum periculo vitæ obligatur ad restitutionem. si. n. alteri crimē latrocinij, aut hæresis imposuisti propter quod, innocens comburandus, vel suspendendus est, teneberis mortē subire, si aliter illum liberare non potes. Adria. est q. de restitutione famæ. nam teneris vitam propriam expendere, ne innocenti iniusta mors inferatur.

I. Diffic. *Qui negat in iudicio verum crimen, de quo accusatur, tenebiturne ad restitutionem famæ accusantis, eo quod sit notatus calumnia in probationibus deficiens?*

Sc q. 3. ar. 4. Ri. ar. 5. q. 3. Na. uar. c. 25. n. 35. So. Opinio Scot. & Ric. est, vt non teneatur, quando non tenetur confiteri crimen, quia neque plenè, neque semiplenè probatum est. addit præterea Scot. salubre esset consilium, si reus diceret, non est credendum accusatorem animo calumniandi me accusasse, sed bono zelo.

li. 5. q. 6. ar. 1. 2. 2. Altera opinio est Cai. scilicet, teneri reum ad restitutionem, quando defitetur crimen in iudicio, etiam præter iuris ordinem.

## C O N C L V S I O.

9. 62. ar. 2. & 9. 69. ar. 2. Reus, quando conuincitur plena, aut semiplena probatione, negatque in iudicio verum crimen, nihil contra accusatorem dicens, ad restitutionem famæ illius non tenetur, nisi accusatorem calumniatorem esse dixerit. Ratio est, quia nihil dicens contra accusatorem, & negans crimen licet peccet mortaliter, non tamen calumnia accusatorem notat. cum crimen in iudicio sufficienter probauerit. at verò dicens contra calumniatorem mentitur,

titur, atque ita restitutionem tenetur, si accusantis fama læsa maneat.

**I. Dubium.** *Quomodo igitur restitutionem faciat?*

R. si iudicium durat, confitendo crimen, etiam si illud sepe negauerit: si autem iudicium finitum est, tenebitur etiam iudicium confiteri accusatorem non fuisse calumniatorem, sed de hac re supra in qō. de corruptione fraterna.

Ri. vbi supra & S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 2.

**C O N C L U S I O.**

Reus accusatus sine aliqua probatione, neque tenetur crimen confiteri, neque si negando dixerit accusatorem fuisse calumniatorem, ad aliquam restitutionem erit obligatus. nam calumniator non solum dicitur qui falso accusat: Verum etiam qui nullis precedentibus probationibus accusat. vt ex c. 2. de calumniatoribus colligitur. Vnde reus notans accusatorem calumnia non mentitur.

Ri. & Sc. est contra Cai.

**II. Dubium.** *Qui famam alterius læsit, teneturne post quodcunque tempus ad restitutionem?*

R. si diffamator non habet; certitudinem de obliuione infamiae eorum, apud quos alium diffamauit ad restitutionem tenetur. si verò quibusdam coniecturis, illos oblitos iam fuisse colligit, minime tenetur, propterea quod cum innocens nulla tunc laboret infamia nihil erit restituendum. Intelligit autem fuisse oblitos, si interroget, meminerit ne, aliquo tempore de Catharina optima foemina aliquod crimen fuisse dictum, qui si dixerint se audiuisse olim tale crimen, negabitur ad restitutionem, sin minus nequaquam.

Ri. vbi supra Cai. 2. 2. q. 62. ar. 2.

**III. Dubium.** *Estne locus compensationis in restitutione fama?*

R. cum Soto, est quidem: dummodo sint cætera paria. Nam si tu infamasti Petrum crimine hæresis, & Petrus te adulterij. restitutioni eris obnoxius. quia vt in pecunia compensatio non habet locum, nisi quando debita sunt æqualia, ita & in fama restitutione. Tum etiam debet vterque esse suæ famæ Dominus. Nam si fama vnius est aliis necessaria, quia est prælatus, non est compensationi locus. Et ratio est, quia vbi non est locus remissioni famæ, aut pecuniæ, neque compensationi: cum compensatio sit mutua debiti remissio. Adria. est q. penultima de restitutione. Et constat ex ca. tua fraternitas. de adulteris. vbi habetur paria delicta mutua compensatione tolli.

So. li. 4. q. 6. ar. 3. ad 4.

**II. Diffic.** *Potest diffamatus detractori restitutionem dimittere, aut compensare pro pecunia?*

Tres sunt opiniones prima Adriani affirmantis, integrum esse

q. penulti esse unicuique propriam contempere, vel remittere famam.  
*ma de re-* Secunda, & contraria est Cai. Tertia: & media est S. Th. ibidē  
*stitutione* art. 4 ad primum dicentis, in arbitrio hominis esse detrimentū  
 2. 2. q. 63, suæ famæ pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum.

art. 2. So.

### CONCLUSIO.

*li. q. de iur.* Quando fama non est aliis necessaria. quia diffamatus non  
 q. 9. habet descendentes, quibus eius infamia nocere possit, remittē.  
 6. ar. 3. do famæ restitutionem, vel pro pecunia illam recompensando,  
 ad 3. non peccat quia cum fama sit bonum temporale, & proprium  
 diffamati, sitque famæ Dominus, poterit illam prodigere, suo-  
 que iuri cedere remittendo detractori famæ restitutionem. Ari-  
 stot. namque Ethicorum gloriam, & honorem partes felicitatis,  
 bonumque proprium, & non commune esse docet.

### CONCLUSIO.

Quando infamia unius in descendantium, vel familiæ detri-  
 mentum temporale, vel famæ redundat, diffamatus tunc famæ  
 restitutionē remittere haud potest. propterea quod aliis nocet.  
 unde infamatus crimine hæresis, & publica pœnitentia notatus,  
 non poterit suo iure cedere. quia toti Reipub. & eius familiæ no-  
 ceret.

### CONCLUSIO.

S. Th. Si infamia unius resultat in detrimentum spirituale alterius,  
 Soti est. diffamatus iure suo cedere non potest. quia contemnendo pro-  
 priam famam multis ruinæ occasionem præbet.

A P- Hinc, pater, iudex, Prælati, concionator famæ restitutionem  
 P E N. remittere non possunt. Nam cuius vita despicitur, restat: vt eius  
 doctrina contemnatur.

### CONCLUSIO.

B. Greg. Potest fama pro pecunia remitti, siue compensari, quando sine  
 peccato famæ restitutionem condonare licet. Ratio est, quia fa-  
 ma est bonum temporale, & pecunia æstimabilis, & illam remit-  
 tendo, vel pro pecunia compensando nemini nocet.

Nota non omnibus criminibus omnes infamari. fornicatione  
 namque simplici fama religiosi, non autem sæcularis denigatur.

Adr. quol. non enim plaris faciunt dicere, fornicatus sum quam coenavi.

11. qu. 1.

IIII. Dubium. An sit mortale diffamatum in vno loco

So. li. 5. q.

iudicis auctoritate, in alio infamare?

10. ar. 2.

### CONCLUSIO.

Cai. in o-

pasculo.

Neque est mortale, nisi in quo animo fiat, neque detegens cri-  
 16 ref. 9. men ad restitutionem tenetur. Ratio est, quia punitus publice  
 d. 15. q. 4. ob crimen aliquod, nullam secundum leges habet famam: cum  
 Sco. iuxta illas sit infamis, & colligitur ex Scoto dicente. qui accu-  
 fat ali-

fat aliquem in iudicio, & conuincit duobus testibus non infamat, quia crimen coram duobus commissum est publicum, & solūm facit vt magis publicum sit.

*V. Dubium. Restituens famam tenebiturne cum iuramento se falsum dixisse testari?*

R. tenebitur, si ad faciendam fidem fuerit necessarium.

*VI. Dubium. Qui non potest famam restituere, tenebiturne loco famæ pecuniam dare?*

R. cum Ric. & Adt. in hac materia, qui asserunt famam esse restituendam, si non in toto saltem in æquiualentia. & per æquiuā- lens aliqui pecuniam intelligunt. quia fama est pecunia æstima- bilis. & vt lædens in bonis corporis, quia membrum resarciri non potest, tenetur pecuniam restituere: ita qui non potest re- stituere famam, &c. idem est iudicium de rest. vt si quis: alium fustibus percūtiat, aulat apham impingat.

So. li. 4. q.

6. ar. 3.

ad 4. Syl.

verbo de-

trallio.

## QVÆSTIO DE RESTITVTIONE EX BELLO INIVSTO

*Art. An sit licitum Christianis bellum gerere?*

### CONCLUSIO.

Integrum est aliquando bella gerere hæc est de fide, & oppo- situm est hæreticum. Ratio est: quia aduersatur diuinæ scripturæ asserere, bellum nunquam fuisse licitum, vt I. Reg. 15. vbi præce- pit Deus Sauli: vt demoliretur Amalech & vniuersum, & c. iratus que est Deus Sant. quia regem viuum seruauit, & D. Ioannem Bap. Luc. 3. dixit militibus conteri estote stipendiis vestris vnde si illicitum fuisset bellum primū, vt à bello abstinuisset, per sua- silent.

Alex. Alē.

q. 47. m.

3. in 3. p.

S. Th. 2.

2. q. 40.

Ric. ar. 5.

q. 4. Soto

li. 5. de iu.

& iure. q.

3. ar. 5.

I. R. c. 15

Luc. c. 3.

*I. Dubium. Vt bellum sit iustum, quot desiderantur?*

R. tria. Authoritas, iusta bellandi causa, & recta militantium intentio.

### CONCLUSIO.

Authoritas tunc ad bellandum concurret, quando bellum ge-rens superiore caret, vel si habet, illius auctoritate expeditionem bellicam parat. nam quia deest, qui satisfaciat, pro iniuria passo illatā, ideo bellum geritur. & quando vterque lædens. s. & læsus sunt subditi, non est necessarium bellum, cum possit læsus coram proprio iudice conuenire lædentem, atque ita requiritur principis, siue superioris auctoritas nō. n. sine eius facultate subditi multitudinem conuocare potest, si hoc ad sui defensionē faciat.



ad restitutionem damni illati tenetur. Ratio est, quia unicuique licet seipsum defendere, & vim vi repellere, cum moderamine inculpatae tutelae. Et est definita in c. olim primo de restitutione expoliatorum. vbi habetur, excedentes modum in defensione teneri ad restitutionem excessus: est autem moderamen, inculpatae tutelae, quando quis tantam defensionem, aut tantum aduersario nocet, quantum ad propulsandam iniuriam, & non amplius requiritur.

Intelligenda est conclusio de defendentibus se, & habentibus *Limita-* superiorem. nam si non habent, poterunt non solum seipsums defendere, verumetiam hostes in poenam delicti punire, & persequi.

CONCLUSIO.

Quando bellum est iustum, & superioris auctoritate infer- *Adria.* tur, qui plus abstulit, quam ab hostibus debebatur, siue aggressor, siue defensor sit, ad restitutionem minimè tenetur. Et ratio *Syluester* est, quia quando bellum est omnino iustum, qui gerit bellum est *& Gabr.* minister iustitiae Diuinae, & humanae, atque ita poterit, vt iudex, & minister, in poenam delicti retinere omnia, quae ab aduersariis ultra rem à tyranno occupatam abstulit, quemadmodum iudex punit latronem in septuplum ultra rei furtivae precium.

Hinc, nostri Christianissimi Hispaniarum reges, iure, quia iusto bello, regnum Nauarrae possident. *A P- P E N.*

Hinc quoque reges, & principes iusta bella gerentes ciuitates, & oppida, quae durante iusto bello occupauerunt, restituere non tenentur, quamuis hostis non abstulerit castella. *A P- P E N.*

CONCLUSIO.

Inducens bellum sine superioris auctoritate, & iusta de causa ad recuperandas res proprias ab aduersariis usurpatas, quicquid ultra sibi debitum abstulerit, restituere tenetur. quia cum non sit iustitiae minister aduersarium punire, vel ab illo quicquam, ultra sibi debitum auferre non potest: quemadmodum Dominus rei furto sublatae, furem in quadruplo punire nequit: vt potest iudex.

II. *Diffic.* Estne militi Christiano licitum pro redemptione alterius Christiani iusto in bello capti exigere, & recipere pecuniam? *Syluester* verbo ser- *uitus. §.*

CONCLUSIO.

Poterit miles tunc certam exigere pecuniam. Ratio est, quia princeps, durante bello iusto, est iudex contra hostes iniquum bellum gerentes: atque ita non solum morte verum etiam priuatione bonorum illos castigare poterit. integrumque erit non solum *Caie. in* *summa* *verbo bel* *lum §. 3.* *N<sup>a</sup>* solum

solum bellantes, veniam cuiuscunque principis iniquum bellum gerentis subditos capere, & pro illorum redemptione pecuniam exigere.

### CONCLVSIO.

Princeps iniustum gerens bellum omne damnum suis subditis illarum ab aduersariis resarcire tenetur, est enim causa damni subditorum, & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt ex c. fina. de iniuriis constat.

Quies. v-  
bi supra.

III. Diff. Teneturne iustum bellum gerens statim, vt satisfactio offertur, à bello abstinere?

### CONCLVSIO.

D. Aug.

Quando ante bellum inceptum satisfactio offertur, qui iustum bellum parat abstinere tenetur. Ratio est, quia bella gerere non est actus voluntatis, sed necessitatis, vt D. Aug. testatur, & refertur in can. noli & oblata pace in principio belli non est amplius bellum necessarium. dummodo sit facta integra satisfactio, id est, restitutum ablatum, & omnes expensæ ad bellum gerendum factæ.

### CONCLVSIO.

Si pax, & satisfactio ab hostibus offeratur, quando iam semi præliatum est, vel prope finem belli, & sunt multæ hominum cædes factæ, gerens bellum iustum, neque satisfactionem admittere, neque à bello abstinere tenetur, tamen si possit iudex quando inceptum in causa criminali cognoscere, incepta causa non tenetur satisfactionem admittere, sed vsque ad definitiuam sententiam procedere potest. & gerens bellum iustum contra suos hostes est in causa criminali iudex.

Gab. vbi  
supra.

IIII. Diff. Licetne hostem iniuste bellantem interficere, quando deposita contumacia se subiciit?

### CONCLVSIO.

Quando hostes sunt damnati crimine prodicionis: vt si princeps contra suos subditos rebelles pugnet, huius principis milites hostes etiam seipso non defendentes occidere possunt, quia tunc milites sunt ministri iustitiæ, & vt hostes per carnificem erant suspendendi, ita gladio militum iuste interiri possunt.

### CONCLVSIO.

Quando hostes non sunt tali crimine damnati, & libenter se in manus hostium deposita contumacia tradunt, quod vulgo dicitur, rendre se, non sunt interficiendi, nam cum gerant bellum iniustum, sunt in mortali, atque ita illos impenitentes occidere

ocidere

cidere non est licitum. tum etiam bellum non geritur, nisi contra hostem iniuste pugnantes, & qui se subiecit deposita contumacia, nec pugnat, nec se defendit.

*V. Diffic. Possuntne monasteria, & Ecclesie, clericorumque domus expoliari, quando militibus oppidum expoliandum traditur?*

CONCLUSIO.

Si bellum iustum contra Prælatum Ecclesie iniuste pugnantes geratur, clerici expoliari possunt. Ratio est, quia sunt subditi Prælati iniuste pugnantis.

CONCLUSIO.

Si bellum non est contra Prælatum, sed aduersus temporalem Dominum, neque clerici, neque monasteria expolianda sunt, & damna à militibus illata sunt restituenda. hæc conclusio definitur in c. Innouamus. de tregua, & pace. & est Concilij Lateranensis sub Alexan. 111. sunt etiam milites excommunicati Papali excommunicationis habetur. similiter expoliantes terras Romanæ Ecclesie: vt in bulla cœnæ Domini habetur.

*VI. Diffic. Angerens bellum iustum quoscumque subditos, etiam innocentes partis aduersæ expoliare possit?*

CONCLUSIO.

Quando ciuitas militibus in prædam datur, omnia bona ciuium, etiam innocentium, expoliari possunt. Quia omnes illi hostes censentur, & tota ciuitas vnum hostem repræsentat: atque ita milites inter vnum ciuem & alium discernere non tenentur. Hæc Caietanus. Nihilominus tamen, si militibus constaret aliquem ciuem esse innocentem tenerentur illi ignoscere. Nam iniquam est innocentem punire. Quando ciuitas in prædam datur, quidam iure Canonico excipiuntur, qui quidem in canone Innouamus. citato referuntur. Nam excipiuntur peregrini, & qui quidem in ipsam venerunt ciuitatem, non causa resistendi eis qui eam expugnarunt, mercatores, hospites ad nundinas venientes, & rustici euntes, & redeuntes ad agriculturam, non autem domi existentes, & alij de quare lege Caietanum vbi supra & Canonem patrenarum. 24. q. 3.

*VII. Dif. An princeps, qui iuste se defendit, possit pactum cum gerente bellum iniustum facere, ne damnum illatum suis subditis restituere teneatur?*

Adria. tenet partem affirmantem; teneri tamen dicit principem ad refarciendum damnum, suis subditis per hostes illatum.

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O.

Quando aliter hostes expugnari non possunt, nec oppidum ab hostium iniuria defendi, licitum erit remittere aduersariis damnum iniuste illatum, & non aliter. Ratio est, quia princeps quando expedit Reipub. vt in casu conclusionis, cives parte suorum bonorum priuare potest. gerit. n. personam totius Reip. & habet maius dominium supra bona cuiuscunque ciuis, quã ipsemet ciuis habeat. Sunt. n. dominia à ciuili introducta. tunc enim negotium ciuium vtilius gestum est, cum à maiori dispendio liberetur.

C O N C L U S I O.

Si princeps pacem cum aduersario iniuste pugnante constituat, & ne damnum ciuibus illatum restituere teneatur, concedat, tenebitur aduersarius, omne damnum restituere. quia omnis donatio, & remissio inuoluntaria est nulla: talis est hæc remissio. quia fit metu belli iniusti, & omnis talis metus facit actionem inuoluntariam.

V I I I. *Diffi. An qui ex negligentia subditos ab aduersario non defendit, ad restitutionem damni illati teneatur?*

Supra responsum est quando explicauimus non obstantem, & non manifestantem, si iudicem, dominum, ducem, aut principem, teneri ad restitutionem, quando possunt damnum impedire, & non impediunt: nisi forte iustam causam timendi aduersarium, habeant. tunc enim quamuis hostibus ciuitatem aliquã ad vitandum maius periculum tradat, non peccat, neque ad restitutionem tenetur: vt ex difficultate proxima constat.

Soto. lib. 1 X. *Diffi. Tenentur ne milites causam belli iusta ne sit, an non examinare, an sola principis obedientia, illos compellentis, excuset?*

3. Adria. vbi supra & Caieta. Verbo bellum, in summa de hac difficultate verba faciunt.

C O N C L U S I O.

Milites, qui sunt principi gerenti bellum subditi, belli iustitiam examinare non tenentur, sed ratione obedientiæ excusantur. si tamen iniustitia fuerit illis ignota. nam vt carnifex non tenetur examinare causam hominis suspendendi, ita neque milites belli causam. Definita est in c. quid culpatur 23. q. 1. & est beati Augustini.

B. Aug.

C O N C L U S I O.

Milites conducti, vel vocati, prius belli iustitiam examinare tenentur, si minus solum ad illud, in quo facti sunt locupletiores, restituendum obligantur. Ratio est, quia possessor bonæ fidei,

dei,

dei, posteaquam distraxit alienum, non tenetur æquivalens, sed illud tantum, in quo locupletatus est, restituere: vt si ex gemma in bello capta locupletatus sit vsque ad quinque, licet ipsa decē valeret, quinque duntaxat restituere tenebitur.

X. Diffi. Tenentur ne omnes milites iniuste bellantes prædam ciuitatis in solidum restituere, an quod vnusquisque tantum abstrulit?

Caiet. 2. 2. qu. 62. ar. 7.

CONCLUSIO.

Tenentur in solidum ad totam prædam, nisi impotentia restituendi excusentur. quia quilibet est causa prædæ. mutuo enim se adiuuabant, quando quidem vnus solus totam ciuitatem expoliare non poterat. si autem fuerit præda Romanæ vrbis, vel terrarum Romanæ Ecclesiæ, milites, & ad restitutionem tenentur, & Papali excommunicatione Cœnæ Domini ligantur.

XI. Diffi. Tenentur ne milites restituere, qua ab hospitibus & ex alienis vineis, aut agris accipiunt?

Caietan. verbo excommunicatione cap. 1.

CONCLUSIO.

Potest consuetudine introduci, vt rustici alicuius principis iustum bellum gerentis milites tempore belli alere teneantur, præsertim, si bellum est ad rusticorum possessiones defendendas. Ratio est, quia talia alimenta naturam tributi habent, & vt est consuetudine introductum milites hospitio gratis recipi, ita introduci potest, vt quilibet ciuis gratis suum militem alat.

CONCLUSIO.

Tenentur milites restituere & vbi militaris disciplina recte ministratur id obseruatur, omnia spolia, ex omnibus vicinis, vel eorum agris, qui non sunt hostes, ablata, vbi non fuerit talis consuetudo, quia alienum inuito Domino auferunt.

QVÆSTIO DE RESTITVTIO-  
NE VECTIGALIVM.

Soto li. 3. q. 6. ar. 1. 1mo & li.

Primo loco explicandum est, qua ratione hæc nomina Vectigal, Census, Pensio, Tributum, Duana, Pedagogium, Talia, & Gabella differant, quæ à Sylue. Verbo gabella explicantur.

Census est nummus, qui soluitur à Republica secundum quantitatem, quam quisque possidet. & Hispanicæ dicitur N 3 (pecho).

(pecho) Unde hodie idem sunt Censui, & tributum. Nam olim Censui erat pensio, quam ciues pro capite principi tribuebant, & in aliquibus locis hodie (mariniega) vocatur. daturque in signum subiectionis.

Vectigal est pensio, quæ ex mercibus venditis soluitur, & differt à Censu sine, & materia. finis enim Censui est subiectionis protestatio, & materia nummis, Vectigalium autem finis est rerum publicarum, scilicet, murorum, pontium, &c. reparatio. Vocatur Hispanice, alcavala, & idem omnino est gabella, soluitur decima mercium pars.

Pedagium est pensio, quæ à viatoribus ad custodiendas vias à latronum incurfu soluitur. Hispanice (portazgo) nominatur.

Duana idem est, quod vectigal. distinguiturque in hoc, quia soluitur pro rebus venialibus, quæ ab vno regno ad aliud vendendæ transportantur.

Talia est collecta, siue pensio, quæ principi secundum quantitatem bonorum, cuiuscunque ciuis datur. & est idem quod Censui.

Tributum proprie est pensio, quæ pro alendis militibus soluitur. & stipendium appellatur.

*Art. An vectigalia, quæ hodie Regi, & magnatibus in Hispania solvantur, licita sint?*

Absoluetur Art. duabus expositis. Primum, quis possit Vectigalia imponere. Secundum quibus causis licite imponantur.

### CONCLUSIO.

Princeps quicunque superiore carens vectigalia imponere potest. Definita est in Concilio Lateranen. & habetur in cap. Innocentius de Censu: ubi excommunicationis sententia feriuntur noua vectigalia sine autoritate, & consensu Regum, & Principum imponentes. & latius ab Innocentio III. in cap. super quibusdam de verborum significatione, confirmatur.

APPEN.

Hinc, Respublica nulli subiecta. vt Venerorum, & Genensium noua vectigalia imponere potest. Nam princeps quoque dicitur, qui nulli subijcitur.

APPEN.

Hinc, duces, & comites regi subditi noua vectigalia, vel obsequia imponentes sine principis auctoritate, excommunicati sunt. & ad restitutionem tenentur.

APPEN.

Hinc, vectigalia, vel obsequia, quæ antiqua consuetudine Domini soluntur, iuxta Concilium Lateranen. licita sunt.

C O N

## CONCLUSIO.

Octo sunt causa, quibus noua vectigalia imponi possunt  
 Prima, ratione expensarum ad bellum pro defensione ciuitatis, aut regni in eundum.

Secunda, propter expensas ad bellum iustum alijs inferendum.

Tertia, ad redimendum Dominum in bello iusto pro ciuibus captum, nam si bellum esset iniustum, esset ex proprio patrimonio redimendus.

Quarta, pro vtilitate publica: vt ad construendum, aliquod edificium. & habetur in ca. cum Apostolus de Censibus.

Quinta, ad redimendam rem publicam ab alio onere: vt si ciues inter se pecuniam ad tributum redimendum colligerent.

Sexta, quando princeps non haberet patrimonium ad regiam maiestatem conseruandam. & est S. Tho. in Epistola ad Ducem Brabantia.

Septima, propter locandam regis filiam, siue prolem regiam commodè alendam.

Octaua, ad redimendam prolem regiam ab hostibus captam, vel liberandum regnum ab aliquo obsequio, quod hostibus soluitur. Additur his vltima ad satisfaciendum læsis in bello iniusto: vt si aliqua Respublica iniusto aliquos damnificauerit & hæc satisfactio vocatur Sissa, quæ imposita fuit, finitis bellis ciuilibus, quibus, quæ (Cõmunidades) Hispanicè vocabantur. rationi si quidem consentaneum est, vt Respublica quibus damnum intulit, satisfaciat. Ratio autem harum omnium causarum eadem est, nẽpe, cõmunis vtilitas. nam quicquid in maiestate regia commodè, & non superflue sustentanda expenditur in communem vtilitatem redundat. Hinc collige contrariam conclusionẽ nempe expensas inutiles & superfluas à rege factas in communi dispendium redundare.

## CONCLUSIO.

Quæ modo in regno Castellæ vectigalia inposita sunt, iuste à rege exiguntur. sunt enim necessaria ad custodienda regna in terris maritimis. Vbi continuo milites propter incursum Saracenorum, & aliorum in fidelium existunt: & ad alendum exercitũ triremium, quibus via maris defenditur, quæ omnia sine magnis expensis à ciuibus collectis diu conseruari haud possent.

## CONCLUSIO.

Iuste quoque à rege Hispaniarum, etiam si nulla essent bella exigentur. nam ciues tenentur regiam maiestatem alere. Alioqui enim non haberetur aliquod patrimonium, quo rex, & regia proles sustentarentur.

Hinc, cum magnates Hispaniæ à rege vectigalia emerint iure optimo illa possidere dicuntur.

A P-  
P E N.

I. *Diffic. An Princeps immolata Vectigalia exigere possit?*

CONCLUSIO.

*Ric. in. 1. di. 4. 4. ar. 3. q. 1.* Rex, seu Princeps iniusta vectigalia exigere non potest. dicuntur autem iniusta, siue immoderata, quando aliqua causa iusta exigendi ex dictis in proxima difficultate, non subel. Et ratio est, quia bona ciuium sunt propria, & non Dominorum. Unde si iniustis vectigalibus grauentur. Rex tunc ad restitutionem eorum, quæ iniuste exigit teneretur.

CONCLUSIO.

Omnes magnates noua obsequia à subditis, vel à priuatis exigentes, & peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur. Definita est in capit. super quibusdam de verborum significatione.

*Gab. vbi supra. q. 6. Caietã. in summa verbo vectigal.*

II. *Diffic. Defraudans vectigalia iusta teneturne ad restitutionem?*

CONCLUSIO.

Qui non soluunt vectigalia iusta, quando exactores conducentes vectigalia petunt, mortaliter peccant. & ad restitutionem tenentur. sunt enim redditus Reipublicæ: vel principis, & qui non soluit redditus vero & iusto Domino mortaliter peccat. & est restitutioni obnoxius. quid? quod Christum Iesum legimus soluisse tributum, & dixisse, reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari.

*Mat. 22. Luca. ca. 20.*

I. *Dubium Tenebiturne soluturus vectigalia tributorum exactores quærere ad soluendum?*

CONCLUSIO.

Secundum consuetudinem Hispanicam nullus tenetur vectigalia soluere, donec à quæstoribus exigantur: tenetur tamen non consummare venditiones occultè, aut si auctè vendat, quæstori significare, vel si pedagium fuerit soluendum, tenetur non diuertere à via, ne quæstores, vel portitores decipiantur. Et ratio est, quia retinens vectigal donec exigatur, & est paratus soluere, non retinet inuito Domino, atque ita peccat.

A P-  
P E N. Hinc, vendentes proprias merces in foro, nec quæstorè vectigalis quærere, neque venditionem manifestare tenentur: satis enim superque in petendis vectigalibus vigilant.

A P-  
P E N. Hinc, faciens contractum palliatum titulo, nimirum donationis, cum sit vera venditio, vt quæstorem decipiat, ad vecti-

vectigalium restitutionem tenetur. Similiter, qui extra terminum ciuitatis, aut coram scriba occulte venditionem celebrant.

## CONCLUSIO.

Non soluens vectigalia tenetur habere animum paratum soluendi, quando cunque petantur, sunt enim debita ex lege, & aliena, alioquin mortaliter peccabit iniusta verò vectigalia non sunt soluenda. Et si soluantur, sunt restituenda.

III. *Diffic. Domini temporales pedagia exigentes pro tutandis vijs, si fuerint negligentes, tenentur ne viatoribus spolia à latronibus capta restituere?*

Gab. q. 1.  
ar. 7. Me  
din. q. 14.

## CONCLUSIO.

Si sufficientem diligentiam in relegandis latronibus non adhibeant, spolia capta restituere tenentur. Nam inter soluentes pedagia, & Dominos temporales est contractus mutuus assurationis, & licitus: quapropter si viæ non fuerint tutæ, viatoribus damnum resarcire tenentur. sunt enim Domini temporales præfides viarum, & præfides prouinciarum tenentur omnè damnum per suam negligentiam innocentibus illatum restituere: vt constat toto titulo. ff. de officio præfidis.

Hinc, si sufficientem adhibuerint diligentiam, non tenentur capta à latronibus restituere. quia tunc non sunt damni causa.

APPEN

Est autem sufficiens diligentia, quando satellites ad comprehendendos latrones mittuntur

III 1. *Diffic. Quando Domini sunt negligentes eruntne viatores obligati ad soluenda pedagia?*

Gabr. & Angelus tenent viatores tunc, neque peccare, neque obligari ad restitutionem. Oppositum defendit Medina de restitutione.

Vbi supr.  
q. 14.

## CONCLUSIO.

Tunc defraudantes pedagia neque peccant, neque tenentur ad restitutionem: quia cessante causa finali legis in lege expressa, cessat legis obligatio, & in lege pedagiorum exprimitur causa s. pro tutandis vijs, quare si via latronibus abundat, cessat obligatio soluendi pedagia.

V. *Diffic. Qua persona excipiuntur à solutione gabellarum.*

## CONCLUSIO.

Clerici in maioribus ordinibus constituti à subdiaconatu, scilicet, vsque ad Sacerdotium, & monachi, atque monia-

les à cuiuscunque tributi solutione exempti sunt, exactores quod excommunicati sunt, & ad restitutionem tenentur. Definita est in cap. quanquam de censibus libr. 6.

APPE.

Hinc, principes Ecclesiasticos, aut religiosos compellere non poterunt: vt hospites recipiant, vel Sissam soluant, quæ in cibis emendis imponi solet. Medina vbi supra tenet, clericos primæ tonsuræ hæc immunitate gaudere, quod est contra totius Hispaniæ vsus, & in iure Canonico non habetur: nam in cap. quanquam citato, solum fit mentio Ecclesiasticorum, & in cap. aduersus, & in cap. meminimus de immunitate Ecclesiarum habentes autem primam tonsuram non sunt Ecclesiastici, quamuis. n. priuilegio canonis, si quis suadente, gaudeant, non tamen priuilegio fori, iuxta decretum Concilij Tridentini Sess. 23. cap. 7.

APPE.

Hinc, portitores pedagia à clericis, vel pro seipsis, vel pro rebus suis deportandis exigentes excommunicati sunt, & ad restitutionem tenentur, si sint in maioribus ordinibus constituti: non autem si in prima tonsura.

## CONCLUSIO.

Quando Respublica penuriam patitur, ex consensu Roma. Pont. a clericis, & religiosis gabellæ exigi possunt. Definita est in cap. aduersus. de immunitate Ecclesiarum.

## CONCLUSIO.

Clerici ementes merces, non vt illis vtantur, sed negotiandi causa, illarum vectigal, & pedagium, cæteraque tributa, quæ à laicis soluntur, soluere quoque tenentur. Definita est expresse in cap. quanquam, allegatio.

*II. Dubium. Sunt ne clerici iure diuino, an humano à tali solutione immunes?*

Medina de restitutione. q. 15. defendit iure regio, & non Canonico esse immunes,

## CONCLUSIO.

Non sunt iure regio tantum exempti. Neque enim posset Papa tunc excommunicare reges reuocantes sua priuilegia: vt de facto excommunicat. quemadmodum ex text. proxime citatis constat. quid? quod in cap. quanquam, prædicto, clerici iure diuino immunes à solutione gabellarum esse dicuntur.

*VI. Dis. Sunt ne alij præter Ecclesiasticos à solutione tributorum liberi?*

## CONCLUSIO.

Si noua Sissa, quæ ab emptoribus ciborum exigitur sit,

fit, v. g. in vtilitatem huius solius Republicæ, à peregrinis exigere non potest, quia iniquum est, vt damnum patiantur, qui nullum sentiunt commodum. Secus est si ex antiqua consuetudine, vel in vtilitatem totius regni, soluatur. tunc enim exigere potest, vt constat in cap. super quibusdam de verborum significatione lib. 6.

## CONCLUSIO.

Temporales Domini, mercium quæ in suis nundinis vendenda deferuntur, vectigalia exigere possunt. quia parati sunt eos defendere, & ius dicere, & à quavis iniuria liberare. non tamen collectas, quæ sunt quoddam genus tributorum à suis tantum soluendum, à peregrinis possunt exigere.

## CONCLUSIO.

Iniquum est in ingressu ciuitatis vectigal exigere pro rebus, quæ non ad vendendum, sed ad propriam vtilitatem deferuntur. quia materia vectigalium sunt tantum res venditæ: vt constat in lege vniuersi, Codice de vectigalibus, nisi ratione antiquæ consuetudinis soluantur, vt in cap. super quibusdam, citato habetur.

III. *Dubium. Qui lege prohibente sub pœna confiscationis merces ab vno regno in aliud vendendas deserit, t. ne tunc merces confiscatas restituere?*

R. non tenetur ante confiscationem. Ita tenuit glossa communiter recepta in cap. fraternitatis. 1 2. q. 2. licet tales leges sæpissime ad mortale obligent propter damnum, quòd ex tali deportatione Republicæ infertur. sed de iis infra.

IIII. *Dubium. Custos, qui merces impedire tenebatur, si corruptus pecunia, vel ex malitia, aut negligentia, non impediatur, tenebitur quæstoris conducenti redditus pœnales ad restitutionem?*

Medina. q. 1 5. de restitutione ad finem citat D. Bernard. dicentem, non plus teneri custodena, qui fraudem commisit, quam qui illum prætio corrumpit: & cum iste non teneatur nisi per sententiam, neque custos tenebitur. Oppositum defendit Medina dicens teneri, ratione fraudis. sed probabilior est sententia D. Bernardi. Et ratio est, quia corruptor etiam commisit fraudem, tamen restituere non tenetur ante sententiam.

D. Ber.

QVÆ

Soto li. 4.  
de iust. &  
iure. q. 6.  
ar. 4. &  
Medin. q.  
12.

# QVÆSTIO DE RESTITVTIONE PROPTER VENATIONEM.

Art. *Utrum qui venatur bestias, vel aues in alieno præ-  
dio teneatur ad restitutionem?*

## CONCLUSIO.

Si prædium est vndiq. clausum, ingrediens ad venandum be-  
stias furtum committit, & ad restitutionem tenetur. quia quam-  
uis bestia illa sint ferae: sunt tamen captæ, & veluti passeres in  
vinculis, & constitutæ sub Dominio detinentis.

## CONCLUSIO.

Si illas extra prædium clausum venetur, & non consueuerunt  
ad prædium redire, furtum minime committit, secus autem si  
ad prædium redire consueuerunt. Paret, à simili, vt si quis nutri-  
ret seruum domesticum consuetum domum, vbi nutritur, redi-  
re, habet illius dominium, etiam si extra domum vagetur, & idẽ  
est iudicium de aliis amittitur autem dominium, si redire non  
consueuerunt: vt definitur expresse in §. fere bestia instituta de  
rerum diuisione. Nam iure gentium per fugam à custodia be-  
stia pristinam libertatem assequuntur. atque ita cuiuscunq; ca-  
pientis efficiuntur.

## CONCLUSIO.

Si prædium est apertum, etiam si Dominus prædij possit ali-  
cui venationem impedire, qui bestias, ibi habitantes venatur, re-  
stituere non tenetur. Quia nullius sunt Domini, cum ibi neque  
captæ neque detentæ sint, atque ita capientis efficiuntur, vt ex  
§. proxime citato constat.

Soto Me.  
vbi supr.

I. *Diffic. An capientes columbas alieni columbarij ad  
illarum restitutionem teneantur?*

Qui occidit columbas intra alienum columbarium furtum  
committit, & ad restitutionem tenetur. quia tales columbe sunt  
peculiaris Domini, qui illis cibum, & domum ministrat.

## CONCLUSIO.

Interficientes columbas extra columbarium vagantes, & ad  
columbarium redire consuetas, furtum committit, nisi statuta  
municipalia hoc permittat post certum à columbarijs spacium,  
nam vt est reus furti, qui occidit gallinam extra domum va-  
gantem, ita qui columbam interficit, quæ ad columbarium re-  
dire

dire consuevit: post spacium autem decretum à lege iam Syluestris, & nullus Domini esse iudicatur.

## CONCLUSIO.

Qui columbarium ædificant absque consensu habentium agros finitimos mortaliter peccant, & rei sunt furti. Propterea quod columbæ, quamuis habeant pastum sufficiens, finitimas fegetes deuastare solent. Consensus tamen debet esse, vel expressus, vel tacitus, & si tacitus consensus præcesserit, tenebitur Dominus columbarij quocumque tempore contradicentibus, vel satisfacere, vel columbarium destruere, nisi consuetudo regionis, vel legitima præscriptio illi suffragetur. Nam visi sunt ad tempus consentire, non tamen in perpetuum. quod si expresse consenserint, & postea reclamauerint, non tenetur Dominus columbarium destruere. quia prior consensus expressus, fuit donatio, & tributum super finitimas terras constitutum. Caiet. in summa verbo columbarium.

## CONCLUSIO.

Aedificans columbarium si artificiose grana proponat: vt ad se alienas columbas trahat, furti est reus. Nam vt est reus furti qui ingreditur alterius columbarium, ita qui artificiose facit, vt pristinum columbarium deserant.

## CONCLUSIO.

Habentes columbaria tenentur columbis pastum administrare. alioquin ad damnum finitimis agris à columbis illarum refarciendum obligabuntur. quia habens columbarium sine pastu est damni causa.

## CONCLUSIO.

Leges ciuiles prohibentes Venationem, siue piscationem, siue aucupium, capientes ad restitutionem minime obligant. Propterea quod, cum bestia feræ nullius sint Domini, illas capientes non accipiunt alienum, quod est restitutionis principium. sunt tamen tales leges iustæ, & Reipublicæ vtilis, quia tempore, quo animalia suos nutriunt foetus, illarum captionem prohibent.

## QVÆSTIO DE CÆDENTIBVS

LIGNA, ET PASCENTIBVS

oues in alienis agris.

Soto libr.

4 q. 6. ar.

4. Medi.

vbi supr.

Artic. An cadentes ligna, ex alieno nemore, vel pascen-  
tes ibidem oues ad restitutionem

teneantur?

CON

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O.

Quamuis nemora, & montes de lege naturali sint communia, nihilominus tamen aliquis eorum dominium præscribere potest, quantum ad pœnam tantum abscindentibus ligna & arbores exigendam non tamen præscribere potest: vt ante condemnationem ad aliquam restitutionem ligna scindentes teneantur. Nam vt aues, & pisces sunt communes, ita nemora, montesque lege naturali communia sunt, & vt non potest quis præscribere dominium ferarum, ita vt illas capiens in conscientia ad restitutionem teneatur, perinde de nemoribus, & montibus censendum est.

C O N C L U S I O.

Quando nemora sunt communia alicuius oppidi, oppidam ligna scindentes, neque peccant, neque ad restitutionem tenentur. Quia alienum non accipiunt. nam quod est commune, est etiam singulorum. Hæc conclusio sequentibus conclusionibus explicatur, & limitatur.

C O N C L U S I O.

Oppidani magnam stragem in communi nemore facientes tenentur ad restitutionem. fit enim iniuria toti illi Reipublicæ, perinde enim est magnam partem lignorum cædere, atque illa comburere.

C O N C L U S I O.

Qui scindunt ligna ex nemore finitimi oppidi, aliud habentis nemus, non committunt furtum, quia oppidani finitimi ligna sibi ipsis condonare videntur.

C O N C L U S I O.

Si autem vicinum oppidum non habet nemus, illius oppidani ligna ex nemore vicino sine crimine furti scindere haud possunt. Quia vicini hoc consentire minime censentur.

C O N C L U S I O.

Si nemus peculiaris Domini fuerit, ex illo ligna scindentes, & mortaliter peccant, furtumque committunt, & ad restitutionem tenentur. Propterea quod alienum inuito Domino accipiunt. cum arbores non communes, sed particulares sint.

Idem omnino quod de scindentibus ligna dictum est, est etiã de pascentibus oues, & armenta in alieno agro, tenendum.

QVÆSTIO DE RESTITVTIONE Alex. Alē.  
IN IVSTITIÆ IN IVDICIO commissæ.

3. q. 9. 49  
S. T. 22.  
q. 64. ar.  
3. Ri. ar.  
3. q. 26.  
Sylueſter,  
verbo iudex. 2. §.  
2. Sor. lib.  
§ 4. art.  
q. 2.

Artic. Iudex proferens ſententiam contra conſcientiam,  
& iudicans ſecundum allegata, & probata, teneturne innocenti  
ſatiſfacere?

V. G. ſi Petrus duobus teſtibus ſine dignis de furto, aut homicidio conuincatur, quem iudex innocentem eſſe nouerit.

Duæ ſunt opiniones. Prima tenet iudicem teneri ad abſoluendum innocentem. Secundam & contrariam opinionem graues Doctores defendunt, quos citat Caiet. 1. 2. queſt. 67. ſcilicet Alex. Alen. S. Tho. Ric. Palu. ſunæque pro ytraque opinione multa, & probabilia argumenta. Adrian. vero quolib. 2. & 3. aſſerit, in cauſa criminali non licere iudici damnare innocentem, bene tamen in cauſa ciuili.

CONCLVSIO.

Si in tali cauſa iudex fuerit inferior, non eſt iudicaturus ſecundum allegata, & probata, neque contra conſcientiam, ſed debet ſuperiori cauſam definiendam remittere, ita vt teſtis efficiatur. Nam aliter damnando innocentem contra conſcientiam, & abſoluendo illum contra Rempublicam ageret. quia omnes hunc reum eſſe mortis ſecundum allegata, & probata arbitrantur. tum etiam, quia tunc concutunt duo præcepta incompoſſibilia, vnum, quo ſecundum allegata, & probata iudicare tenetur. Alterum quo ad liberandum innocentem obligatur: & cum huius ſecundi tranſgreſſio; magis quam primi obliget, cauſam reuocare, & teſtis fieri tenebitur.

Proverb:  
d. 24.

CONCLVSIO.

Iudex inferior, qui ſcit accuſati innocentiam, & teſtium malitiam, poterit malitiam variis interrogationibus detegere, & ſi res poſtulauerit publicè proclamare. manifeſtando accuſati innocentiam. Quia tunc nulla fit teſtibus iniuria. Nam ipſi ſibi ipſis iniuriam irrogarunt falſo innocentem accuſando.

CONCLVSIO.

Iudex ſuperior cauſam delegare, & teſtis fieri debet. quia quantum in ſe eſt, ſemper mediâ ad liberandum innocentem querere tenetur.

CON.

Iudex damnans contra conscientiam innocentem, probatum nocentem, omne damnum illatum restituere tenetur, quia potuit illum liberare, causam alteri remittendo, & tamen noluit.

I. Diffic. Quando iudex propter iniquam sententiam ad restitutionem tenebitur?

## C O N C L U S I O .

Iudex litigantem damnificans ex malitia, vel negligentia studendi, aut ex ignorantia crassa iuris civilis, siue municipalis damnum illatum restituere tenetur. Quia fuit causa damni, ut constat ex cap. finali de iniuriis.

Hinc, iudex ex malitia iniquam proferens sententiam, & principale, & expensas rescire tenetur: perinde ac si ex negligentia studendi, si tamen sententia fuerit executioni mandata. Si autem pars læsa appellauerit, expensas tantum restituere tenetur. Idemq. est dicendum de iudice ex ignorantia crassa iniustam sententiam proferente.

Iudex, qui sententiam ultra terminos iuris differt, cum illam finire possit, expensas restituere tenebitur, quia est huius damni causa.

## C O N C L U S I O .

Iudex inferior delinquenti, vel accusatori poenam ex lege fisco applicandam remittens, illam soluere tenetur, propterea quod committit iniustitiam cōtra alterum litigantium, cui erat poena applicanda, cum secundum legem poenalem sententiam ferre teneatur.

## C O N C L U S I O .

Iudex reum non sibi subditum condemnans ad totius damni restitutionem obligatur, quia agit contra iustitiam, cum non sit nisi suorum subditorum iudex, est autem non iudex, qui neque est ordinarius, neque delegatus, neque arbiter.

Hinc, iudices laici, qui plerumque clericos primæ tonsuræ ad tribunal Episcoporum appellantes puniunt, expensas in iudicio factas, & principale soluere tenentur.

## C O N C L U S I O .

Iudices ab Ecclesia per violentiam aliquem extrahentes, omnia damna templo illata tenentur rescire, quia iniuste tunc procedunt.

## C O N C L U S I O .

Iudex non condemnans partem aduersam in expensis condem-

S. Tho. 2.

3. qu. 67.

ar. 1. 3. co.

4. Alexia.

Aleo. vbi

supra ar.

3. Sylue.

verbo in-

dex. l. 5.

12.

APPEN.

APPEN.

condemmandam, illas soluere tenetur. Constat per l. sanximus C. de iudicibus, si tamen pars hoc in libello petierit. Alioquin non tenetur proferre sententiam, nisi circa petita in libello.

### CONCLUSIO.

Iudex condemnans reum nocentem, non conuictum legitimis probationibus confessione, s. & duobus testibus, sed semiplena tantum probatione, vel iudiciis, vel vnico tantum teste, damnatum, etsi fuerit verè reus, restituere tenetur. nam agit contra iustitiam quia deficientibus legitimis probationibus, iudex iurisdictione caret.

### CONCLUSIO.

Iudex reum nocentem inauditum, neque edicto vocatum, condemnans, licet vere sit reus, tenetur ad damni illati restitutionem. agit enim contra ordinem naturalem, & diuinum condemnando partem inauditam. & ideo tunc desinit esse iudex.

### CONCLUSIO.

Iudex in ciuili, vel criminali causa reum etiam nocentem sine accusatione condemnans, tenetur ad totius damni restitutionem. Constat ex cap. inquisitionis, & qualiter, & quando de inquisitionibus, & nota ex Glo. Gen. 4. tria esse, quæ vicem accusatoris suppleant, s. publicum delictum, vel infamia, & contumacia contra Ecclesiam, qua ratione per viam inobedientiæ Ecclesia contra hæreticos, & alios contumaces procedit. & quando crimen coram iudice, & aliis committitur. Iudex autem sine aliquo istorum iniuste damnat.

Hinc, Prælati religionum non poterunt delinquentes publice nulla damnatos infamia condemnare. est enim contra cap. inquisitionis citarum. A P-  
P E N

#### I. *Dubium.* Tenentur ne indices accepta per concussionem restituere?

Supra teneri ad restitutionem responsum est.

#### II. *Dis.* Quando accusator ad restitutionem tenetur?

Nota accusatorem posse iniustitiam committere, vel per calumniam, falsò accusando, vel præuaricando, vt quando partem deserit, & contrariæ parti, quam impugnare debebat suffragatur, vel tertio per tergiversationem desistendo à causa publica. Alex Ale.  
p. 9. 4.

### CONCLUSIO.

Accusator altero istorum trium modorum iniustitiam committens,

mittens, tenetur accusato ciuilitè condemnato; damnum illatū restituere, quia agit iniustè, & est damni causa.

**A. P. P. E. N.** Hinc, accusator proprio nomine, vel alieno, vt procurator, syndicus, sollicitator, cui dictū est causam esse iniustam, si per calumniam in accusatione perseueret, ad restitutionem tenetur.

**A. P. P. E. N.** Hinc fiscus qui nomine Reipublicæ accusat, si tacite reū defendat, aut per tergiuersationem ab accusatione desistat, si causa fuerit ciuilis tenetur Reipublicæ principale, & expensas restituere, si autem criminalis expensas tantū, & si aliquod aliud damnum illatum est.

**Alex. Al.** III. Dis. *Quando accusatus ad restitutionem tenebitur?*

**3. p. q. 4.**

**S. Tho. 2.** Si reus in iudicio ciuili, aut criminali semiplena probatione conuictus veritatem negauerit, omnia damna parti læsæ restituere tenebitur. Ratio est, quia diffidendo veritatem, quam conuicti tenebatur, aduersæ parti damnum intulit.

**libr. 5. de iur.**

**6. ar. 4.**

**Soto vbi supra.**

**11. Dubium.**

*Accusatus aliquo crimine poteritne ante, vel post condemnationem, carcerem fugere vincula dirumpere, & fores absque peccato infringere, & se a ministris iustitiæ sine aliqua iniustitia defendere?*

### CONCLUSIO.

Si damnatus ad mortem fuerit legitimis probationibus conuictus, aut conuincendus, seipsum armis à ministris iustitiæ nec compræhendatur defendere non poterit qui enim inquit B. Pau. ad Ro. 13. potestati resistit, Dei ordinationi resistit.

**ad Rom.**

**13.**

### CONCLUSIO.

Si accusatus fuerit innocens, & probatus nocens, à ministris iustitiæ & à iudice armis se defendere poterit. Nam vt licet defendere se à latronibus, ita & à falso iudicio, licet iudex recte secundum allegata, & probata, procedat. nisi, vt dicit S. Thom. vbi supra, ex tali defensione scandalum timeatur. nam tunc potius mortem subire, quam scandalum in detrimentum spirituale ceterorum, admittere tenebitur.

### CONCLUSIO.

**ad Ro. c.** Quando carcer datur in pœnam iuste damnato, siue dānando ad mortem, aut alias pœnas, sine peccato carcerem fugere aut vincula dirumpere non licebit, quia iustæ sententiæ iudicantis parere tenetur, qui enim potestati resistit, &c.

**13.**

**A. P. P. E. N.**

**A. P. P. E. N.**

Hinc, si alicui in pœnam præcipiatur: vt infra, Ecclesiam, vel castrum, vel alium locum maneat, talem locum egrediendo peccat.

## CONCLUSIO.

Si carcer datur ante iudicis sententiam in custodiam tantum, reus etiam ad mortem damnatus carcerem fugiendo; vincula frangendo &c. non peccat, quia tunc non præcipitur reo, ut aliquid agat, atque ita non facit contra iudicis obedientiam, solum, namque tenetur habere animum paratum ad subeundam pœnas infligendas. Hæc est contra Henricum, quolib. 25.

III. *Dubium.* Escet ne etiam cuiusque alteri de-  
perem reo fugienti ferre?

## CONCLUSIO.

Si minister iustitiæ fugæ delinquentis cooperatur, mortaliter peccat, & parti læsæ damnum resarcire tenetur, quia graue facinus iniustitiæ; & aduersus Rempublicam, & contra partem, cui nocet, committit.

## CONCLUSIO.

Cæteri verò, qui ministri iustitiæ non sunt consilium, vel auxilium reo fugam paranti præstantes, neque peccant, neque ad aliquam tenentur restitutionem, nisi ad illam, quam reus in conscientia parti læsæ facere tenebatur, quia nullus à cooperatione alicuius actionis licitæ, nisi per accidens ratione status prohibetur. Quare non peccabit occultè cooperando; ut si limam portigat, dummodo non timeatur scandalum ex tali auxilio; seu consilio, quod non est timendum; si occultè auxilium præsterit, publicè autem reo etiam innocenti auxiliari non licet.

## CONCLUSIO.

Quamuis integrum sit carceri mancipato vincula, & parietes rumpere, nemini tamen licitum erit illum à carcere parietem rumpendo aut feras carceris frangendo extrahere. hoc enim est Reipublicæ manifestam vim & scandalum inferre. Nam hoc non esset reo auxilium præstare, sed illum arripere, & Deo, resistendo publicæ potestati, contradicere. si enim esset morte dignus frangens priuatæ domus, quanto magis carcerem publicum rumpens?

## CONCLUSIO.

Si existente in triremibus fugiant, mortaliter peccant. Ratio est, quia carcer illis non in custodiam, sed in pœnam datur, nihilominus tamen redire non tenentur, quia nullus tenetur se tradere iudici, nisi apprehendatur.

Alex. Al.

IIII. Diffi.

*Quando testes restitutioni sunt obnoxii?*

3. p. qua.

CONCLUSIO.

4. i. m. 5.

Testis alium falso testimonio damnificans ad restitutionem  
Caiet. 2. tenetur. est enim damni causa.

2. q. 70.

art. 4.

IIII. Dubium? *Quid si præter intentionem, & ex obliuione  
falsum testimonium in iudicio deponat?*

CONCLUSIO.

Si facta diligenti inquisitione, testis ex obliuione falso iura-  
uerit, tenetur in continenti suam sententiam retractare. fidesq;  
illi est adhibenda. ita expressè definitur in cap. præterea de te-  
stibus.

CONCLUSIO.

Si post aliquod temporis spacium testis suum testimonium  
retractauerit, eius retractatio secundum iuris rigorem non est  
admittenda. Cæterum si iudex intèllexerit testem esse fide di-  
gnum executionem sententiæ dilatare, & parti contrariæ: ut  
a causa desistat consulere tenetur. ita docet gloss. capit. præterea  
citato.

CONCLUSIO.

Si sententia fuerit iam executioni mandata ob falsum te-  
stimonium dictum ex inculpabili ignorantia, testis, tunc ad nul-  
lam tenetur restitutionem: non enim causa damni fuit, sed solū  
occasio. verum enim vero si sibi fidem adhibendam existimet,  
suam sententiam retractare tenetur. non coram iudice, sed co-  
ram parte aduersa, quæ ratione testimonij sententiam in iudi-  
cio obtinuit. quod si arbitretur se non posse aduersarium fle-  
ctere, ad nullam retractationem erit obligatus. stultum si quidē  
est, frustra laborare.

Alex. Al.

ubi supra

Caiet. 2.

q. 71. art.

3. Soto q.

8. ar. 3. v.

bi supra.

V. Dif.

*Quando aduocati ratione iniustitiæ  
ad restitutionem tenentur?*

CONCLUSIO.

Aduocatus, qui sciens, & volens causæ iniustæ patrocinator,  
principale, & expensas parti læsæ restituere tenetur. est enim  
damni causa.

V. Dubium. *Aduocatus, qui defendit causam iniustam  
ex ignorantia, tenebitur ad restitutionem?*

CONCLUSIO.

Si Aduocatus in principio litis causam ex negligentia non  
examinauit, & erat paratus ad quamlibet causam sine discrimi-  
ne admittendam, est in statu pessimo, & parti læsæ omne dam-  
num cum expensis restituere tenetur. quia ex causa damni: si ve-  
ro illam discussit, & visa est probabilis, vel iniusta, est que aduo-  
cat us

catus mediocriter eruditus, ad restitutionem tenerur, etiam si postea causa iniusta appareat.

*VI. Dubium. Quo tempore litis poterunt advocati causa iustitiam, vel iniustitiam intelligere?*

R. in quæstionibus de facto post testium apparitionem: at vero in quæstionibus de iure, vel principio litis, vel quocūque alio tempore, posteaquam recte studuerint, & intellecta iniustitia causam deserere, non autem partem aduersam admonere tenentur.

*V. Diff. Quando tabellio erit restitutioni obnoxius?*

### CONCLUSIO.

Quando ex ignorantia suæ artis alicui damnum infert, v.g. si testamentum ex ignorantia fuit minus solenne, quam ob causam Petrus institutus hæres, hæreditatem amisit. Constat per regulam non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet se immiscet. de reg. iur. in 6. & intelligitur quoque regula de iudice, assessore, aut medico, qui ex ignorantia suæ artis aliquem lædit.

*Alex. Al.*

*¶ reliqui  
vbi supr.*

### CONCLUSIO.

Quando tabellio instrumenta falsificat, falsos testes scienter recipit, testamenta, aut scripturas iustitiæ aliquorum suffragantes rumpit, vel compulsus à iudice non vult instrumenta alteri ad consequendam iustitiam necessaria exhibere, vel quando non seruat scripturas originalium, & in aliis id genus casibus, ad restitutionem tenerur. quia in his omnibus est alius damni causa.

### CONCLUSIO.

Tabellio scripturam continentem vsuram palliatã id est quæ clam promittitur conficiens est restitutioni obnoxius, quia vsurariæ iniustitiæ cooperatur. atque ita est damni particeps. Notanter dicitur, vsura palliata. nam si manifestam contineat, cum ratione contractus in iudicio vsura exigi non possit licet peccauerit mortaliter instrumentum conficiendo, restitutioni tamen non erit obnoxius. propterea quod nemini nocuit. nisi fortassis, quia contrahentes ad talem induxit contractum.

## QVÆSTIO DE RESTITVTIO- NE LEGIS POENALIS.

*Art. An leges pœnales ad restitutionem obligent, antequam reus per iudicis sententiam condemnatur?*

Dux sunt extremæ opiniones. Prima affirmans Abbatis in

cap. canonum de constitutionibus, & in c. delicti de arbitris, & Paris à Castro de lege pœnali.

*Li. 1. diu.* Secunda, & negans est omnium Theologorum, quos Sot. de  
*Qu. 9. 6.* iustitia, & iure citat. hanc quæstionem difficilem reddunt varia,  
*ar. 6. Iaco* & probabilissima pro vtraque parte argumenta.

*bns de Sy*

### CONCLUSIO.

*manca sin* Nulla lex pœnalis dominio bonorum temporalium, priuans  
*tractatu* delinquentem, priuat illum possessione, aut vsu fructum suarum  
*de institut* rerum, ante iudicis condemnationem, siue declarationem, ita vt  
*tionsibus* reus se à possessione, & vsu fructu abdicare teneatur. Constat ex  
*catholicis* definitione, & natura pœnæ, quæ est, vt pœna ab exequutore in-  
*Med. q. r.* figatur, & illam reus infligam ab alio pariat: homicida enim  
occidendus seipsum suspendere non debet. neque latro ex lege  
in quadruplo puniendus, pœnam in seipsum exercere, sed ab al-  
iis impositam pati tenetur. nam lege naturali reus patiens ab in-  
fligente pœnam distinguitur, priuatio autem bonorum tempo-  
ralium legis pœnalis pœna est.

### CONCLUSIO.

Quamuis hæreticus iuste ante condemnationem, fructum,  
& possessionem bonorum retinere possit, dominium tamen non  
habet, ita vt pro libito bona alienare valeat. Definita est in cap.  
cum secundum leges de hæreticis lib. 6. vbi dicitur, bona hæreti-  
corum ipso iure esse confiscata, id est, à die commissi criminis: vt  
glossa ibidem docet.

APPEN

Hinc, hæreticus mortaliter peccat vendendo bona, quia iam  
sunt aliena, neque dominium in emptorem transfertur. quia post  
condemnationem emptores bona fisco reddere tenentur. pec-  
cavit quoque emptor, si erat criminis conscius. Propterea quod  
peccato illius cooperatus est.

### CONCLUSIO.

Fiscus compellens emptorem, vt bona ab hæreticis empta re-  
stituatur, præteritum reddere non tenetur, nisi in se, vel in suo æquiu-  
lenti, apud hæreticum reperiatur. nam vt dominus alicuius rei  
furto sublata, illam nullo restituto pretio sibi vindicare potest:  
ita & fiscus cum sit verus bonorum hæreticorum Dominus.

Vide glossam in dicto cap. cum secundum leges citato. No-  
rante dicitur, nisi in se &c. quia cum sit res aliena. erit à fisco re-  
stituenda.

### CONCLUSIO.

Non peccat hæreticus sua bona alienando si ex tali alie-  
nati one

natione onerata, vel gratuita nullum fisco detrimentum sequitur, aut timetur quia ratio ob quam alienatio prohibetur, quæ est fisci detrimentum cessat.

Hinc rem hæretici emens, vel dono accipiens, sciensque hæretici crimen, & præstans secretam cautionem reddendi fisco bona accepta, non peccat.

## CONCLUSIO.

APPEN.

Hæreticus sua bona ignorantibus hæresin vendens, etiam si pretium in arca seruat, vt à fisco ementi restituatur, mortaliter peccat. quia licet iniustitiam non committat, emptorem nihilominus decipiet.

## CONCLUSIO.

Sylue. est  
ver. hæreticus I.  
§.8.

Hæreticus bona ad suam sustentationem necessaria alienare potest. Nam, vt ex proxima conclusione constat, fructu suorum bonorum ante condemnationem non priuatur.

## CONCLUSIO.

Emens rem ab hæretico, fructus rei, etiam seclusa propria industria receptos fisco restituere non tenetur. vt si annuum censum emat. Nam, vt hæreticus fructus illos retinere, & consumere poterat, quemadmodum in prima conclusione patet, ita hoc ius in alium transferre potuit.

I. *Diffic. Lex humanæ civilis, vel canonica poterit ne reum ad poenam obligare ante condemnationem?*

Pater à Castro de lege pœnali partem affirmantem tenet, Sorro autem de iustitia, & iure, partem negantem defendit, & Medina vbi supra.

## CONCLUSIO.

Non potest legis lator obligare reum in foro conscientie ad soluendam poenam ante iudicis sententiam. lex enim siue legis lator ordinem naturæ peruertere non potest. & ordo naturalis iudici apud omnes nationes est, vt nullus sit sui ipsius in foro exteriori accusator, iudex, vel testis. vnus namque debet esse accusatur, & alius reus, aliusque iudex, atque alius testis.

## CONCLUSIO.

Hæreticus etiam post latam sententiam iure optimo bona confiscata, donec sententiam executioni mandetur, possidet. quia illa sententia non obligat reum ad agendum, sed ad patiendum, atque ita seipsum priuare non tenetur.

## CONCLUSIO.

Si hæreticus in iudicio crimen neget, quod confiteri tenebatur, quia erat legitime conuictus & ob negationem ab-

soluatur, quoniam tormento suspicionem purgant, si cō bona sua restituere non tenebitur. quia vt hæreticus absolutus alias pœnas infamiz subeundas non est obligatus, ita neque ad hanc pœnam, scilicet, bonorum priuationem. Nam tunc sequeretur obligari ad seipsum infamandum.

## FLORES QVÆSTIONIS

Contractus Mutui.

QVÆSTIO DE CONTRA-  
CTV MUTVI.

Alexan.

Ale. 1. p. 9

66. S. Th.

2. 1. q. 78.

art. 1. &amp;

2. Durã.

in 3. d. 37

qñ. 20.

Ri. ar. 5.

q. 5.

Art. I. *An liceat mutuantis exigere aliquid ultra sortem, sine accipere ultra pecuniam mutuo datam.*

## CONCLUSIO.

**M**utuam est contractus, in quo pro vna re redditur alia eiusdem speciei, vt si modo detur frumentum pro frumento reddendo post tempus. Hinc colligitur, mutuum differre à venditione, vbi non res eiusdem speciei, sed pecunia redditur, & à contractu permutationis, in quo res diuersa speciei, vt frumentum pro vino, permutantur. Et ab accommodato, in quo idem numero redditur.

## CONCLUSIO.

Vsura est intrinsecè mala, id est, in nullo casu est licita. Ratio est, quia præcepta legis naturæ, quod est intrinsecè malum, prohibent. & usura septima præcepto prohibetur. cum sit furtum.

## CONCLUSIO.

Hæreticum est affirmare, vsuram non esse peccatum mortale. Definita est expressè in Clementina vnica de vsuris. vbi ita legitur. Si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum. Iniquum enim est exigere duplex pretium vnum pro re ipsa, alterum autem pro vsu, quo res consumitur: vt si pro 10. mensuris frumenti 11. exigantur vna pro vsu frumenti exigitur.

## CONCLUSIO.

Vsura est exigere, aut expectare aliquid pecunia æstimabile præter mutuum. Hæc conclusio vtramque vsuram comprehendit. continet enim perfectam vsuræ definitionem, Nam cum suo defi-

definitio conuertitur, & per ipsam omnes proprietates, siue affectiones vsuræ cognoscuntur, ex eaque multæ conclusiones, quas appendices, seu consuetaria nominamus, colliguntur.

Hinc primo sequitur, mutuantam pecuniam, vt sibi, quam do indiguerit, pecunia rursus mutuetur, esse vsurarium. Ratio est, nam etiam si accipiens beneficium lege naturali benefacienti benefacere teneatur, tamē si hæc obligatio in pactum deducatur, ciuilibus efficitur, vt habere aliquem deuinctum ciuilibus, vt ad mutandum obligetur, pecunia æstimabile est. APPE.

Hinc, neque licebit mutuare, vt pauperibus, aut affinis, aut amicis, qui mutuum accepit mutuare teneatur. Hæc colligitur cap. super eo de vsuris, vbi habetur, pro redimendis captiuis nō licere mutuare ad vsuram. APPE.

Hinc, mutuans pecuniam, si exigat præcium, vel munus à lingua, vel ab obsequio, est vsurarius. quia munus à lingua, vt docere patrocinari in iudicio, &c. vel ab obsequio, quod est corporale obsequium. vt si quis diceret, accipe mutuum: vt meam officinam ad emendum adire tenearis, est pecunia æstimabile. S. Tho. est contra Adrianum, & Angelum. integrum tamen erit talia obsequia emere, vt si quis dicat, accipe pecuniam, vt ex mea officina merces emas, aut vt frumentum ad meum molendinum deferas &c. APPE.

Hinc, mutuans alteri pecuniam hoc pacto, & lege, vt nunquam ab eius amicitia recedat, quia ex illa aliquod temporale commodum, beneficium, scilicet, aut suffragium sperat, vsurarius est. Propterea quod nō tam amicitia, quam temporale beneficium exigitur. APPE.

Hinc, mutuans alteri pecuniam vt accipiat aliquas merces quas ipse non potest vendere, & postea sibi illas reddat, vel vt re torqueat à debitoribus difficilimæ solutionis pecuniam, &c. v. supra. S. vsurarius censetur. quia liberari à pessimis debitoribus, & alienare merces, quæ vendi non possunt, pecunia æstimabile est. APPE. Caset. vbi Tho.

Hinc, mutuans pecuniam alteri hac conditione, vt agrum suum colere, aut suo redditus sub certo pretio colligere teneatur, quamuis hoc accipienti mutuum sit vtile, est nihilominus absque dubio vsurarius. qui habere alium ciuilibus obligatum est commodum pecunia æstimabile. APPE.

Hinc, mutuans cōmanitati, vt liber à solutione tributi reddatur, vsurarius est. perspicuum namque est aliquid vltra sortem recipere.

Hinc, mutuans inimico, vt actioni iniuriarum cedat, est quoque

que vsurarius, quia hoc pecunia æstimari potest.

**APPEN.** Hinc, mutuans principi hac conditione, vt tale officium sibi concedat, vsuram committit. accipit enim vltra sortem.

**Caeca.** Qui, adueniente termino solutionis, non vult illum protrahere, nisi aliquid vltra sortem sibi tribuatur, vsurarius iudicatur. nam idem est, ac si tunc sub vsura mutuare inciperet, nisi illud ratione lucri cessantis, aut damni emergentis fieret. de qui infra.

**APPEN.** Hinc, si statutum fuisset, in aliqua ciuitate, vt mutuanti certam pecuniam, aliquod munus daretur, tale statutum esset iniustum. quia crimen vsurarium. Vno verbo hoc est in præsentia animaduertendum, ne aliquid obligatione ciuili vltra sortem recipiatur, hinc enim infinitæ quæstiones soluentur.

**S. Th. vbi supra. ar. 2. Ric. vbi supra.**

**II. Art. De vsura mentali. An sit semper illicitum mutuare pecuniam expectando aliquid vltra sortem, ita vt si non expectaretur? nullo modo mutuum daretur?**

### CONCLUSIO.

**Luce ca.** Mutuans alteri pecuniam hac intentione, vt aliquid vltra sortem non ratione amicitiae, quia contrahere non intendit, sed immediate ratione mutui, sibi reddatur, vsurarius proculdubio est. dixit enim Christus Iesus mutuum date nihil inde sperantes. Constat etiam Conclusio ex vsuræ definitione proximo art. posita.

### CONCLUSIO.

Qui alteri immediate pecuniam mutuo dat ratione contrahendi cum illo amicitiam, vt sibi indigenti subueniatur, aut aliquod temporale commodum conferatur, & non ratione mutui immediate, vsurarius mentalis non est appellandus: non enim expectat pro mutuo aliquid vltra sortem. nam amicitia, quam contrahere intendit, est iure naturali illi debita, cum per idem amicitia, quam contrahere intendit, est iure naturali illi debita, cum per idem ius benefactoribus benefacere, & amicitiae opus exigere teneatur.

**APPEN.** Hinc licitum erit mutuare alteri immediate ratione contrahendi amicitiam, vt cui mutuum datur, si mutuans fuerit artifex, ex eius officina emat, & si mercator ab eo mercès emat, & si aduocatus ipsum in patronum assumat.

**APPEN.** Hinc, licebit mutuare regi animo obligandi illum, vt conferat mutuanti aliquem magistratum, non tamen integrum erit,

erit, hæc in pactum deducere. Quia acquireretur tunc obligatio civilis ultra sortem, cum non debebatur nisi solum naturalis quæ manet citra pactum.

Hinc, falsa est eorum sententia, qui dicunt, nihil licere ex mutuo sperare, licet enim sperare opus amicitiae, ita ut, si non speraretur, licitum esset non mutuare. APPE.

I. *Diffic. Quando usurarius mentalis recipit aliquid ultra sortem tenetur ne ad restitutionem?*

S Th. ubi  
supra art.  
1. ad 4.

### CONCLUSIO.

Quando usurario mentali datur aliquid, tam ex parte eius, quam ex parte dantis, ratione mutui, vel quia tempore mutui insinuabit recipienti mutuum, ut aliquid ultra sortem redderet, dicens, facies tempore solutionis, quod alij facere consueverunt, ad restitutionem tenetur. Definita est in cap. Consuluit. de usuris. Et ratio est, quia retinetur inuito Domino, qui necessitate, vel rubore compulsus, ne mutuum sibi negetur, soluit.

### CONCLUSIO.

Usurarius, qui recipit aliquid ratione mutui, quia tempore mutui, si non aliquid speraret, non mutuaret. dans tamen ultra sortem non dat ratione usurae, sed ratione amicitiae ob beneficium acceptum, si usurarius hoc sibi ita dari intellexerit, licet mortaliter peccet, ad restitutionem tamen non tenetur. Ratio est, quia illud non est restituendum, quod inuito Domino, aut prohibente lege non retinetur: in praesentia autem neque lex est, quæ id prohibeat, neque Dominus inuitus dat. Est Scoti, & Ricar. & Caieta. ubi supra contra aliquos Canonistas, quos Caieta. citat.

Hinc sequitur, aliquid per legem Diuinam prohiberi ne recipiatur, quod tamen retinere non vetat. quia non retinetur inuito Domino, & non esse inuitum intelligetur percontando, quo animo dederit. APPE.

### APPENDICES EX DEFINITIONE usurae collectæ.

Qui mutuatur alicui i.o. hoc animo, ut soluat sibi aliud debitum, quod negat, vel soluere non vult, non est usurarius. non enim recipit aliquid ultra sortem, sed vexationem tantum redimit. APPE.

Accomodans alicui pecuniam, & non mutuans, sed solum ad ostentationem, ut ditior appareat. propterea quod fortassis sua interest pecuniae abundantiam ostentare, si ratione huius accomodati pretium recipiat, non est usurarius, propterea quod

*S Th. & Scoti est.* quod non accipit fructum ex alieno, sed ex suo, quia quando accommodatur pecunia, non transfertur dominium.

Mutuans tempore Natiuitatis 1000. mensuras tritici, vt totidem mense Maij in grano soluantur, quando annona est carior, & non ante, si erat seruaturus triticum vsque ad illud tempus, non est vsurarius. quoniam non accipit aliquid vltra sortem, si verò non erat seruaturus vsuram palliatam committit, quia, vt Hispanice dici solet, (*Ora es lo que oro vale.*) Hæc colligitur ex Cano. Nauiganti. de vsuris, sunt enim isti contractus æquipollentes, scilicet, accipe modo vnam mensuram frumenti valentem 4. dummodo soluas quando, 5. valebit. & accipe modo 4. argenteos, vt post sex menses, quinque reddas: frumentum namque pecuniæ æquiualeat.

Si nullum tempus constituatur solutioni frumenti, sed mutuetur frumentum vetus, vt nouum reddatur, est frumentum vetus in corruptionem tendebat, ita vt tempore mutui vilioris esset prætij, contractus erit vsurarius. quia recipit vltra sortem: si verò frumentum vtile, & integrum sit, non fit vsura, etiam si tempore solutionis carius vendatur, quam tempore mutui, quia cum non certus terminus solutionis præfigatur, creditor rem suam in tuto non constituit, contingere si quidem potest, vt vilius vendatur.

APPE.

Hinc, timens corruptionem frumenti veteris, & mutuans illud, vt non seruata præcij æqualitate reddatur, non est vsurarius. quia non accipit aliquid vltra sortem, si autem aliter constituitur, contractus erit periculosus, & melius erit reducere ad formam contractus venditionis.

APPE.

Hinc, quando frumentum datur mutuo, vt totidem mensuræ certo tempore reddantur, quo dubitatur, plus, aut minus valiturum esse, non committitur vsura. Quia neuter in tuto constituitur.

APPE.

Hinc, mutuans alteri pecuniam, quam sub vsuris accepit hac lege, vt fœnatori vsuras soluat, si non habet animum ad aliam pecuniam mutuo dandam, sed quam ipse accepit, quia nondum illam consumpsit, non erit vsurarius. quia solum se indemnem conseruat, & transfert in alium mutuum nondum consumptum.

APPE.

Qui habet autem aliam pecuniam, quam posset mutare, vel acceptam sub fœnore iam consumpsit, præculdubio, vt modo diximus, mutuans vsurarius erit. Ratio est, quia hac lege mutuans, vt alius vsuras, quas ipse soluturus erat, soluat, contractum mutui in alium non transfert, sed ipse sub fœnore mutuat.

Mutuans aliquid sub pignore ultra sortem ratione labori, quæ in conseruando pignore habet, aliquid recipere potest. ita definita est in cap. Ad nostram de rebus Ecclesiæ non alienandis.

Accipiens aliquid ultra sortem titulo mutui, verum hoc animo, & intentione, vt debitum, quod negatur, recompenset, vsuram non committit. non enim est vera vsura. quia ratione mutui accipit alienum. v. g. si non possum bona mea, quæ apud te sunt recuperare, potero sub specie mutui, & vsurarum, quæ vere vsuræ non sunt, recompensare.

II. *Diffic. Poteritne fidelis ab infideli, aut Iudæo iuste vsuras exigere?*

S. Tho. 2.  
2. q. 66.  
ar. 28. ad.  
Ric. vbi  
supra.

### CONCLUSIO.

Ita iniquum, & iniustum est ab illis, vt à Christianis vsuras exigere. Ratio est, quia infideles, & Iudæi suorum bonorum verum dominium habere possunt.

III. *Diffic. An in mutuo aliquid ultra sortem ratione lucri cessantis, aut damni emergentis exigere liceat?*

S. Th. 21.  
q. 78. ar. 2.  
ad 1.  
Dur. in 3.  
di. 37. q.  
2. Ricar.  
Vbi supra

Opinio S. Tho. est, vt non liceat in pactum deducere, quod erat pecunia muaruta. Incrandum. eiusdem sententiæ est Scotus & dicitur esse Ric.

Opinio Soti vtramque partem amplectitur. Adrian. in materia de restitutione, & Syluest. sequuntur recentiores Theologos appositis quinque conditionibus. Et dicit hanc esse communem opinionem Canonistarum in cap. Conquestus de vsuris est autem tota controuersia circa hanc rem quando voluntariè charitate tamen compulsus erga proximum ægestate laborantem, mutuum dat.

### CONCLUSIO.

Ratione damni emergentis potest aliquis ultra sortem, quantum est illud damnum ratione mutui exigere: dammodo tempore mutui mutuario hoc insinuet. Propterea quod ordinata charitas à seipso incipere debet: & nemo cum proprio damno, sed salua sua indemnitate alteri benefacere tenetur. Notanter dicitur, dummodo insinuet. &c. Quia fortassis, si mutuararius sciret tale damnum esse resarciendum, pecuniam ab alio quaereret.

S. Th. 2.  
Sc. est vbi  
supra.

Hinc, multæ quæstiones soluantur. tenebitur enim mutuararius

APPEN

tarius

tarius soluere expensas omnes, omniaque damna creditori ratione mutui illata, vt si corruit domus, vel alia id genus infortunia, eidem acciderunt.

## CONCLUSIO.

Ratione lucri cessantis licet exigere aliquid vltra sortē, quando pecunia erat negotiationi statim exponenda, & mutuans non habet aliam pecuniam, quam mutuare possit. Ratio est, quia non solum demnificatur aliquis, quando amittit aliquid, quod habet, verum etiam quando impeditur à lucro, quod quidem habiturus erat, quod enim parum distat, nihil distare videtur, & de proximo accingendus (vt Iuris Consulti asserunt) pro accincto est habendus. atque ita poterit aliquid vltra sortem exigere, quia nullus alteri, nisi salua sua indemnitate, subuenire tenetur.

*Limita-  
tio.*

Est autem limitanda conclusio, primo vt pecunia certissime sit negotiationi exponenda 2. vt aliam non habeat, quam mutuare possit. 3. vt mutuans malit negotiatione, quam mutuatione aliquid lucrari. 4. vt rogatus id faciat. nam si vltro se offerat, non poterit ratione lucri cessantis aliquid exigere. insinuaret enim tunc se aliquid in fraudem vsurarum mutuare. 5. vt deducantur expensæ. 6. vt minus aliquid, & non totum, quod verissime lucraturus erat, exigat.

*A P-  
PEN.*

Ex probatione conclusionis colligitur, teneri ad aliquam restitutionem, qui impedit alium, consecutione beneficij, quod certissime erat habiturus.

*A P-  
PEN.*

Hinc, qui habiturus erat censum, si pecuniam non mutuasset, poterit in pactum deducere, vt vltra sortem æquivalens censui pecunia mutuata eamenti reddatur.

*A P-  
PEN.*

Hinc, vendens merces pecunia credita potest carius illas vendere, quando, si statim fieret solutio, erat pecunia negotiationi exponenda, ex qua lucrum sperabatur: ita tamen, vt conditiones limitationis seruentur.

*APPEN*

Hinc, quando debitor est in mora restituendi, tenetur in foro conscientia soluere creditori, non solum mutuata pecuniam, *Sci. qd. 7. bi supoa.* verum etiam omne damnum illatum ratione dilata solutionis. *APPEN* atque etiam omne lucrum cessans.

*S. Th. vbi  
sup. aa. 2.  
& ibid.*

Hinc, campsores mutuantes pecunias nullis negotiationibus exponendas, & aliquid vltra sortem ratione lucri cessantis exigentes, in statu damnationis esse dicuntur.

*Caiet. &  
4 6. de  
Iuris Ric.  
vbi sup.*

I. *Dubium. An quando licet petere damnum lucri cessantis, liceat petere totum lucrum cessans?*

Caieta. opinatur nullo modo licitum esse exigere totum lucrum

crum cessans, quamuis liceat petere totum damnum emergens. Contrariam sententiam defendunt Innocen. & alij, quos Caiet. citat.

## CONCLUSIO.

Quando aliquid ultra sortem ratione damni emergenti petitur, totum damnum exigi potest. Ratio est, quia, qui tale damnum patitur, non amittit, quod erat habiturus, sed quod modo quis habet. quamobrem poterit recompensationem bonorum, quæ ratione mutui amittit, petere.

## CONCLUSIO.

Quando lucrum cessans ratione mutui est certissimum, & sine periculo assequendum, licitum est totum lucrum cessans ratione mutui ultra sortem exigere: vt qui precibus, & charitate commotus cogitur mutuare pecuniam censui exponendam. Ratio est, quia tale lucrum cessans damno emergenti propter certitudinem lucri æquatur. nam velut actu habetur, & impediri non potest.

## CONCLUSIO.

Quando lucrum cessans non est omnino certum, non totum, sed partem ad arbitrium boni viri petere licebit: vt in mercibus, & in alijs negotijs. Ratio est, quia lucrum cessans non est in actu, sed in potentia varijsque rerum euentibus impediri potest. atque ita ad arbitrium boni viri pars illius erit restituenda.

III. *Diffic. An liceat ultra sortem, siue pecuniam mutuo datam ratione pœna conuentionalis, aliquid exigere?*

*Ric. vbi supra.*

V. G. si mutuetur pecunia sub hac forma, En tibi 100. mutuo ad diem Natalis Domini soluenda, sub pœna soluendi 100. ultra 100.

Scotus affirmat esse licitum, dummodo non fiat in fraudem vsurarum, Syluestr. & alij Cononistæ, quos ipse citat, Scoto subscripserunt.

## CONCLUSIO.

Si pœna, vt indemnitas creditoris seruetur, ponatur, quia ex dilationis damnum emergens, aut lucrum cessans sequitur, licite talis pœna ponitur. Constat, quia nullus est cogendus, vt eum suo damno alteri beneficiat, iuste enim se indemnem seruare potest.

Hinc; mutuans pecuniam vsque ad nundinas Maij, vel Octobris, quam, tunc si solueret, erat mercibus creditor expensurus, poterit pœnam conuentionalem apponere vt totum lucrum cessans, si debitor fuerit in mora, soluatur, & de similibus erit similiter censendum.

APPE.

CON-

Q V Æ S T I O  
C O N C L V S I O .

Ad euitandam debitoris negligentiam licet pœnam con-  
uentionalem apponere , & exigere. Conuenit enim Reipu-  
blicæ , vt pacta seruentur , & debitoris negligentia puniatur.  
Interest enim Reipublicæ , vt delicta quantumcunque læuia  
castigentur.

C O N C L V S I O .

Quando debitor non potest soluere ad terminum præfi-  
xum, pœna ad eius negligentiam vitandam imposita, iuste exigi  
non potest. Quia vbi non est culpa (cum soluere non possit) in-  
iuste pœna imponeretur.

C O N C L V S I O .

Pœna conuentionalis in fraudem vsurarum posita iniuste  
exigitur. Ratio est, quoniam in vsura palliata censetur. fit autem  
in fraudem, vel quando creditor scenari consuevit, vel mauult  
debitorem pœnam incurrere, quam termino affinato soluere,  
vel quando est pœna grauis, vt si dicat, elapso termino erit sin-  
gulis diebus ad soluendam tantam pecuniam obligatus.

See vbi su-  
pra.

C O N C L V S I O .

Quando nulla pœna ad damnum emergens, aut lucrum ces-  
sans vitandum imponitur, si debitor ex culpa sua fuerit in mo-  
ra soluendi, omne damnum in conscientia creditori resarcire  
tenetur. Ratio est, quia est causa damni saltem interpretatiue,  
quamuis intentionem damnificandi non habuerit.

A P P E N

Hinc, si non fuerit ex culpa sua in mora, damnum resarcire  
non tenebitur, quia tunc non est damni causa, licet fuerit occa-  
sio.

A P-  
P E N .

Hinc, animaduertere debent confessores nobilium, qui fre-  
quentissime redditibus suis abutentes mercatoribus ex negli-  
gentia, & culpa sua non soluunt, illos ad resarciendum damnum,  
& lucrum cessans teneri.

V. Dif. An liceat pecuniam mutuare, & pro asssecuratio-  
ne aliquid vltra sortem exigere?

C O N C L V S I O .

Simpliciter pecuniam mutuare, & postea in mutuata pecu-  
niæ periculum assumere, licitum est. nullum enim vsuræ colo-  
rem habet, quia simpliciter fuit pecunia mutuata, & sine vilo  
pacto reddendi aliquid vltra sortem, quamuis postea contractus  
asssecurationis fuerit factus.

C O N C L V S I O .

Mutuare pecuniam hac lege: & conditione, vt nullus præ-  
ter

ter mutuante pecuniam assecurare debent, illicitum est. est namque contractus usurarius. Quia ultra sortem recipit aliquid quia (vt constat) mutuarius obligatione civili ligatur: perinde enim est, ac si ratione mutui obligaretur ad deferendum triticum in molendinum mutuantis, & ita definitum est cap. Nautiganti de usuris.

VI. Dis. *An maritus possit ratione dilatationis dotis aliquid ultra sortem recipere?*

*Ric. vbi supra.*

### CONCLUSIO.

Maritus ultra dotem sibi promissam ratione dilatationis dotis aliquid exigere potest. Definita est expressè in c. Salubriter. de usuris, vbi dicitur posse recipere fundum singulis annis, & non teneri ad computandum fructus in sortem. Et ratio, inquit, Innocentius III. ibidem est, quia frequenter dotis fructus ad supportanda matrimonij onera non sufficiunt. Adrian. non putat hanc causam sufficere, cum illam textus exprimat. Syluest. quoque (vbi supra) dicit, quod si gener ex dote non est reportaturus aliquem fructum, non poterit ratione dilatationis aliquid exigere, quod est contra rationem textus. Maritus enim tenetur ex dote alere mulierem, & dotem integram seruare, atque ita poterit alimentum vxoris exigere.

Si tamen fructus excedant sumptus familiaris, excessus fructuum sunt in dotem computandi. quia cessante causa, quæ est sustentare familiam, effectus cessare debet. *Limitatio Sy. u. st.*

### CONCLUSIO.

Maritus ratione dilatationis singulis annis tot redditus, quot ad sustentandam familiam sufficiant, poterit exigere, non solum quando pignus fructiferum, verum etiam quando nullum tale pignus datur. Patet ex Ecclesiæ consuetudine, quæ non compellit maritum, vt cum vxore habitet, & illam alat, donec dos solvatur. tenetur enim ex fructibus dotis (salua tamen dote) vxorem alere. Hostiensis in Cap. Per vestras de donat. inter virum. & vxorem, & Syluest. lege.

### CONCLUSIO.

Quando maritus post certum terminum, & non statim, dotem sibi dari vult, durante termino, ultra dotem aliquid exigere non potest. Ratio est, nam, vt poterat accipere vxorem abique dote: ita potest solutionem dotis ad tempus renunciare, tuncq; sine dote, & sine dotis fructus vxorem alere tenebitur.

*A. P. PEN.*

Hinc, si pater vxoris, vel alius vxorẽ, siue familiam sine marito. Theo. q. super 4. lib. sent. Pars II. P p. 211

ria industria alatur, maritus ultra dotem nihil exigere poterit. Iam enim causa exigendi cessat.

VII. *Disq. Poteritne vxor viro mortuo ab eius hæredibus ratione dilatationis dotis exigere aliquid ultra dotem?*

Variæ sunt de hac re opiniones. Angelus Sylue. & Soto, tenent partem affirmantem. Panor. in c. Salubriter de vlturis apud Syluest. æquum esse tenet, vt vidua gratis ab hæredibus viri infra annum alatur, si non habet vnde ali possit, & vt statim dos post annum integra illi reddatur. Idem docet gl. in c. de rei vxor. actione lege vnica §. exactio. quia vidua (inquit) intra annum nubere non potest. Innocentius Hostiensis. Io Andr. in c. Salubriter citato defendunt, quod sequenti conclusione explicatur. Quos Syuest. affert.

### CONCLUSIO.

Vidua mortuo viro, nec intra annum, nec post à morte viri ratione dilatationis dotis aliquid ultra dotem exigere potest. Ratio est, quia ipsa non tenetur alere familiam, & integram seruare dotem, quemadmodum vir eius tenebatur, vt ex cap. Salubriter constat.

### CONCLUSIO.

Quando hæredes sunt in mora soluendi dotem, non propter impotentiam, sed ob negligentiam, viduæ, etiam diuissimæ totum lucrum cessans, vel damnam emergens restituere tenentur. Neque enim vidua cum proprio detrimento dotis solutionem expedire tenetur.

A P. Hinc, hæredes vsuras viduæ exsoluere tenentur, quas ipsa  
P E N. propter retentam dotem è culpa hæredum contraxit.

A P. Hinc, si vidua nullam habebat pecuniam præter dotale, quæ  
P E N. statim erat negotiationi exponenda, vel ex ea census emendus, hæredes tunc damnus lucris cessantis soluere tenentur.

### CONCLUSIO.

Bona dotalia immobilia, vt fundus, siue domus, sunt statim à morte viri viduæ restituenda. Ratio est, quia talium bonorum nullum in hæredes transfertur dominium.

### CONCLUSIO.

Quando bona sunt mobilia, vt pecunia, vel supellex, hæredes non tenentur viduæ dotem, nisi post annum à morte viri soluere. Definita est in §. Exactio supra citato.

II. *Dubium. Si mortua vxore liberi remaneant, poteritne ratione dilatationis dotis aliquid exigere ultra dotem?*

### CONCLUSIO.

Nequaquam potest. Et ratio est, quia mortua vxore, non remanet idem matrimonij onus, cum sit solutum, cuius ratione

in Cap. Salubriter illud concedebatur.

III. *Dubium.* An mortuo viro possit vxor exigere fructus eo pacto dotali per virum facto. Sylue. est verbo usu

R. ratione pœnæ conuentionalis, aut damni emergentis, vel lucri cessantis, non tamen ratione oneris matrimonij (vt diximus) potest vxor exigere totū, quod maritus ratione dotis petere poterat quia dos magis vxori, quam viro est soluenda. ra 7 & 9 Sot. lib. 6. q. 1. a. 2.

Art. I. I. De iura ratione emptoris, & venditoris que naturam, mutui caput?

Hic articulus, quibusdam difficultatibus positus, absoluetur.

I. *Diff.* Situe usurarius, qui merces maiori pretio pecunia credita, quam mutuata vendit? Lege infra de emptione & c. S. 7. 2. 2.

Maxima est inter Doctores de hac re controuersia Sylue. verbo vsura opinatur nullo modo hoc licere, nisi in casu primæ conclusionis sequentis, & in casu c. in ciuitate, & c. nauiganti, de vsuris, de quibus sequenti difficultate agetur. Idem tenet S. Th. & Soto. q. 78. ar. ad 7. & Caiet. 2. 2. q. 76. ar. 2. ad

Opinio contraria est Medin. C. de restitutione & Coradi quæ ipse citat, & Ric. (vt Soto scribit) quod tamen apud Ric. nullibi reperitur, hi Doctores affirmant licitum esse carius vendere pecunia credita, quam numerata. Caieta, concedit in casu c. in ciuitate & in c. Nauiganti, licere carius vendere pecunia expectata, quam numerata. 7. Syl. ue. usura 2. q. 1. 2. 2. q. 78 ar. 2. So. lib. 6. q. 4. ar. 1. Me. q. 38

### CONCLUSIO.

Quando merces rarissime venduntur pecunia credita, & frequentissime numerata pecunia, & mercator non erat illas seruaturus, venditque pecunia credita, cum possit numerata statim vendere, tunc carius ratione lucri cessantis vendere poterit. Ratio est, quia sicut mutuans poterat se seruare indemnem, nec suo detrimento alteri benefacere tenebatur, ita neque vendens tenetur alteri benefacere, nisi sua indemnitate seruata, carius, fractione lucri cessantis vendendo.

Sed est intelligenda in magna rerum quantitate, vt si quis esset pecunia numerata statim venditurus vini dolium, & in aliis mercibus pecuniam consumpturus, & rogatus vendat, non autem in mercibus minutis, vt in duobus, aut tribus mensuris vini seu tritici, quia in his nullum est fere lucrum cessans. Limitatio

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O .

Pretio riguroso potest quilibet quasvis merces, etiam minutas, carius pecunia credita, quam numerata vendere, quia cum pretium rigidum, suæ rigorosum non excedat rei precium, nulla committitur iniustitia.

C O N C L U S I O .

Mercator merces, quæ rarissimè pecunia numerata venduntur, carius pecunia credita vendens ratione dilationis solutionis, usuram committit, nam talis contractus est æqualis illi, in quo pecunia mutuatur, ultra sortem exigitur. Idè enim est mutuare pecuniam, & ultra sortem exigere, atque expectare mercium solutionem, & illas carius vendere. Quia expectatio pretij auctore S. Tho. mutui rationem habet.

C O N C L U S I O .

Si verò carius vendat tales merces habita ratione ad lucrū cessans, tunc nulla usuræ macula interuenit. Ratio est, quia ut in mutuo licet exigere ultra sortem ratione lucris cessantis. ita & ratione expectatæ solutionis, cum illa expectatio rationem mutui habeat.

**A P.** Hinc, eadem res, eodem tempore duo pretia iusta, & differentia habet, quia vna serica eodem tempore 30. argenteis pecunia credita, & 28. numerata vendi solet.

**P E N.** Hinc, mercatores preciosos pannos, & sericos nobilibus carius, quam aliis vendentes non sunt damnandi, quia nobiles sepius per integrum annum, vel biennium, seu quadriennium retinent mercium solutionem, quæ si statim fieret, statim mercatores pretium in aliis mercibus expenderent, ex quibus magnum sibi lucrum acquirerent, & idem est de aliis mercibus, ut de iumentis &c. iudicium.

**A P.** Non tamen totum lucrum cessans exigendum est, ut supra diximus, quia multum interest, inter habere, & prope esse & inter lucrum in actu, & in potentia, deberent aurem mercatores pretium, tempore solutionis taxare, ut Coradus optimè apud Medinam, consulit.

**A P.** Hoc loco animaduertendum nobiles soluentes stipendia famulis, vel alia debita, sumptis à mercatoribus preciosis pannis, teneri ad restitutionem creditori faciendam, atque etiam mercatores, qui famulis ratione dilatatæ solutionis merces valentes 80. & pretio 100. ducatorum vendunt, propterea quod, mercatores fraudi commissæ per Dominum cooperantur. Hic casus est in usu frequentissimus.

II. Dif. An mercator seruaturus merces in aliud tempus, possit illas carius vendere, quam tempore solutionis res valitura speratur?

Scot. q. 2. ar. 3. 200. ar. 2. Me du. ibid.

Animaduertere tria esse capita titu. de vsuris ad hanc rem facientia. & primum est c. In ciuitate. Secundum c. Consuluit. Et tertium c. Nauiganti, vbi tres casus simul definiuntur.

Dux sunt opiniones. Vna opinio Theologorum, & Canonistarum affirmantium, nullo pacto licere tunc carius vendere, ratione expectatæ solutionis, vt aperte in c. consuluit. & in cap. ciuitate definitum est.

Contraria opinio est Cai. afferentis, non seruaturum merces, posse statuto pretio tanto carius illas vendere, quanto tempore solutionis valituræ creduntur.

21. ques. 78. ar. 2. ad. 7.

CONCLUSIO.

Vendens merces carius pecunia credita, quam numerata, si non erat illas seruaturus, & pretium determinat, quo æstimatur illas certo tempore solutionis futuras, proculdubio est vsurarius. Definita est expressè in c. consuluit. de vsuris. illa enim expectatio solutionis æquiualeat mutuo, vt supra diximus, & intelligimus conclusionem & c. non taxare pretium, creditur tamè merces plus valituras. quia tempore contractus se in tuto constituit.

CONCLUSIO.

Quando in casu proximæ conclusionis pretium non determinatur, sed relinquitur tempore solutionis determinandum, quo tempore dubium est, sit ne plus, aut minus res valitura, quã tempore contractus, nulla interuenit vsura, quod si plus valitura creditur, contractus erit illicitus. Ratio est, quia neuter constituit, suam rem in tuto, neque ibi ratio speciem mutui habes, sed indeterminatæ venditionis reperitur.

Soto vbi supra.

CONCLUSIO.

Seruaturus merces potest illas carius vendere pecunia credita, quam numerata, atque etiam pretium determinare potest. Definita est expressè in 3. casu c. nauiganti. nam licitum est venditori se indemnem seruare, neque vendit tempus, vt rectè Scotus dicit. Quia erat illas merces seruaturus, & maius lucrum sperabat.

CONCLUSIO.

Non tamen licet tunc totum pretium, quo res valitura tempore solutionis erat, exigere. est enim habenda ratio periculorum, laborum, & expensarum, quæ in seruandis mercibus erant faciendæ

facienda multum nanique interest inter habere, & prope esse, & inter lucram in potentia, & in actu.

*I. Dubium. Licebitne quando venditur frumentum indeterminato precio statuere, ut eo precio, quo carius valebit in toto mense Maij solvantur?*

### CONCLUSIO.

Talis contractus esset iniquus, quia fors vendentis in tuto collocaretur. deberet enim determinari dies solutionis, vel essent constituenda tres nūdinae, & sortiendum, quæ illarum esset eligenda, vel esset arbitris committendum.

### CONCLUSIO.

Potest, qui erat seruaturus merces, & ob hoc carius illas vendit, ut in casu. 3 & 4. conclu. non solum pecunia credita, verum etiam numerata carius vendere. Et ratio est, quia causa, ob quam licet carius vendere, non est terminus solutionis, sed est seruare creditorem indemne. quia si seruasset merces, ut erat illi cordi, plus esset lucraturus. est autem hoc loco animaduertendum ut venditor precibus amici, & charitate compellatur. nam si ipse se offerat, maximam usuræ speciem insinuat.

*So. art. 1. III. Diffi. Empior, qui anticipata solutione minus iusto precio emit, ubi supra teneturne ad restitutionem?*

*ad xl. Ri.* Dux sunt opiniones Soto affirmat talem contractum nullum art. q. 5. lā habere usuræ rationem. S. T. tenet oppositum, quem Gab. & Med. ubi Med. sequuntur.

*supr. 2. 2.*

### CONCLUSIO.

*q. 78. ar. 2. ad 7.* Vilis ratione anticipatæ solutionis emere usura est. ratio. ne enim mutui palliati aliquid ultra sortem recipitur, quia ista *Gabr. q. æquipollent, accipe 10. ut reddas post duos menses 12. & accipias 11. d. 15. pe 10. ut post duos menses pondus lanæ valens 12. reddas.*

### CONCLUSIO.

Ratione damni emergētis, aut lucri cessantis potest emptor vilis anticipata pecunia emere, ut si consumpturus erat illam pecuniam in aliis mercibus. ex quibus lucrum sperabat, & rogatus à venditore emat. Ratio est, nam, ut venditor ratione damni emergentis, aut lucri cessantis potest carius pecunia credita, quam numerata vendere, ita & emptor emere.

*Medi. & III. Diffi. Licet emptori vilis emere obligationes, & debita post aliud tempus soluenda?*

*Supra.*

Caiet. partem affirmantem tenet. Contrariam defendit Med. cui subscripsit Soto.

CON-

## CONCLUSIO.

Debitor non potest redimere debitum vilius post annū solvendum ratione anticipatæ solutionis, bene tamen ratione lucri cessantis. v. g. debeo tibi 100. post annum solvenda. nō licet mihi dicere accipe 90. & 100. dimitte. quia est vsura. est enim illa anticipata solutio habens rationem mutui, ratione tamen lucri cessantis poterit, vt si erat illis 90. lucraturus 10. & quia rogatur à creditore, vt redimat vilius debitum, illa lucrari desinit,

## CONCLUSIO.

Quando debitum est omnino certum, & apud fidelem debitorem vilius obligationem emere ratione anticipatæ solutionis haud licet. Ratio est, quia talis emptio æquiualeat mutuo, in quo aliqui d' ultra sortem accipitur, & est vsura palliata. Nam illa obligatio est pecunia æstimabilis.

## CONCLUSIO.

Si debitum est incertum, vel debitor fugitiuus, vel est difficilissima solutio, neque totum speratur recipiendum, licitum est vilius anticipatā pecunia emere. Ratio est, quia tunc emptor suū lucrum in tuto non constituit. vsu venire namque potest, vt nō totum debitum, sed partem duntaxat recipiat, atque ita ratione huius dubij poterit vilius emere.

Hinc, licebit emere vilius debita bonorum confiscatorum, quæ dicuntur *(bonas de Camara.)* Ratio est, quia hæc debita rarissime integra solvuntur, nisi emptor fuerit prætor, quoniam tunc debitum est certissimum, cum sibi facile bona confiscanda applicare possit.

A P-  
P E N.

*V. Diffi. Licetne alicui mutuare pecuniam palliata venditione sub forma sequenti?*

V. G. petis à me 100. sub vsuris, & polliceris 10. ultra 100. ego verò timens ne, vt fœnerator ab Ecclesia condemner, fingo vsuram hoc modo, tu, qui petis mutuo, habes 50. oues, & verè non habes. fiat ita contractus, tu vendis mihi oues 10. ducatis, hac lege vt post 4. menses tenearis mihi reddere has oues integras, aut pretium datum, hactenus non est iniustitia, sed mendaciū. præterea adiungitur cōtractui falsæ venditionis alius cōtractus fictæ locationis, in quo est vsura. v. g. ego, qui emi à te oues, easdem tibi pro 12. ducatis statim dandis, aut pro tantis, hædis per 4. menses loco hic est facus vsurarum, & dolus manifestus sub prætextu fictæ venditionis. si quidē tempore solutionis debitor reddit vsurario ultra capitale locationis fictæ pretiū

manifestior est hæc iniustitia, atque vsura, quam, vt probatione aliqua indigeat. quod si contractus esset verus, solum esset iniustitia in hoc, quod oues essent seruandæ integræ, cum deberent potius Domino rei perire, sed de his alibi. quando verò est venditio ficta, est contractus vsurarius, quia æquiualeat huic. l. mutuo tibi 20. vt mihi 22. post 4. mense reddas.

Alia est forma huius vsuræ palliatæ quando nõ est ficta, sed vera venditio, verum cum pacto retrouendendi. fitque, hac ratione, tu habes 100. oues, quas ego emo à te 50. ducatis, quos statim soluo, hactenus non est vsura, additur præterea, verum hac lege fiat emptio, vt stipendio aliquo cõstituto, scilicet, 10. ducatorum tenearis tu seruare per 4. menses has meas oues integras, & pascere, hactenus nulla est vsura, nisi forte renueuo, de quo infra. Præterea apponitur alia conditio, scilicet, vt fructus ouium, vt lana, caseus, hædi, sint fœneratoris, neque hic est vsura. Quia cum fœnerator sit Dominus ouium, illarum fructus recipere potest. Ad hæc adiungitur contractui, vt post 4. menses tenearis tu redimere has oues eodem pretio, quo à te illas emit. hæc est vsura manifesta, mutuo æquiualens. quia post 4. menses redditur sub obligatione pretium acceptum, & augetur fructus lanarum, & casei, atque hædorum qui fructus valent 20. nummos aureos, aut plures.

*V I. Diffi. An emens moatras sit vere vsurarius?*

Moatra est venditio vera, & venditio rei eiusdem, vel est venditio vera, & cum pacto de statim retrouendendo, ne, scilicet, fiat contractus vsuræ manifestæ.

PROPOSITIO.

Si præcessit pactum expressum retrouendendi, aut si non præcessit, sed mercator hoc insinuauit, signum est fieri in fraudem vsurarum.

PROPOSITIO.

Quando mercator nullo modo venderet suas merces pecunia credita, nisi expectaret emptorem esse statim illas merces reuenditurum, tunc sit vsura perinde enim est, ac si mutuarem tibi 50. & 60. redderes.

PROPOSITIO.

Si talis venditio non fiat in fraudem vsurarum, quia tu non mihi pecuniã mutuatã, & etiam si petisses, non habebã fœnerandi animum, scio tamen te emere has merces pecunia credita, vt statim illas vilius pecunia numerata vendas, non erit vsura, si tu es illas alteri vilius venditurus, & mihi vendas.

VII. Diff. An qui emit rem vilius pecunia anticipata aliqua publica auctione, sit vsurarius? *Med. ibi.*

Hic casus contingit passim in partibus maritimis, maxime in regno Galleciæ, vbi mense Ianuarij voce præconis venduntur pisces, mense Nouembris capiendi, dum modo statim fiat solutio. Quia ratione pisces multo vilius videntur, quia solutio anticipatur, quidam fieri posse affirmant.

### CONCLUSIO.

Quando res vilius pecunia anticipata, siue priuatim, siue in publica auctione venditur, contractus est vsurarius, si emptor spem suam in tuto ponat dicens, dabis dragma argentea minus, quam in publica auctione, tunc valebit. Ratio est, quia licet res sit vilior, quando venditur in publica auctione, publica tamen auctio naturam contractus non mutat, & cum contractus ille ratione anticipatæ solutionis, vt supra diximus, sit vsurarius, ex natura sua per publicam auctiõnem eius vsura non tollitur. Nam, vt venditio carior in publica auctiõne pecunia credita, habet rationem mutui, ita, & vilior emptio ratione anticipatæ solutionis.

Hinc, emens, fructus vinearum, siue segetes sequentis, aut præsentis anni vilius, quam æstimantur hæc valitura, quia anticipatur solutio, est vsurarius ob rationem dictam, nisi taxetur pretium, quod valebat merces tempore solutionis, quia licet postea plus valeant, non erit vsura, quia emens non posuit spem in tuto ac lucrum, poterat enim vilius valere, & nisi emens charitate, & precibus à venditore compulsus emat, qui pecuniam in aliis mercibus erat expensurus. Nam tunc ratione lucris cessantis licebit.

### CONCLUSIO.

Si neuter contrahentium spem suam in tuto constituat, integrum erit pecunia anticipata vilius emere piscatum, quam sit tempore traditionis valiturum, propter euentus incertitudinẽ.

VIII. Diff. Eritne vsura accipere fructus rei emptæ ante pretij solutionem?

Canonistæ in cap. Conquestus de vsuris, & Syluest. verbo vsura §. 10.

### CONCLUSIO.

Quando venditur res absolute, si ante solutionem pretij emptori tradatur, emptor fructus, si fuerit in mora, restituere tenetur, si tamen hac lege fuerit res tradita, vt si intra terminum certum non soluerit, fructus suos non faciat. Aliter

vero minime. Et ita intelligitur tex. in l. curavit ca. de pactionib. emptionibus, & venditionibus. Et est glossæ in ca. Conquestus citato. Et per moram intellige, non solum quando termino prefixo. verum etiam quando post monitionem debitum non soluitur, incidit enim tunc debitor in pœnam appositam, & iure optimo venditor exigit ab emptore fructus perceptos ratione pœnæ conuentionalis.

## CONCLUSIO.

Quando non fuit apposita pœna conuentionalis, fructus perceptos soluere non tenetur, licet ad dñm emergens, aut lucrum cessans refarciendum obligetur. nam tunc ex culpa emptoris venditor damnificatur. quod intellige, si est in mora ex culpa sua, & non aliter.

*II. Dubium. Quid si venditor recipit pretium, & non tradidit rem?*

## CONCLUSIO.

Rem, & fructus perceptos restituere tenetur. quia recipit fructus rei subiectæ restitutioni, quæ quamuis sit sua ante traditionem tamen, quoniam cum aliena iactura locupletatus, ad fructus restituendos tenetur.

*III. Dubium. Quid si non totum, sed partem pretij recipit?*

## CONCLUSIO.

Si venditio fuit condicionalis, vt non teneretur tradere rem, donec integrum pretium solueretur, iuste retinet fructus. Quia ex voluntate emptoris tunc retinet.

## CONCLUSIO.

Si autem venditio fuit absoluta, tenetur pro rata pretij soluti fructus soluere. Quia res illa vendita est restitutioni pro rata obnoxia.

*IX. Diffi. An emptio cum pacto de retrovendendo, fructibus in sortem non computatis, sit usuraria?*

V. g. vendo tibi fundum singulis annis ferentem fructum decem ducatorum hac conditione, vt tenearis mihi reddere, quando cunque tibi pretium solvam, accidit post 10. annos, vt ego fundum redimam, recepisti tu interim deductis expensis 100, ducatos ex fructibus. est dubium, an tenearis illos in sortem computare.

R. Contractus est licitus, & emptor non tenetur, ad cõputandum fructus in pretium tempore reuenditionis.

Gabr. d.

15. q. 11.

Syluester.

verbo vsu.

f. 1. 2. §. 12

IIII. *Dubium. Quibus conditionibus huiusmodi  
contractus fieri debet, vt vsura speciem  
non habeat,*

## CONCLUSIO.

Contractus emptionis cum pacto de retrouendendo eadem rem tempore definito, aut indefinito licitus est, & emptor fructus suos facit. Definita est expresse in l. si fundum c. de iactis inter emptorem, & venditorem compositis. tunc etiam, quia ibi nulla interuenit, iniustitia; cum ta venditor, quam emptor, sine alterius partis detrimento lucrum consequatur.

## CONCLUSIO.

Quando deducitur in pactum, vt res pereat periculo venditoris, & non emptoris, tunc est vsura palliata: vt si dicat emptor, si res perierit ante tuam redemptionem, teneberis mihi pretium tibi datum restituere, est enim mutuum palliatum. nam secundum ius naturæ res empta perit emptori, cum sit iam sua.

## CONCLUSIO.

Si emptor habeat animum mutuandi dumtaxat, & vocat illam emptionem: vt fructus ultra sortem recipiat, tunc vsuram committit. est enim in fraudem vsurarum.

## CONCLUSIO.

Neque erit talis contractus licitus, quando res pretio iniusto emitur, vt si fundum valentem 1000. ducatos aliquis 500. cum pacto de retrouendendo emat. censeretur enim contractus pignoris potius, quam emptionis, estq. hic casus expresse definitus in c. Ad nostram. de emptione, & venditione.

## CONCLUSIO.

Res empta cum pacto de retrouendendo minus valet, quam si absolute venderetur propter onus emptori impositum, scilicet, vt illa reuendere tempore præfinito teneatur, vel quando vendenti illa redimere placuerit. quia illa obligatio reuendendi est in fauorem vendentis, & ratione illius vilis, quam si absolute venderetur, emi potest, non tamen hac de causa pretium infra dimidium extenuare licebit: vt in ca. Ad nostram citato habetur, sed erit pretium ad arbitrium boni viri extenuandum.

## CONCLUSIO.

Neque erit prædictus contractus emptionis licitus, si fiat cum pacto, ne possit redimi vsque ad quinquennium, aut certum aliquod tempus, quia constituit lucrum in tuto, & significat

significat loco vsurarum, saltem velle fructus duorum annorū, nisi ista temporis determinatio fiat aliqua bona fide, vel nisi solverit iustum pretium. in hac enim non fit iniuria venditori. quia iuste emit, & iusto pretio, & res est sua, atque ita poterit deducere in pactum ne illam rem, nisi post annos reuēdere teneatur.

Sol. lib. 6. c.  
ar. 2. Me.  
q. 38.

Art. III. De vsura commissa ratione pignoris. An possit habens fundum sub pignore, in aliquo casu fructus pignoris ultra sortem recipere?

### CONCLUSIO.

Qui tale pignus recipit ratione mutui, fructus in sortem computare tenetur. Definita est expresse in c. conquestus. de vsuris. Et ratio est. quia cum pignus sit alienum, ex aliena re fructum capere non licet.

A P-  
P E N. Hinc, omnes habentes res mobiles in pignus: vt pallium &c. ratione mutui, illis vtendo peccant, & illarum detrimentum restituere tenentur.

### CONCLUSIO.

Quādo in pignus res immobilis, & fructifera traditur, melius est: at mutuante cum pacto de retrouendendo ematur, quam, vt loco pignoris accipiat. Quia si empta fuerit, dum non redimitur fructus suos facit.

### CONCLUSIO.

Quando pignus est feudum mutuātis potest fructus retinere non computando illos in sortem. Ratio est, quia non recipit tūc fructus ex alieno, sed ex suo: siquidem illius rei dominum directum habet.

Soto &  
Medi. vbi  
supra.

Art. IIII. De vsura ratione locationis, & conductionis, an liceat locare alteri iumenta, aut boues subse-  
quenti forma?

V. G. accipe bouem cōductum ad colendum agrum quatuor ducatis hac lege, & conditione, vt alium bouem eiusdem ætatis, cuius est modo hic, reddas.

### CONCLUSIO.

Se. ar. 4. Contractus est proculdubio vsurarius, & tales negociatores & Medi. Hispanicè (renoueros) vocātur. quia ultra sortem exigunt, vt bo-  
vbi supr. ues, & iumenta, quæ conduxerunt, renouentur, estque contra-  
Ris. ar. 5. ctus hic æquiualens contractui mutui. perinde enim est, ac si di-  
q. 6. 2. 2. ceret, accipe bouem mutuatum vt alium maioris pretij, & valo  
q. 72. ar. ris reddas.

3. & 5.

Art. V.

Ar. V. An vsurarius pecunia fœnoris Dominium  
acquirat?

Cai. in tractatu de vsura quæstione I. tres citat opiniones, quarum prima est affirmans. Secunda, & contraria est. S. Tho. D. bono. Tertia est media, quæ tenet transferri Dominium, quando vsura in rebus, quæ vsu consumuntur, soluitur, non autem si in rebus quæ non vsu consumuntur soluantur.

Hic liberandus est Scotus à calumnia illi imposita, quia interrogandum, An vsurarius teneatur ad restitutionem, ait, videtur, quod vsurarius non tenetur, quia dans vsuras transfert Dominium ergo alius, scilicet vsurarius non tenetur ad restitutionem. Quia non habet alienum. R. etsi transferat dominium, tamen recipiens tenetur ad restitutionem. sicut enim mutuis datione trās fertur, & tamen debito tenetur restituere creditori. ex hoc loco male colligunt aduersarij Scoti sententiam. quia ipse solum negat. sequi transferatur Dominium, ergo vsurarius non tenetur ad restitutionem. Et qui negat sequi, non est visus concedere antecedens, sed solum permittere, vt transeat, non curando, sitne verum, an non, quid? quod Scotus potius tenet vsurarium pecuniæ fœnebris non acquirere Dominium. Nam vbi supra ar. 4. ita ait, fœnerator non tenetur reddere lucrum acquisitum ex pecunia fœnebris. alioquin ille, qui reciperet, posset iustè esse vsurarius. qui accipere fructum de sua pecunia prouenientem per industriam alterius, quod est facere vsuras, vides quam apertè insinat Scotus pecuniam fœnebrem esse suam, id est, soluentis vsuram, & non fœneratoris.

Scot. libera-  
tur.

CONCLUSIO.

Vsurarius neque pecuniæ, neque cuiuscunque alterius rei per vsuras acquisitæ comparat Dominium. Ratio est, quia dans non liberè dat, sed inuitus, & ad translationem dominij requiritur libertas. Est quoque definita in c. debita res. de iure iurando,

*LDiffic. Habebitne vsurarius dominium eorum, quæ  
pecunia vsuraria emittit?*

Ric. *ibid.*  
d. 15, q. 2  
ar. 3. Ad.  
in q. dev-

Scotus vbi supra partem affirmantem tenet. Et ratio illius est, quia pecunia non facit fructum, sed industria negociantis, scilicet, vsurarij, atque ita fructus campi pecunia aliena comparati non erunt restituendi. satis enim est pecuniam restituere, & câ-  
pum retinere.

*fura Med.*  
& *So. loco*  
*citato. S.*  
*Tho. 2. 2.*  
*q. 78. ar.*

II. Diffic. 3.

II. *Diffic. Qui vendunt aliquid usurario, vel ab illo emunt, tenentur ne usurarij creditoribus facere restitutionem?*

## C O N C L U S I O.

Qui emit ab usurario, eandem rem numero, quæ data est illi titulo usura, creditoribus usurarij, etiam cum fructibus, seclusis tamen propria industria acquisitis, restituere tenetur, nam, ut supra diximus, usurarius non habet dominium illius rei. & ideo qui illam ab usurario emit, tenebitur cum fructibus, vero Domino restituere.

## C O N C L U S I O.

Emens ab usurario rem aliquam, cuius ratione usurarius omnino impotens efficitur ad restituendum usuras, tenetur tunc emens ad restitutionem. Et ratio est, quia cum ille contractus impediat restitutionem, efficitur criminis usurarij particeps.

Hinc, ducens in uxorem usurarij filiam, si impotentes ad restituendum propter dotem efficiatur, ad restituendam dotem obligatur perinde accipiens eleemosynam ab usurario, & necessaria victui, aut vestitui: similiter vendens usurario victui, aut vestitui: similiter vendens usurario victui, & vestitui necessaria ad pretij accepti restitutionem tenetur. eodem etiam modo, & famuli, & mercenarij ab usurario stipendium recipientes. Et ratio horum omnium est, quia cum ab usurario accipiant pecuniam, & nihil illi ratione pecuniæ acceptæ, quo possit creditoribus satisfacere conferant, certissimum est usurarium effici minus potentem ad restitutionem. Cuius quidem impotentia, cum fuerint contrahentes causa, erunt profecto restitutioni obnoxij.

Ri. ubi supra, Med. & So. ubi supra.

III. *Diffic. An heredes usurarij ad restitutionem teneantur?*

## C O N C L U S I O.

Tenentur quidem quia testamenta usuraria sunt ipso iure nulla: ut constat de usuris in 6.

III. *Diffic. Ten n urne heredes in solidum omnes usuras restituere an quilibet pro rata,*

## C O N C L U S I O.

Quilibet tenetur ad tantam restitutionem faciendam, quanta fuerit hæreditas, quam sortitus est. & idem est iudicium de legatario. Et ratio est, quia, cum omnia bona defuncti sint creditoribus obligata, quilibet, ad quem aliquod bonum pervenit, in solidum restituere, & uno restituente, cæteri pro rata illi satisfacere tenentur.

# QUESTIO DE DONATIONIBVS.

239

Medin 9.

23. vsque

ad 28.

Art. I. *Quid nam est Donatio & quotuplex?*

## PROPOSITIO.

Donatio propriè dicitur, cum quis ea mente dat vt statim accipientis fieri, nec vilo casu ad se reuerti velit, quæ solum fit ad liberalitatem, & magnificentiam exercendam. hæc non aliter, quam ex Etymologia nominis confirmatur.

## PROPOSITIO.

Donatio quadruplex est. Vna absoluta, quando absolute dicitur, hanc rem tibi dono. Secunda conditionalis, quando conditio si, apponitur. Tertia Modalis, quando dictio (vt) ponitur. Vltima causalis, in qua dictio (quia) proponitur, vt si quis dicat, quia mihi egenti adiumento fuisti, tibi 100. dono, quæ potius remuneratio appellanda est.

I. *Diffic.* *Donatio absoluta ultra quantitatem à lege statutam estne valida?*

## CONCLUSIO.

Donatio omnium bonorum in foro cōsciētiae valebit, & qui possidet ad restitutionem non tenebitur. Ratio est, quia nihil tã naturale est, quam, vt dominia in alios a voluntate proprii Domini transferantur. præsertim, quando huiusmodi translatio à lege in foro conscientiae non impeditur. & Lex Tauri solum prohibet formam, contractus in foro exteriori, non autem in foro animæ: vt constat ex consuetudine, quæ est optima legum interpres. nullus enim restitutionem fieri ab illo, qui bona omnia alterius per donationem accepit, iussit.

II. *Diffic.* *An donatio facta per metum valeat?*

Dux sunt opiniones. Prima Pano. in c. Abbas affirmantis talem donationem valere, sed postea per iudicem esse irritandam. Secunda opinio est Almaym d. 15. qui negat valere.

## CONCLUSIO.

Donatio per quemcunque metum facta est in conscientia nulla. Ratio est, quia donatio debet esse libera. Ita enim plerumque extenuat libertatem metus mediocris, aut minimus, atque metus cadens in virum constantem. si quidem cessante illo metu, qui donat, non donaret. oppositum tenent omnes Theologi, atque Canonistæ affirmantes solum esse nullam donationem, quando metu cadente in constantem virum fit.

CON

Q V Æ S T I O.  
C O N C L U S I O.

Qui metu compulsus donauit, & iuramento firmauit, iuramentum adimplere tenetur, & ille, cui facta est donatio vel remittere, si nondum accepit, vel restituere, si accepit, tenetur. Definita est in cap. primo de iureiurando ubi ratione iuramenti debitor, ad soluendas vsuras compellitur.

III. Diff. *An donatio facta solo interiori voluntatis actu sit in conscientia valida?*

C O N C L U S I O.

Quando consensus expressus vtriusque partis non interuenit, donatio est nulla. Ratio est, quia donatio est, contractus, & contractus est attractio voluntatis vtriusque partis. hic autem non fit talis attractio. Quia non acceptatur.

A P-  
P E N. Hinc, nulla erit donatio per scripturam, & coram testibus absenti facta, si antequam acceptetur, reuocetur, deficit enim mutua voluntas vtriusque partis, quæ ad donationem desideratur.

IIII. Diffic. *An donatio facta meretrici ab amante sit valida?*

C O N C L U S I O.

Valida est, nisi nimio amore amans rationis usum amiserit. Ratio est, quia amor non aufert libertatem, quemadmodum metus, propterea quod, amor à voluntate profiscitur, metus autem siue timor ab extrinseco contra voluntatem infligitur.

V. Diffic. *Valetne donatio sub conditione facta conditione non existente?*

Animaduertendum est primum, valere donationem presentem in testamento factam secundum ius ciuile, etiam vno ex quatuor conditionibus sequentibus non adimpleta, scilicet si fuerit cōditio impossibilis: vt si testator dixerit lego Petro 100. si cælum digito tetigerit, vel secundo si fuerit turpis, vt si fecerit tale peccatum, aut tertio si fuerit matrimonium impediens, vt si nō nupserit, aut quarto, si fuerit impeditiua alterius maioris boni: vt si dicat, lego centum, si religionem nō ingrediatur. Ratio est, quia huiusmodi conditiones in iure pro non appositis habentur.

C O N C L U S I O.

In foro exteriori donatio facta sub conditione aliqua ex iis quatuor per testamentum, etiam non existente conditione valet. Definita est in c. fina. & in cap. verum de conditionibus appositis.

## CONCLUSIO.

In foro conscientie donatio sub conditione aliqua ex his quatuor facta conditione non existente non valet, quando colligitur voluntatem testatoris fuisse: vt conditio adimpleretur. Ratio est, quia deficiente conditione, deficit donantis voluntas.

Est tamen limitanda conclusio, nisi ille, qui donauit voluerit, vt eius donatio secundum ius civile intelligeretur cognoscatur, autem non fuisse testatoris voluntatem, si fuerit literatus. nonit enim ipse testamentum secundum predictas leges esse interpretandum. Limitatio

## CONCLUSIO.

Iudex in foro exteriori inique facere proferendo sententiam contra donantem non impleta conditione vna ex quatuor positis, si insinuauerit testator se noluisse valere donationem, nisi conditione adimpleta. Ratio est, quia iam esset presumptio legis.

## CONCLUSIO.

Quando qui donat est bene iuris civilis conscius, etiam conditione vna ex illis quatuor posita non existente, donatio valebit. Quia visus est secundum iuris formam donare.

*VI. Diffi. An valeat donatio casualis, causa non subsequuta, & modalis, modo non subsequuto?*

## CONCLUSIO.

Quando donatio casualis, est inter viuos, causa non subsequuta, intentio donantis est omnino consulenda, & idem dicendum est de modali, modo non subsequuto, vt si quis dicat, dono tibi rem hanc, quia recte mea negotia gessisti. si non ita factum fuerit, donantis intentio erit consulenda. Ratio est, quia tunc tolletur omni scrupulus. alioqui enim nunquam retinens donum, bona fide possidebit. Nam ager contra conscientiam, cum sit dubius, a qua dubitatione liberari non poterit, nisi per consultationem.

## CONCLUSIO.

Si causa, vel modus donantis non fuerit expressus, sed presumptus, nihilominus, vel reddere acceptum, vel donantis intentionem consulere tenetur. Et ratio est, quia aliter mala fide retinebit.

Hinc, puella, quæ accepit munuscula: vt alliceretur, si non confenserit turpitudini donantis, ad restitutionem tenetur, quia de licit voluntas donantis.

QVÆSTIO  
CONCLUSIO.

Quando res, ob causam præsentem donatur, & causa nõ existente accipitur, accipiens tenetur ad restitutionem. Quia deficit voluntas dantis, quæ est donationis radix.

Hinc, accipiens Eleemosynam facta paupertate, est restitutioni obnoxius.

CONCLUSIO.

Si donatio fuerit in testamento, dispositioni iuris standum est, nisi aliunde testatoris voluntas constet. quia leges disponentes legata conditionalia, causa siue modo, siue conditione. non subsequuta quando contrarium testator non expressit, fundatur in præsumptione. quia præsumunt, quod si aliud testator voluisset, expressisset.

VII. *Dis. An valeat donatio modalis alicui facta, vt faciat, quod ratione iustitiæ, vel charitatis facere tenebatur?*

CONCLUSIO.

Quando opus est gratis debitum peccat mortaliter, qui munera, siue pecuniam accepit pro opere præstando, & ad restitutionem tenetur. Ratio est, quia dans non gratis, & volens, sed inuitus, & ad redimendam vexationem dat.

A P-  
P E N. Hinc, consularij regis iustitiæ ministri stipendiarij, si quid ultra stipendium accipiant pro administratione iustitiæ, ad restitutionem tenentur. idem est de reliquis ministris inferioribus iudicium.

A P-  
P E N. Hinc, Sacerdotes quando gratis tenentur sacramenta administrare, & pro administratione quicquam recipiunt, ad illius restitutionem tenentur. Constat ex Cano. non sanat 14. q. 5. datur enim eleemosyna plus solita ad redimendam vexationem. ideo caueant Sacerdotes libentiùs confessiones offerentium pecunias, quam non offerentium audientes.

Hinc, recipiens donum, vt ab opere illicito. v.g. ab homicidio. & abstineat, ad restitutionem tenetur.

CONCLUSIO.

Pro opere debito ex præcepto recte pecunia exigitur, quæ operanti à lege statuitur. Dignus enim est operarius mercè de sua.

Hinc, Sacerdos pro administratione sacramentorũ decimas, & medicus pro curandis infirmis, quos ex præcepto (si non esset alius Medicus) curare teneretur, aliquid exigere poterit, atq; etiam testis non pro testimonio dicendo, sed quia aliquid eius causa consumpsit, & lucrari poterat.

CON-

Pro opere, siue ex iustitia, aut charitate, vel ex precepto debito, aut pro opere supererogationis licebit pecuniam dare, & recipere non animo vtendi, aut emendi illud opus, sed inducendi alium ad tale opus exercendum. Colligitur expresse ex c. Quapro 2. q. 2. & ex Cap. & si quaestiones. de symonia.

Hinc, Episcopus, cui datur aliquid; vt libentius digniori faueat, & Index, cui munus tribuitur, non ad redimendam vexationem, quia vir bonus censetur, sed vt facilius, & libentius bene iudicet, & testis, cui eadem ratione aliquid datur, ad restitutionem minime tenetur, quia dans non inuitus dat, neque symonia aliqua committitur.

VIII. Dif. *An qui accepit donum ob turpem in causam, & qui promisit, causa turpi subsequeuta, promissum adimplere teneatur?*

CONCLUSIO.

Si conditio nondum est completa, promittens contractum rescindere tenetur. Ait enim Isidorus, in malis rescinde fidem, in turpi voto, muta decretum. tenetur enim impedire flagitium committendum, quod nisi rescindendo contractum impediri non potest.

CONCLUSIO

Flagitio iam commisso, promittens pecuniam pro illo committendo, promissum soluere tenetur. Constat ex Cap. debitores de iureiurando. lege quaestione. de voto.

CONCLUSIO.

Qui accipit pecuniam pro flagitio commisso, illam restituere minime tenetur. Quia dans sponte dedit. De hac re supra.

X. Dif. *An qui promisit rem certam, quam ante traditionem aliquo modo alienauit, & quaeualens restituereteneatur?*

CONCLUSIO.

Qui promisit aliquid in specie, vt equum &c. tenetur, sub poena peccati mortalis adimplere promissum indiuiduum illius speciei, aut aequiualens reddendo. tenetur enim homo homini iure naturae fidem seruare, etiam non interueniente iuramento, & peccat promittens rem grauem, & non potens illam praestare.

XI. Dif. *Licetne pe. uniam accipere pro iniuria remissionem?*

CONCLUSIO.

Nequaquam licet. Nam remittere iniuriam est animum reddendi

dendi malum pro malo remittere. & cum talis remissio sit opus spirituale, effectus symonia pecuniam pro illa recipere debemus enim gratis delicta proximis remittere, quemadmodum nobis Deus condonat.

## CONCLUSIO.

Ab actione iniuriarum integrum est pro pecunia recedere. Constat ex Cano. si quis contractus dist. 40. & ex glossa ibidem. Nam qui iniuria affectus est, non tenetur damna illata in persona fama, aut fortuna remittere. Propterea quòd, lege diuina solum obligatur ad deponendum animum sumendi vindictam, aut reddendi pro malo malum. Difficillimum tamen est discernere, deposueritne vindictæ animum, quem quidem habet, si gaudet, vt aduersario similis iniuria inferatur.

Me. q. 16.

17. &amp; 18.

QVÆSTIO DE PRÆSCRIPTIO-  
NIBVS.

## Art. I. Quidnam est Præscriptio?

## CONCLUSIO.

Me. q. 16.

So. li. 4. §.

arti. 4.

Præscriptio est dominium acquisitum auctoritate legis post temporis spatium à lege permissum. hæc Conclusio, quæ continet præscriptionis definitionem, intelligitur facile positus, his quæ ad legitimam præscriptionem desiderantur, quæ quidem sequentibus propositionibus comprehenduntur.

## PROPOSITIO.

Ad legitimam præscriptionem continua possessio rei præscribendæ per totum tempus, à lege decretum est necessaria, vt si lex decennium statuatur, illam continuis decem annis possidere debet.

A P-

P E N.

Hinc, qui finito quinquennio, rem alienaret, & postea per alium quinquennium possideret, non præscriberet.

## PROPOSITIO.

Est etiam necessaria bona fides in possidente, idest, vt toto tempore præscriptionis non sit rei alienæ conscius. Constat de regu. iur. in 6. quia possessor malæ fidei nunquam præscribit.

## PROPOSITIO.

Est quoque necessarius in præscribente titulus, idest, actus quo dominium transferri solet.

A P-

P E N.

Hinc, possidens rem inuentam, non præscribit. Quia detentio rei inuentæ nunquam transfert dominium.

Hinc,

Hinc, neque fur, aut latro præscribere potest. Propter eandem rationem. Vide glossam in capit. Si diligenti de præscriptionibus. A P.  
PEN.

## PROPOSITIO.

Est quarto necessarium, vt res præscribenda sit talis naturæ, vt à iure præscribi non prohibeatur. A P.  
PEN.

Hinc, subditus præscribere non potest contra Prælati obedientiam, vt in aliquo casu obedire non teneatur. A P.  
PEN.

Neque etiam, vt stipendium visitanti Episcopatum aliquis soluere non teneatur. vt constat ex capit. Cum ex officio de censibus. A P.  
PEN.

Tum nec potest quis præscribere, ne Ecclesiasticum interdictum seruare teneatur, vt definitum est in cap. Alma mater. de sententia excommunicationis in 6. A P.  
PEN.

Neque laicus ius patronatus, aut ius exigendi decimas (vt habetur in cap. Ante de præscriptionibus) præscribere potest. A P.  
PEN.

Neque limites vnius diocesis. ab alia præscribi possunt vt in cap. Super eo. De parochijs est definitum. A P.  
PEN.

Neque homo liber præscribi potest. Quia prohibetur. i 6. q. 3. Cano. Placuit. A P.  
PEN.

Neque publicæ res, vt viæ, plateæ &c. quia prohibentur lege præscriptio. C. de opere publico. A P.  
PEN.

Neque pensiones, vel tributa, quæ Principi Reipublicæ, aut ciuitati soluuntur. Ita definitur dicto Cano. Placuit. A P.  
PEN.

Neque res dotalis, aut pupillorum durante pupillari ætate, quæ est vsque ad 14. annum, aut bona minorum sine iuris solemnitate vendita, vel bona Ecclesiæ absque consensu Capituli alienata. Quia eorum alienatio à lege, & à iuræ præscribi prohibetur. A P.  
PEN.

Neque res, quæ à testatore alienari prohibetur. quia hoc ius vetat per textum, & glossam in lege. 1. C. de vsucapionibus pro emptore. A P.  
PEN.

Neque res possessa alieno nomine, vt commodata. quia quod alieno nomine retinetur, non vere possidetur. A P.  
PEN.

Neque res empta ab eo, cui est interdicta suorum bonorum administratio. Nam, vt res minorum præscribi non possunt, ita neque aliorum, quibus dantur curatores propter suarum rerum abusum. APPEN.

Neque currit præscriptio contra ignorantem. Quia non est in culpa, qui ignorat rem ab alio possessam esse suam, neque contra impeditum, vt contra excommunicatum cui non datur actio in iudicio, nisi fuerit in mora petendi absolutionem. Tandem A P.  
PEN.

A p-  
F E N.

Tandem neque qui præcario possidet, id est, ad preces veri Domini, nec debitor præscribere possunt: neque emphyteota, id est, qui emit agrum ad tempus per sua, aut filiorum vitam neque censuarius, qui per aliquod tempus pensionem non soluit: quia hi omnes non habent bonam fidem, cum sint rei alienæ conscij.

*I. Dubium. Quot modis præscriptio interruptitur.*

So. eodem  
an. Medi.  
q. 6.

R. Varius. Primò per malam fidem supervenientem ante præscriptionem finitam, vt habetur in cap. fin. de præscriptionibus. Secundò per litis contestationem, id est, per petitionem actoris in iudicio, & per responsum illius, contra quem agitur, & aliis modis apud Syluestrum.

So. ar. 4.  
estato.

*II. Dubium. Estne idem præscriptionum tempus?*

R. varia sunt tempora, est enim longum, vt annorum, inter præsentis 10 & 20. inter absentes, atque hoc contra laicos, & priuatas personas, &c. longissimum 40. annorum contra Ecclesiam, & contra Romanam Ecclesiam 100. annorum in his autem iuris periti sunt consulendi.

So. eodem  
loco.

*Art. II. An finita præscriptione legitima, si Dominus rei inueniantur, præscribens iure præscriptionis possit illam in foro conscientia retinere?*

Glossa in cap. Vigilanti. de præscriptionibus tres citat opiniones, quarum prima affirmat teneri ad restitutionem, quocumque tempore conscientia rei alienæ supervenerit.

Secunda opinio asserit possidentem teneri ad restitutionem, si titulo gratuito donationis possideat, non autem si titulo oneroso, scilicet, emptionis.

Tertia tenet absolutè, finita præscriptione cum bona fide esse tutum in conscientia, & ad restitutionem minimè teneri. quã sequitur Soto. Adrianus optimè distinguit. Nam, aut ille contra quem præscribitur, fuit negligens in recuperando sua bona, quia potuit, & illa recuperare destitit, aut fuit negligens, quia ignorabat rem suam esse apud alium, aut nesciebat apud quem esset vel aliqua iusta de causa sciens rem apud alium esse, recuperare, aut repetere non potuit.

**C O N C L U S I O.**

Quando creditor fuit negligens in repetendis suis bonis, & præscribens bona fide, & titulo habuit possessionem, tunc finito præscriptionis tempore, ad restitutionem non tenetur. hæc est Scoti, & Adr. & Syluest. vbi supra, qui dicit, esse omnium

nam Theologorum. Definita est expresse in cap. Sanctorum de præscriptionibus & in cap. Placuit 16. q. 3.

Hinc emens rem furtiuam bona fide, si per triginta annos illam possideat ad restitutionem non tenetur. Ita definitur in lege, Si aliena, de vsucapionibus perinde qui emit à minori, quæ maiorem esse arbitrabatur, vt colligitur ex tex. & glossa in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Idem dicendum est de illo, cui est res furtiua legata, si per 30. annos bona fide illam possideat. Ita habetur §. furtiuè instituto de vsucapionibus. Idem quoque iudicandum de hærede singulari in rebus furtiuis defuncto succedente.

Hinc, qui per tempus immemorabile decimas non soluit, ad restitutionem non tenetur. Quia potest illas præscribere, est tamen diligenter notandum Theologis, vt semper in his consultant. Iurisperitos, qui si dixerint in casu, de quo interrogantur, habere locum præscriptionem, tunc præscribens ad restitutionem non tenebitur. Sin minus, erit restitutioni obnoxius.

### CONCLUSIO.

Quando ille, contra quem præscribitur, toto præscriptionis tempore fuit impeditus, vel ignorantia, vel alio iusto impedimento, quominus rem suam apud alium retentam peteret, etiã finita præscriptione (si fuerit rei alienæ conscius) ad restitutionem suo Domino faciendam tenebitur. Patet: quia ratio, ob quam lex transfert Dominium in præscribentem est, ad puniendam negligentiam Domini, qui rem suam per longum tempus negligit, vt expresse in cap. Vigilanti, habetur, & cum in præsentia ratio legis cesset, cessare debet lex, præsertim pœnalis, hæc conclusio est Adria. vbi supra, & Medina. & Syluest. contra Soto hac distinctione.

#### I. Diffic. Possessor mala fidei, finita præscriptione, eritne in conscientia tutus?

Glossa in cap. finali de præscriptionibus, & Adr. in hac materia varias citant opiniones, quarum. Prima. dicit omnes leges ciuiles concedentes præscriptiones 30. aut 40. annorum, cum mala fide non esse per Cap. finale de præscriptionibus reuocatas. Secunda opinio est Pano. in Cap. finali citato afferentis leges omnes concedentes mala fidei præscriptionem, esse omnino per ius canonicum abrogatas. Tertia opinio est Medina, quæ dicit quo ad res quæ sunt apud præscribentem requiri bonam fidem in præscribente, & quantum ad hoc esse prædictas leges ciuiles reuocatas, non autem quantum

ad ius petendi, vel exigendi aliquod debitum, aut feruitutem, ut si quis statuto caueatur, ut debitum amittatur, si per triennium non petatur. Quarta opinio est. Adr. distinguens de mala fide, quam potest quis habere cum peccato, & sine peccato.

## C O N C L U S I O.

Ius Canonicum reuocans præscriptiones malæ fidei, leges ciuiles negantes in iudicio actione Domino rei præscriptæ nõ reuocat. Nam, cum leges illæ sint iustissime, quia puniunt negligentiam Domini, propterquam rerum dominia confunduntur, quod quidem in detrimentum Reipublice redundat, non erunt profecto per ius Canonicum reuocata.

## C O N C L U S I O.

Ius Canonicum malæ fidei præscriptionem reuocans, leges ciuiles transferetes dominium in malæ fidei possessorem abrogat. Nam quantum ad hoc leges illæ sunt iniustæ, & contra ius diuinum, & naturale. Iniquum enim est, ut conscius rei alienæ (iure Canonico hoc expresse prohibente, ut ex cap. finali citato constat) præscribat.

A P- Hinc, debitor vectigalium tenetur in conscientia restituere,  
P E N. quando quaestor vectigalium per triennium ab illo vectigalia petere neglexerit licet finito triennio in iudicio ratione præscriptionis conuinci non possit. quia est possessor malæ fidei. Perinde iudicandum est de Domino, a quo per negligentiam famulus stipendium non petuit.

So. ar. 4.  
vbi supr.

II. *Diffi. Poteritne aliquis præscribere rem  
alienam habens, dubiam  
conscientiam?*

*Dubius  
si.*

Dubius dicitur, qui est incertus, & habet argumenta in vtranque partem, quorum ratione neutri parti assensum præstat. glossa in cap. finali de præscriptionibus, & Panormit. cum glos. & Medi partem affirmantem tenent. Adr. in hoc tractatu partem negantem defendit.

## C O N C L U S I O.

Stante conscientia dubia sitne meum, an tuum, quod possideo, ad restitutionem non teneor. Nam, ut in pari causa turpitudinis melior est possidentis conditio, ita in præsentia.

## C O N C L U S I O.

Tenetur tamen, qui ita dubius est, omni modo possibili inuestigare veritatem. Alioqui enim habebit iam ignorantiam, quæ est culpabilis, quare, vel tenetur diuidere bona cum suo rivali, vel si fuerit incertus pauperibus dare.

C O N -

## CONCLUSIO.

Qui ita dubius est, possideatne alienum &c. durante conscientia dubia, præscribere non potest. Nam qui talem conscientiam habet, tenetur habere animum paratum ad restituendum alienum, etiam si post mille annos fuerit veritas comperta. & qui præscribit finito præscriptionis tempore ad restitutionem non tenetur.

*Dubium. An quando defunctus habuit malam fidem, scilicet, si rem furtiuam detinere, hæres illius præscribere possit?*

Soto, vbi supra, partem affirmantem tenet, nihilominus cū glossa in §. furtiuè instituta de vsucapionibus multos ibi text. adducendo dicendum est, talē hæredem, siue vniuersalem, siue particularem, nullo tempore præscribere posse, quantumcunque bonam habeat fidem. cæterum si hæres bonæ fidei rem furtiuam alteri vendat, emptor spatio 30. aut 40. annorum præscribere potest.

## PROPOSITIO.

Hæres autem bonæ fidei defuncto bonam fidem, siue titulum habenti, succedens præscribere potest. Quia ipse habet titulum hæreditatis. v.g. Defunctus bona fide possidebat rem alienam domi inuentam. hic non habet titulum, sed bonam fidem, quæ quidem res præscribitur ab hærede, cum titulum, & bonam fidem habeat. Hæc de præscriptionibus.

QVÆSTIO DE LUDI RE-  
STITVTIONE.

*Art. Vnicus. An qui lucratur pecuniam contra legis prohibitionem, ante iudicis sententiam ad restitutionem teneatur?*

Tres sunt opiniones. Prima Paluda. affirmantis teneri in conscientia, vel pauperibus, vel amittenti illam, restituere, quocunque ludo illam acquisierit: nisi sit ludus Reipublicæ utilis, vt est hastiludium. Secunda est S. Tho. asserentis ad restitutionem obligari, quando ludens lege prohibetur. Tertia est Alex. & Syl. qui docent ad nullam restitutionem teneri lucrantem ludo prohibito, demptis casibus infra exponendis.

## CONCLUSIO.

Lucrans pecuniam in ludo neque iure naturali, neque di-

Alex. Alē.

3. p. q. 86

m. 3. S. T.

2. 2. q. 32

Ri. ar. 5.

q. 8. Me.

q. 21. So.

li. 4. q. 5

Pater Al

cacer in

sua sum-

ma delos

megos.

uino ad restitutionem tenetur. neutro enim iure tenetur aliquis ad restitutionem, nisi propter iniustam acceptionem alieni, aut detentionem, quæ fit invito domino, & cum lucrans pecuniam in ludo non retineat illam invito Domino, ad nullam restitutionem tenebitur.

## C O N C L U S I O.

Neque iure canonico, aut civili aliquis ad restitutionem talis lucri obligatur. Quia leges prohibentes ludum, dominij translationem non prohibent: quemadmodum leges venditionem à minori factam impediunt. nam quædo lex prohibet dominij translationem, non imponit pœnam, quemadmodum lex Cano. imponit ludentibus: ut constat ex Cano. Episcopus 35. d. & in c. clerici de vita, & honestate clericorum.

## C O N C L U S I O.

Amittens pecuniam in ludo, illam in iudicio repetere potest, & lucrans damnatus à iudice, soluere tenebitur, constat per authenticam alienarum usus. C. de rescriptis. leges enim prohibentes ludum, amittentibus actionem in iudicio tribuunt.

*I. Dubium. In quibus casibus aliquis ad restitutionem pecunie ludo acquisitæ tenetur?*

R. in multis casibus, qui sequentibus propositionibus continentur.

## P R O P O S I T I O.

Tenetur quando ludens non est Dominus pecuniæ amissæ.

APPEN. Hinc, qui lucratur à filio familias, qui est in potestate patris, tenetur restituere. quia non est Dominus pecuniæ amissæ, nisi sit parua quantitas pecuniæ deperditæ, vel habeat patrem diuitem, vel ex voluntate patris luserit. Nam licet, non consenserit, consentire tamen tenetur, vel nisi sint bona castrensia, vel quasi castrensia. nam eorum Dominium habet.

APPEN. Hinc, qui lucratur pecuniam à seruo, siue à religioso, est quoque restitutioni obnoxius. quia nullus istorum Dominium bonorum Dominium bonorum habet.

## P R O P O S I T I O.

Si ludens habet dominium bonorum, est tamen eorum administratio sibi interdicta, non potest in ludo pecuniam amittere, & qui lucratur ad restitutionem tenetur. Ratio est, quia, ut non valet donatio, siue alienatio ab illo. per quemcunque aliū contractum facta, ita neque valebit alienatio facta per ludum.

APPEN. Hinc, qui à minore existente sub tutore, aut curatore lucratur, ad restitutionem tenebitur.

Perinde qui lucratur à coniugata, quia non habet admini- APPEN-  
strationem bonorum, sibi, & marito communium, neque etiam  
dotis. Ratio est, quia lex prohibet alienationem per istas per-  
sonas factam, nisi mediante auctoritate superioris curatoris,  
scilicet, aut tutoris, aut mariti, fiat alienatio.

Intelligendum hoc est, nisi paruitas materiæ excuset, aut mi- *Limitatio*  
lier, ultra dotem habeat aliquorum bonorum administrationem.  
illa enim in ludo amittere poterit.

Hinc, religiosi studentes, ut non possunt alienare bona ratio- APPEN-  
ne alimenti data, ita neque inter ludendum amittere.

### PROPOSITIO.

Quando persona, cui prohibetur alienatio, ut filius familias,  
aut minor pecuniam à collusore hoc ignorante lucratur, tene-  
tur ad restitutionem: non autem si collusor volens, ac lubens  
ad ludendum cum prohibito accesserit. Et ratio est, quia volen-  
ti, & consequenti non fit iniuria, tum etiam, quia filius familias  
non prohibetur dominium acquirere. hæc propositio est Gab.  
Sylve. Oppositum tenet Pater à Castro.

### PROPOSITIO.

Quando religiosus habet facultatem donandi certam pecu-  
niæ, aut rerum quantitatem, illam per ludum in alium trans-  
ferre poterit. Hæc est patris Alcoçet demptis tamen religiosi  
ordinis minorum, quorum Prælati non possunt facultatem alie-  
nandi concedere, etiam si inquit, intentio Prælati tacita fue-  
rit, ut per ludum talis pecuniæ quantitas non alienaretur. Op-  
posita opinio est etiam probabilis, quia religiosus non habet  
facultatem in alium dominum transferendi, siue vsum rei con-  
tra voluntatem tacitam, siue expressam Prælati, & nunquam ta-  
lis fuit Prælati voluntas, ut ludo illa pecunia alienaretur.

### PROPOSITIO.

Quando alter ludentium in ludo fraudem commisit quic-  
quid fraudulenter lucratus est restituere tenetur. Nam collusor  
intentionem transferendi dominium interveniente fraude nū-  
quam habuit, & si fraudem novisset ad ludum non accessisset.  
Committitur autem fraus, quoties leges inter ludentes consti-  
tutæ, non servantur.

II. *Dubium. Quid si alter ludentium sit  
peritissimus?*

DD. ubi  
supra.

### PROPOSITIO.

Si ambo sunt ignoti, quod peritissimus tunc lucratur, quan-  
diu imperitiam aduersarij ignorat, restituere non tenetur.

PRO-

Intellecta autem aduersarij imperitia, & se longè peritiorem intelligens, tenerur, aut à ludo recedere, vel tantam palmam aduersario concedere, quanta, vt par sit vtriusque conditio desideratur. Alioqui enim fraudulenter lucraretur. Nam equippollēt fraudem committere, & aduersarium scientia multo inferiorem, pecunia expoliare.

III. *Dubium. Quid si ambo antea se nouerant?*

## PROPOSITIO.

Si imperitus perito dixerit, age, quicquid lucratus fueris tibi condono, non tenebitur peritor ad restitutionem, volenti enim & consentienti, non fit iniustitia.

## PROPOSITIO.

Peritor restituere tenebitur, etiam si imperitus volēs, & sciēs ad ludum accedat, si non dixerit, tibi quicquid lucratus fueris, cōdonare, volo. quia cupiditas lucri excæcat illum, ne excessum peritiæ aduersarij animaduertat. tum etiam quia non vult trāsferri dominium, nisi seruatis ludi legibus, præsertim ludentiū æqualitate. hæc est opinio doctissimi Patris Frāncisci Alcozer. Opinio opposita est Medinæ, & ratio illius est, quia imperitus volens, & sciens aduersarij peritiam, & ad ludum accedens iuri suo renūciare videtur, & cū volenti & consentienti non fiat iniustitia, peritus non erit restitutioni obnoxius.

III. *Dubium. Qui inducit aliquem ad ludendum timore mortis, vel amissione alicuius boni temporalis, siue rubore aliquo, si lucretur, tenebitur collusori restituere?*

## CONCLUSIO.

Qui dicit alteri, ego te interficiam si mecum non luseris, vel non soluam pecuniam, quam lucratus es, vel coram aliis dixerit, si non luseris mecum, miserimus iudicaberis, ad restitutionem tenerur, quia deest libertas in inducto, quæ est potissima radix iustitiæ translationis. Hæc est S. Tho. & Calet. vbi supra S. Tho. & Syluest. & Patris à Castro de lege pœnali.

Cap. 21. V. *Dubium. Quid si ita inductus aliquid fuerit lucratus?*

R. Pater Alcozer defendit teneri ad restitutionem inducti. Et ratio est, quia, vt non potuit amittere, ita neque lucrari.

Contraria opinio est Peritissimi Sacræ Theologiæ apud D. Franciscum Salmanticæ prælectoris Patris Gaspari Vzeda, propterea quod, inquit, inducens liber ad ludendum accessit: ac proinde translatio per illum facta, in ludo valebit.

*VI. Dubium. Qui ludit pecunia credita tenebitur  
ad pecunie in ludo amissa restitutionem?*

Duæ sunt opiniones. Prima est Patris à Castro, & Sot. affir- *Soto ubi*  
mantium amittentes pecuniam creditam, non teneri in consci- *supra.*  
tia ad illius solutionem. Quia lege cautum est in Castella ne  
quis pecunia credita ludat, extra Castellam verò, ubi ius tantum  
cominune servatur ad restitutionem teneri. Hos sequitur Pater  
Alcozer ca. 30. & 31. in tractatu (dolos iuegos) Opinio tamen  
Adr. probabilior videtur.

## CONCLUSIO.

Nulla etiam lege prohibente ludum pecunia credita, amittens  
pecuniam est ad illius solutionem obligatus. Et ratio est, quia  
cum ludens pecunia credita, posset illam repetere coram iudice  
post solutionem factam, poterit quoque illam ratione mutua  
compensationis retinere, quamvis ratione promissi illam solue-  
re teneatur.

## PROPOSITIO.

Quando in regno Castellæ sunt bella milites tabulis, aut alea  
ludentes ad restitutionem tenentur. Cõstat ex lege prima tit.  
2. lib. 8. ordin. regal. Verum lex hæc solum obligat milites, & in  
regno Castellæ existentes quia leges curiæ Castellæ alia regna  
inuietissimo Regi nostro Philippo subiecta minimè obligant.

## PROPOSITIO.

In omnibus casibus, in quibus aliquis ad pecuniæ ludo acqui-  
sitæ restitutionem tenetur, obligantur etiam, qui talis ludi, &  
fraudis causa fuerunt,

Hinc, habens domum ad ludendum paratam, & alios ad lu- **APPEN.**  
dendum inuitans, si fraudis faciendæ, aut iã factæ conscius fue-  
rit, quicquid fraude acquisitum fuerit, restituere tenebitur, si ta-  
men fraudis faciendæ, aut iam factæ conscius fuerit.

Perinde etiam tenetur habes domum paratam ad ludendum, **APPEN.**  
¶ est causa vt filius familias, aut alius, qui alienare non potest,  
pecuniam amittat. Et ratio conclusionis est, quia non soleni ma-  
lefactor, verum etiam omnes, qui sunt damni causa, ad damnum  
reparandum tenentur, vt usurarius, & eius ministri, de  
quibus supra.

VII. *Dubium. Quid si aliqui contendant inter se. sitne aliquod factum, vel faciendum, aut quod hoc, aut illud eveniat, sub certa pecunia quantitati?*

Hoc genus ludi vulgo (apuestas) nominatur.

C O N C L U S I O .

Quod hoc genere ludi quis lucratur, restituere non tenetur, etiam si contentio de re illicita sit, verbi gratia, si vnus, dicat alteri, ne dicas patri verbum contumeliosum, alioquin, vel tu mihi, vel ego tibi 100. ducatos dabo. Et ratio est, quia quamuis res sit prohibita, pecuniæ tamen translatio voluntaria est, & nullo iure impedita, siue prohibita. Opinio opposita est probabilis admodum, quo illam Pater Alcozer defendit, vbi subiungit propositionem sequentem notatu dignissimam.

P R O P O S I T I O .

Si contentio super rem, alioquin licitam, sub pœna excommunicationis prohibeatur, quod tali contentione acquiritur, & retinetur, iure quidem acquiri, & retineri dicitur.

VIII. *Dubium. Quando lucrum ex ludo est restituendum, cui est facienda restitutio?*

R. supra in quæstione, cui sit facienda restitutio, huic dubio satisfacimus.

IX. *Dubium. Poteritne quis propria autoritate accipere rem collatoris, titulo re compensationis, & a petitione pecunie in iudicio abstrahere?*

Ad hoc licere opinatur. Soto lib. 4. de iustitia, & iure q. 5. vbi citat Adrianum, est dubius circa hanc rem.

P R O P O S I T I O .

Si aliquis titulo re compensationis occupasset bona lucrantis, vel debitum retinisset, non esset ei restitutio præcipienda. Quia potest eius factum iuxta probabilem Adriani opinionem defendi. Hæc de ludo.

Med. C.  
de resti.  
de sequen  
tibus diff.  
differit.

Q V Æ S T I O D E C A M B I I S .

Art. I. *Quid, & quotuplex est cambitum?*

Cambire est vnã rem cum alia siue eiusdem, siue alterius speciei permutare, Mercatorum tamen vsus fuit, vt nomine cambij, permutatio pecuniæ vnus generis promutatione pecuniæ alterius, siue eiusdem generis, sed alterius loci intelligatur.

C O N .

Cambium est permutatio pecuniæ pro pecunia statim reddenda, vel si reddatur post tempus in alium locum, non est habenda ratio solutionis propter temporis spatium, sed propter loci distantiam, vt si Valentia cambiatur pecunia. Romæ soluenda. Hæc est Cambij descriptio, qua per particulam statim reddenda, distinguitur à mutuo, in quo datur pecunia post aliquod temporis spatium reddenda, in cambio verò statim nisi loci distantia impediât, tuncque nulla, vt infra dicitur potest haberi temporis ratio. conueniunt autem mutuum & cambium, quod vterque contrahentium pecuniæ permutatæ in alium transfert dominium.

Varie sunt Cambij diuisiones, diuiditur enim in realem, & siccum, rursus in purum & mixtum; tertio in iustum, & in iniustum, & dubium. A Caie. 4. à Nauarro proponuntur septem cambiorum genera, ad quæ omnes cambiorum contractus siue iusti, siue iniusti reducuntur. quorum primum est per officium, secundum minutum, tertium per litteras, 4. per translationem realem, 5. ratione lucris cessantis, 6. depositarium, & 7. ratione permutationis, aut venditionis pecuniarum. Vltima diuisio, qua omnia hæc cambiorum genera comprehenduntur est, qua cambium diuiditur in cambium per officium, & per litteras, rursus cambium per litteras secatur in cambium ratione translationis pecuniæ ex vno loco in alium, vel ratione permutationis, & translationis simul.

*Art. II. An cambium per officium sit licitum?*

V. G. liceat ne habere mensuram paratam; vt omnibus indigentibus pecunia mutuari possit, hac lege, & conditione, vt tempore solutionis aliquid ultra sortem mutuanti reddatur.

Duæ sunt opiniones: Prima Dur. quem sequitur Medina, qui affirmat licere: huius sententiæ dicitur fuisse Scot. d. 15. q. 2. quod nec somniauit. Nam Scot. loquitur de negotiatione licita, quæ fit emendo, & vendendo in Reipub. nõ autem de cambiis, quæ ipse de vsuris verba faciens. damnauit.

Nauarro, arbitratur hoc licere autoritate Reipublicæ tantum. Opposita opinio est Caietani asserentis cambium per officium nullatenus esse licitum.

*Scot. liberatur.*

CONCLUSIO.

Cambium per officium, vt in titulo art. proponitur, nullo modo licitum est enim vsurarium, vt constat ex definitione vsuræ, quæ est, recipere aliquid ultra sortem ratione mutui, quod quidem ita est intrinsecè malum, vt nulla ratione sit licitum.

Med. vbi  
supra.

Art. III. An cambium per minutum sit licitum, in quo ratione permutatæ pecuniæ aliquid ultra sortem exigitur?

V. g. si detur à campfore moneta argentea pro aurea hac lege, vt sibi pro singulis aureis tria, aut 4 dipondia reddantur.

CONCLUSIO.

Tale cambium per minutum est licitum. Ratio est, quia permutatio pecuniæ est licita, & tale cambium est permutatio pecuniæ vnus generis pro pecunia alterius generis.

CONCLUSIO.

Integrum est campforibus ratione permutatæ pecuniæ aliquid ultra valorem pecuniæ, quam reddunt exigere, sunt enim ministri publici, Reipublicæ. hac in re seruietes, nam vt aliis mercatoribus fas est ratione laboris, & expensarum merces carius vendere, quam emerunt, ita etiam integrum erit campforibus ratione laboris & expensarum, quas consumunt in congregandis, & conseruandis pecuniis, aliquid ultra valorem pecuniarum quas reddunt exigere hoc idem quod licet campfori, publico, est etiam licitum cuiunque permutanti pecuniam. Ratio est, quia in hoc casu non est mutuum sed permutatio atque ita ratione laboris, vel alterius incommodi aliquid exigere licebit. Ita enim decretum est in quadam pragmatica regia. Oppositum tenet Cai. cauere tamen debent campfores, ne ratione permutationis, plus quam à lege statutum est, exigant.

Art. IIII. D. Cambio per literas

So. lib. 6. Hoc cambium sub hac forma celebratur, accipe. 100. num-  
9. 89. & mos aureos Valentia, & da illos mihi Roma.

10. Med.  
vbi supra.

CONCLUSIO.

Cate. in hoc tracta. Tale cambium per literas est licitum, si minus in vno loco, quam fuit acceptum in alio reddatur. Ratio est, quia campfor hic tantum exigere potest, quantum si translator pecuniæ conduceretur, ratione laboris, & expensarum peteret. suum enim laborem, & expensas in hoc ministerio Reipublicæ utilitates campfores consumunt.

CONCLUSIO.

Hæc cambia non solum extra Hispaniam, verum etiam intra eandem sunt licita: vt si dentur literæ Matinae ad Toletum vel ad alium quantumcunque finitimum locum eadem est enim ratio cambiandi ad proximum, & ad distantem locum, & vt ad distantem licet, ita ad proximum non tamen tanta pecu-

pecunia est exigenda ad proximum locum, quanta ad distantē. quia non tantum periculi est, timendum, neque tor expense ferent, si famulo pecuniæ darentur: vt ad proximum locum, sicut ad distantem transferret.

## CONCLUSIO.

Cambia, quæ per literas ad loca distantia finguntur, sunt omnino illicita, & vsuram palliatam continent. V. g. si quis diceret mercatori da mihi Metinæ 100. & reddam tibi Vlyssbonæ totidem, vbi accipentis fingit se habere cambium, quod non habet. vbi etiam singuli argentei duobus dipondijs nostros superant. Est enim contractus vsurarius. quia dans pecuniam Metinæ tempore solutionis, accipit vltra sortem ratione mutui, quod hac cambij forma palliauit.

*I. Dis. An in cambio per literas aliquid ratione expectate solutionis ex parte dantis pecunias campfori in alium locum transferendas, & ratione breuioris solutionis ex parte campforis, exigere possit?*

V. G. sit pretium iustum transferendi 1000. à Metina ad Flandriam 100. dicat q. Dominus pecuniæ campfori, si remittis mihi 30. vt 100. quæ eram tibi in Flandria soluturus, expectabo te per duos menses, (y no fera a dia vista, idest, que se page el dia siguiente despues de vista la cedula,) vel sit casus ex parte Campforis, vt dicat campfor recipienti literas, Hispali sunt tibi soluentæ pecuniæ, & redditurus 100. per 1000. si autē post mensem redditurus es 80. licebitne tunc ratione breuioris solutionis plus exigere.

## CONCLUSIO.

Ratione breuioris solutionis in cambio per literas, plus exigere, quam esset propter tardiores solutionem reddendū campfori haud licet. Quia talis exactio est vsuraria omnino, & mutuo æquipollet. idem enim est, ac si diceret. debeo tibi 1000. ducatos, si tibi statim vis solua, remissurus es 1000. si post mensem 80. quod quidem est apertissima vsura ratione expectatæ, vel anticipatæ solutionis.

## CONCLUSIO.

Damni nūmos Metinæ, vt sibi Vlyssbonæ, aut in Flandria reddantur, ratione dilatatæ solutionis, non licet campforem iusto pretio defraudare. Est enim manifesta vsura. idem est recipere aliquid pro expectatæ pecuniæ solutione, ac si diceretur, remitte mihi 10. quæ tibi debeo, & accipe pro mense mutuum. Nullo namq. modo in cambus est habenda ratio ad tempus solutionis

ut plus, vel minus aliquod exigatur. Quia esset iam cambium usurarium. quod est diligenter confessoribus animaduertendum.

## CONCLUSIO.

Cambium intra eundem locum, in quo ratione dilatata solutionis aliquid ultra sortem exigitur, omnino illicitum, & usurarium est. Constat conclusio ex definitione usuræ supra posita. Unde sequitur, omnes huiusmodi camplores in statu damnationis esse.

I. I. *Dis. An in cambio per literas, quando pecunia à camplore datur, liceat plus ratione loci exigere?*

Exempli gratia. interest maximè campfiori transferrè pecuniàm Vlytbonam, atque etiam mercatori accipienti illam Metinæ à campfore idem conuenit: est modo difficultas posita. An in cambio, &c.

Opinio Soti est, sine discrimine approbare huiusmodi contractum. Nauarro quinque modis hoc considerari posse docet, & ultimo, atque 5. modo asserit, rationis hoc fieri posse. Et ratio illius est, quia permütatur pecunià præsens pro absente, & cum omne præsens sit absente preciosius, ideo ultra pecuniam datam aliquid amplius ratione pecuniæ absentis exigere, & accipere poterit.

## CONCLUSIO.

Hæc ratio, pæce sapientissimi, & Christianissimi viri dixerim, nullam vim habere videtur. Nam hinc liceret omnibus usurariis, hoc colore usuras vestire. dicerent enim, non mutuo, sed permütato tibi pecuniam præsentem pro absente, post duos menses mihi reddendam. Est autem limitanda conclusio, dummodo sit utrobique idem pecuniæ valor. Nam si in vno loco pecunia sit preciosior, quam in alio liceret quidem, ut infra dicitur.

III. *Dis. Licetne campfiori aliquid ultra sortem exigere, quia numerat statim pecuniam, cuius solutionem differre poterat?*

Exempli causa, est solennis nundinarum consuetudo, ut emptores, venditoribus numerata pecunia non soluant, sed campforem, ut ministrum, & fideiussorem tribuant, dicentes sub hac forma, solues nomine meo Ioanni in nundinis futuris 100. iam campfor non tenetur, ut constat, statim soluere, quod si creditor velit, ut statim sibi fiat solutio, tenetur reddere campfiori pro singulis miliaribus, quinq; dipondia. Hæc est communis consuetudo, de qua modo queritur, an sit licita. Soto affirmat hoc licere. quia campfor est fideiussor, & minister. Nauarro contrariam opinionem tueri.

Nullo modo talis consuetudo est licita. Et ratio est, quia non licet aliquid ratione anticipatae solutionis exigere. Est n. manifestissima usura, ut ex supra dictis constat. Et in casu huius difficultatis campsores ratione anticipatae solutionis, quinque pondia pro singulis miliaribus exigunt.

*Ar. V. An liceat permutare pecuniam unius regni, ubi est penuria illius, pro pecunia alterius regni ubi est maxima abundantia, non servata aequali pecuniarum quantitate?*

Sylvest. verbo usura c. 4. Soto libr.

V. G. in Flandria est rarior pecunia, quam apud nos, licebit Hispano existente in Flandria dicere Flandresi, accipe hic 10. & redde mihi in Hispania 14. quia in Flandria est rarior pecunia.

6 q. 12. art. 1.

CONCLUSIO.

Contractus cambij, in quo propter raritatem pecuniarum campsor plura recipit, ubi pecunia abundat, & pauciora reddit, ubi est pecuniarum penuria, licitus est. Nam est contractus permutationis, in quo servatur aequalitas, & quemadmodum si Valentiae mensurae tritici, 18. dragmas argenteas valeret, & Toleti 6. licitum tunc esset accipere Toleti tres mensuras tritici, ut Valentiae una tantum redderetur, quia tanti valoris est una mensura Valentiae quanti tres Toleti. Ita 90. in Flandria valent 100. in Hispania. Licitum erit campsores accipienti in Hispania 100. non reddere in Flandria, plusquam 90.

*I. Dubium. Licebitne mercatori existenti in Flandria dicere? accipe hic 90. & in Hispania 100. redde.*

CONCLUSIO.

Licet quidem pauciora danti, ubi est rarior pecunia, ut plura sibi, ubi est abundantia reddantur. Ratio est, quia in permutatione, ut dictum est, servatur aequalitas.

*II. Dubium. Licebitne etiam campsores accipienti Metina, non solum propter rationem dictam reddere aliquid minus in Flandria, pro labore, & expensis in transmissione pecuniae?*

V. G. si ita fiat contractus, ego accipio a te nunc 100. Metinae, hac lege, ut reddam 90. in Flandria, quae valent 100. in Hispania. & praeter haec, ratione translationis redde mihi quinque. Soto, ubi supra, tenet non licere.

Q V Æ S T I O  
C O N C L U S I O.

Talis forma contractus est licita. Nam si vtrumque cambiū per se separatū est licitū: cur ambo simul licita non erunt? Hæc omnia sunt vera, dummodo aliquid minus ratione temporis non reddatur. Nam esset, non permutatio, sed mutuum, in quo aliquid vltra sortem ratione dilatationis temporis exigetur. quia de ratione mutui est fluxus temporis non autem de ratione permutationis. Nam redditio rerum, quæ permutantur, simul fieri debet, nisi loci diuersitas obstat. Tum etiam debet, esse in Flandria rarior, aut saltem preciosior pecunia, & in his fides adhibenda est mercatoribus, quando sua peccata confitentur, qui si mentiantur, seipsos tantum fallunt, & Deum vltorem habebunt.

C O N C L U S I O.

Quando vtrōbique est Æqualis abundantia pecuniarum, talis contractus est dubius ratione permutationis & licitus ratione translationis quia cum vtrōbique sit eadem abundantia pecuniarum plures merces Romæ, per ducatum Romanum comparari possunt, quam in Hispania per hispanum: quare in permutatione non seruetur æqualitas, bene tamen ratione translationis, vt ex supradictis constat. Soto vtroque modo cōtractum licitum esse arbitratur.

*III. Dubium. Estne licitum sub forma sequenti cambire?*

V. G. Accipe 100 ducatos auri Castellani hac lege, vt mihi Vlybonæ totidem ducatos auri cruciatorum reddas.

C O N C L U S I O.

Cambium est iniustum quia non seruetur equalitas, cum aurum cruciatorum sit longe purius, perfectiusque ac pretiosius auro ducatorum.

*III. Dubium. An forma cambiendi sequens sit licita?*

V. G. Accipe 10 ducatos aureos, quorum singuli valent 11. nummos argenteos, vt totidem ducatos reddas, quando pretium ducatorum fuerit auctum. Et nota in quibusdam regnis plerunque valorem ducatorum mutari. vt apud nos valor frumenti passim mutatur. R. si certius est pecuniam rariore esse futuram, contractus est vsurarius. atque etiam si fiat absolute, vt proponitur. Si autem sub hac forma fiat, s. accipe mutuo 100. ducatos hac lege, vt totidem, & non plures, aut pauciores post 4. menses reddas, siue sit auctus, siue diminutus ducatorum valor. Et ratio à simili est, nam, vt licet mutuare frumentum sub hac forma, accipe 100. mensuras frumenti tempore Augusti, & Natalis Domini tempore, quocunque pretio frumentum æstimetur reddas, ita à simili. Hæc est Sylue. opinio contrariam opinionem tenet Soto vbi supra.

Ratione permutationis & mutui licitus est contractus, quando Vlybonæ, v. g. aut alio in loco, vbi est caritas pecuniæ mutuatur aliquis 90. Metinæ, vbi est vilior pecunia ratione abundantia reddenda, & exigit vltra sortem donec æqualitas seruetur, ita, vt si Metinæ valeant 100. quantum Vlybonæ 90. poterit mutuans Vlybonæ soluenda Metinæ vltra sortem 10. exigere. Et ratio est, quia etiam si non liceat ratione temporis vltra sortem aliquid petere, licebit tamen ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, vt indemnitas mutuantis, & æqualitas rei seruetur. Oppositum tenet Soto, qui solum concedit titulo permutationis geri posse.

Est autem limitanda conclusio, dummodo, qui mutuatur, illas non sit delaturus in Hispaniam. Quia tunc si mutuaretur, vt in Hispaniam redderetur, fieret in fraudem vsurarum.

Limitatio.

I. Df. *Estne determinatum pretium istorum cambiorum, an variari poterit?*

Caiet. & Navarra

V. G. si dicat hispanus Flandrensi mercatori. Hactenus, pro 400. hic tibi datis reddebam mihi in Flandria 330. nunc autem, quia tanta raritas pecuniæ est Metinæ, quanta in Flandria redditurus es totidem 400.

CONCLUSIO.

Cambia propter veram pecuniæ raritatem licite augentur. Ratio est, à simili quia, vt cæterarum rerum pretium propter raritatem mercium augetur, ita & cambiorum pretium titulo permutationis, quæ naturam venditionis induit, augetur.

CONCLUSIO.

Licite quoque cambiorum pretium propter abundantiam mercatorum, qui à campforibus pecuniam alio in loco extra regnum reddendam recipere cupiunt, augetur. Et ratio est, quia pretium rerum, non solum propter mercium raritatem augetur, verumetiam propter mercatorum abundantiam.

CONCLUSIO.

Quando cambiorum pretium propter monopolium campforum augetur, campfores quicquid extra iustum pretium aliarum nundinarum accipiunt, restituere tenentur. Quia inter se cam-

psores cōuenerunt non ullus militare nisi pro 10. aut 20. daret, vel quia ad se omnem pecuniam reduxerunt. Sed de his alibi.

*II. Diffic. Estne licita sequens cambiendi forma?*

V. g. sume tunc 100. ducatos Metinæ in Flandria, pretio quo proximis nundinis Metinæ erunt cambia, soluendos. Cai. de cā-  
bijs absolute respondet, additque licitum esse taxare pretium quando nescitur, an plus, vel minus, sit valitura pecunia.

C O N C L U S I O.

Si campfor erat vsque ad proximas nundinas seruaturus pecuniam, & precibus compulsus illas mutuatur, cambij pretium vsque ad proximas nundinas remittere poterit. Patet à simili, in C. Nauiganti, & in Ca. In ciuitate de vsuris, vbi conceditur seruaturis merces posse illas carius vendere pecunia credita, quam numerata vsque ad tempus solutionis pretium remittendo. Licitum enim est vnim est vnique seipsum indemnem seruare.

C O N C L U S I O.

Si campfor non est seruaturus suam pecuniam vsque ad futuras nundinas, sed statim distracturus, & sperantur cambia cariora in proximis nundinis futura, talis contractus, est illicitus. Quia æquiualeat mutuo, in quo aliquid ultra sortem recipitur.

C O N C L U S I O.

Quando certo speratur minus valitura, sunt etiam iniusta. Est enim manifesta iniustitia ex parte recipientis mutuum.

C O N C L U S I O.

Si autem est incertum sintne cambia plus, aut minus valitura, est licitus contractus. Et probatur à simili quemadmodum licet mutuare frumentum tempore Iulij, tempore Natiuitatis Domini soluendum, ita tamen, vt incertum sit, an plus, aut minus sit valiturum. Caiet. quem sequitur Soto, est.

*Nauarro  
c. 13. de*

*camb. So.*

*q. 12. ar.*

*1. vbi su-*

*pr. 11*

*III. Diffic. Licetne campforibus recambire, quando ad terminum prefixum non respondetur?*

Dux sunt opiniones. Prima Caiet. & Soto affirmantium nullo modo hoc licere. Contraria opinio est Parisiensium, quos sequitur Nauarro.

C O N C L U S I O.

Recambium est licitum, non ratione temporis, sed lucri cessantis. Et ratio est, quia ars campforia, in qua pecunia pro pecunia à loco vbi est rarior, ad locum, vbi abundantior est, permu-  
tatur,

atur, est licita. Quare quando aliquis inuitus impeditur, totum lucrum cessans, sicut si impederetur ab alia arte mercatoria, exigere poterit.

Hinc, campsores à regibus, & ab aliis nobilibus propter dilatatam solutionem cambia, & recambia exigentes non sunt in statu damnationis. quia non ratione temporis sed lucri cessantis illud exigunt.

III I. *Diffi.* Licetne campsores permutanti pecunias vnus regionis pro pecuniis alterius ratione distantioris loci, vel prolixioris temporis carius permutat?

## CONCLUSIO.

Quando campsor numerat pecuniam proximis nundinis, vel intra spatium intra proximas nundinas soluendam, & cambiū est per literas, ratione permutationis, carius permutare ratione distantioris loci, aut temporis non potest. Quia si temporis ratio, vt sæpe diximus, habeatur, nō est permutatio, sed mutuū, & vsurarium, quia ratione temporis aliquid vltra sortem exigitur.

## CONCLUSIO.

Quando pecunia numerata non est proximis nundinis, sed secundis soluenda, campsor plusquam si proximis nundinis solueretur non ratione temporis, sed lucri cessantis exigere potest. vt ex proxime dictis constat.

## CONCLUSIO.

Campsor poterit carius transmutare pecuniam ad distantiorum locum, quando pecunia nō transmutatur, sed transfertur. Patet à simili, de portatore, qui carius transfert pecuniam ad distantiorum, quam ad propriorem locum. Nam in casu posito campsor portitoris nomen sortitur.

V. *Diffi.* Licetne campsores pecunias suas ad diuersas nundinas eiusdem regni cambire?

V. e. mutuare pecuniam Matinz campi in fine nundinarum Maij 10 pro 100. in feria Octobris soluenda, sic, vt ex vna feria in aliam suas pecunias maximo cum lucro deferat.

Soto nullatenus concedit cambia, nisi per literas ratione translationis loci, vel per literas ratione permutationis. Doctor Nauarro multis rationibus probat hoc esse omnino licitum.

## CONCLUSIO.

Prædictus contractus est vsurarius. Nam est mutuū, in quo vltra sortem aliquid speratur.

Syl. verbo

V I. Diffic. *Estne licitum pecuniam vendere?*

*usura Na* Syluest. opinatur, & ratione naturæ, & ratione pecuniæ vendi  
*narro d* posse, huic adhæsit Nauarro. Oppositam sententiam tenet Me-  
*cambijs* dina, & Soto.

motab. 16.

## CONCLUSIO.

*So. ubi su* Pecunia aurea carius ratione materiæ, quam, vt pecunia est,  
*præ ar. 2.* vendi potest. Ratio est, quia seruetur æqualitas, nam emens v.  
*Med. 3* g. ducatum 12. argenteis, si poterit illum in panes aureos resol-  
*in princi* uere, ad vasa argentea deauranda, vel in alios vsus, in quibus  
*pio citat.* plus multo lucrabitur.

## CONCLUSIO.

Integrum est pecuniam auream carius, quam sit pretium le-  
 gale vendere, quatenus pecunia est, ratione aliquarum circun-  
 stantiarum, quæ sunt prætio æstimabiles. Aestimatur enim ma-  
 gis aurum, vel ratione deportationis, quia facilius 100. ducati  
 aurei, quam argentei deportantur, vel quia facilius conseruan-  
 tur, propterea quod vbiq; terrarum in maiori pretio aurum  
 quam argentum habetur.

## CONCLUSIO.

Non est licitum camporibus mutuantibus pecuniam à feria  
 in feriam, titulo venditionis aliquid vltra fortem recipere. Ra-  
 tio est, quia ipsi non vendunt pecuniam auream pro argentea,  
 vel e conuerso. Tanti enim auream, quam argenteam pecuniam  
 faciunt.

Medin. q.

V I I. Diffic. *An montes pietatis, qui extra Hispaniam*

38. So. li.

*sum in vsu, licite fiant?*

6. q. 1. ar.

6.

Ca. in tract. de monte pietatis, & Soto illos rejciunt. Syl. au-  
 tem verbo *usura*. 5. illos approbat, & auctoritate Con. Later. sub  
 Leone 10. vbi pœna excommunicationis feriuntur contradicē-  
 tes, confirmat.

## CONCLUSIO.

Tales montes, in quibus propter ministerium sustentationis  
 aliquid exigitur liciti sunt, si tamen cumulus montis non cre-  
 scat. Ratio est, quia mutuans potest vltra fortem damnum emer-  
 gens petere, & mutuarius teneretur soluere expensas, quæ causa  
 mutuæ solutionem instrumentorum, &c. fiunt. Non enim æ-  
 quū est, vt alijs benefaciens detrimentum patiatur. Notanter di-  
 citur ne cumulus crescat. Alioqui enim perinde esset ac si pecu-  
 nia scœnori exponeretur, quod est certissimū vsuræ argumētum.  
 Hæc de Cambijs.

265  
QVÆSTIO DE CONTRACTV  
SOCIETATIS.

Art. I. An quando vnus ponit pecuniam, alter industriam, & laborem, possit ponens pecuniam deducere in pactum, vt principale nullum subeat periculum?

Tres sunt modi contrahendi societatem. Primus, quando omnes ponunt industriam, & laborem, & pecuniam. Et hic nullam habet vsuræ speciem, vel iniustitiam, nisi vnus alium decipiat. Secundus est inter tres contrahentes, quorum primus ponit pecuniam, secundus solam industriam, & tertius labores, & operam, vltimus modus est inter duos tantum, ita vt vnus pecuniam alter vero expensas, labores, & industriam collocet.

CONCLUSIO.

Licitus est contractus, quando vnus dat alteri pecuniam in societatem, si tamen licita fuerit negotiatio. quia hic nulli fit iniustitia.

Hinc, contrahens societatem cum vsurario, aut cum campo-  
re illicitè negociante, non poterit ex pecunia ad talem negotia-  
tionem data, reportare lucrum. Nam esset iniustitiz particeps.

CONCLUSIO.

Qui dat pecuniam socio hac conditione, vt lucrum ex negoti-  
atione diuidatur, capitale indemne seruetur, vsuram commit-  
tit. Quia non est contractus societatis, sed mutui. Nam, vt in mu-  
tuo pecunia mutuata est reddenda, & talis contractus equipol-  
let huic, scilicet, accipe mutuo mille, vt eadē cum lucro reddas.

CONCLUSIO.

Vt contractus societatis sit licitus, debet pecunia cum lucro,  
& damno exponi, ita, vt damnum, & lucrum sit commune. Expres-  
sè definita est in c. pro vestris de donationibus inter virum, &  
vxorem, & in §. 1. & 2. Instituta de societate, alioqui enim non  
humana, sed leonina societas esset censenda.

I. Diffic. Eritne societas hac lege contracta, accipe mille ducatos, &  
ex illis quingenti non sint damno expositi, reliqui vero  
sint damno, & lucro subiecti?

CONCLUSIO.

Contractus erit licitus si tamen ex parte, quæ non est peri-  
culo

S. Th. 2. 2.  
q. 78. ar.  
2. & ibi.  
Ca. & Ca.  
nonista in  
c. pro vsu-  
ris de do-  
nationib.  
inter vi-  
rum & v-  
xorem So.  
li. 6. q. 6.  
ar. 2. eun-  
dem cōsu-  
le ad se-  
quentes  
difficulta-  
tes.

APPEN.

culo exposita nullum assequatur lucrum alioqui enim esset vsura ex parte, quæ indemnitas seruanda est. quia esset cōtractus mutui vsurarij.

II. *Diffic. Licetne cum triplici contractu inire societatem?*

V. G. sit primus sub hac forma, accipe mille ducatos ad negotiandum cum lucro, & dāno. Secundus, en do tibi singulis annis viginti pro assecuratione, vt nullū in fine anni damnum mihi eueniat. Tertius præterea, do tibi 10. ducatos pro assecuratione, vt ex mille ducatis lucrum 100. ducatorum obtineatur. Tres sunt opinioniones. Prima est Io. Ma. asserentis esse licitum talem contractum, quem sequitur Sylue. Secunda opinio est Caiet. affirmantis, si tempore, quo fit contractus societatis, fiāt alij duo, nequaquam licere, si autem successiuè, licet, ita contrahere. Tertia opinio est Soti, scilicet, siue successiuè, licet, ita contrahere. Tertia opinio est Soti, scilicet, siue successiuè, siue simul fiant, esse illicitum hunc contrahendi modum.

### CONCLUSIO.

Huiusmodi contractus societatis sunt liciti, si cum eodem cū quo societas contrahitur, fiant, etiam si tempore, quo societatis contractus efficitur efficiantur, nam cum sint liciti, si cum tribus distinctis personis fiant, cur non erunt liciti, si cum vna, & simul efficiantur. nullo enim modo isti contractus ratione mutui valent. Nam qui assecurat pecuniam alterius, non illam mutuo recipit, quamuis sibi per eat. Nam ratione contractus assecurationis nullum transfertur dominium.

I. *Dubium. Licetne societatem cum illo contrahere qui non est negotiaturus?*

### CONCLUSIO.

Talis contractus est illicitus. Quia per illum vsura palliatur, cum mutuum cum lucro, vltra principale sub specie societatis, acquiratur.

III. *Diffic. Contractus societatis eritne sub sequenti forma licitus?*

V. G. debet Franciscus Matthæo 1000. ducatos, & quidam amicus. Francisci dicit Mattheæ accipe 5000. ducatos mutuo per 6. annos, & eorum lucrum, dummodo debitum remittas.

### CONCLUSIO.

Si contractus est mutui, est vsurarius, si verbo est societatis contractus inter amicum Francisci, & Franciscum, æque Matthæum, siue inter amicum Francisci, & Matthæum erit licitus. Non enim est mutuum, sed societas ad lucrum, & dam-

damnum: dummodo capitale in tuto non constituatur, & ita ex lucro soluetur Matthæo. Quod Franciscus solute tenebatur. Et hæc est optima ratio, & via ad soluendum debitoribus contrahendo, scilicet, cum creditore societatem, vt ex lucro solutio fiat.

III. *Diffic. Quomodo licet contrahere societatem pecorum, & Armentorum?*

CONCLUSIO.

Licet dare alieni iumentum, aut bouem hac conditione, vt lucrum sit commune, & bos, aut iumentum si pereat sine culpa negotiantis Domino, & non negotianti pereat. Est enim verus societatis contractus. Est tamen diligenter cauendum, ne socius bouem in eadem ætate qua illum recepit reddere teneatur. nam esset vsura, quæ (renueuo) vulgo dicitur.

Hinc, si pereat culpa negotiantis, aut lucrari desinat, tenebitur ad lucri cessantis, & valores iumenti restitutionem. Quia fuit damni causa.

CONCLUSIO.

Licitum etiam est sub hac forma societatem cum alio contrahere, scilicet, accipe hanc gregem, & cura illum, sintque fructus communes hac lege, vt ego primos fructus recipiam. Si pactum vero fiat, vt oves non Domino, sed pastori moriantur, erit tunc mutuum vsurarium. Propterea quot cùm oves pereant pastori, erit illarum Dominus per contractum mutui, & tenebitur quot recipit oves, reddere, quod erat capitale, atque etiam fructus.

V. *Diffic. Possitne maritus vxoris dotem negociationi societatis ad lucrum, & non ad damnum exponeri?*

Tex. in cap. Ad vestram. de donationibus inter virum & vxorem, hoc insinuare videtur. Dæ sunt opinioniones. Soto negat, alij affirmant. Elegantius omnibus Nauarro in Manuali respondet, scilicet, dandam esse pecuniam dotalem mercatori ad lucrum, & damnum, & ne pereat dos esse faciendum contractum de eius assecuratione. Et hanc dicit fuisse intentionem Romani Pontificis, quæ est optima illius textus interpretatio.

VI. *Diffic. An possit fieri in testamento legatum subsequenti soma?*

V. c. lego curatis parochialibus 100. ducatos, ita vt illos exponant negociationi perpetua, vt ex lucro stipendium missarum singulis annis soluat.

Q V Æ S T I O.  
CONCLUSIO.

Licitus erit contractus, & legatum. Ratio est, quia est contractus societatis, qui licitus iudicatur, in ca. per vestras. Verum melius erit emere censum illa pecunia, vt ex eo missarum stipendium soluat.

VII. *Diffic. An contractus societatis sub forma sequenti sit licitus?*

V. g. accipe 100. ducatos, quos tuæ negotiationi expono, dummodo mihi singulis annis 12. tribuas, ita, vt si intra tres menses moriar, illa 100. tua sint, sin minus statim 400. redde-re tenearis, quod si non reddideris, obligeris 10. aut 12. singulis annis soluere, quandiu non reddideris.

CONCLUSIO.

Prima pars huius contractus, scilicet, vt decem pro ratione societatis &c. non est licita. Ratio est, quia ponit lucrum suum in tuto, potest enim contingere, vt nullum omnino lucrum alter consequatur.

CONCLUSIO.

Alia pars contractus, scilicet, quod si post 6. menses fuerit superstes, & non reddiderit illa 100. teneatur pro 100. singulis annis 10. propter moram reddere, longo examine, & multis subdiuisionibus indiget, si contractus, vt fertur est suspectus ratione vsurarum. Nisi istud fiat in pœnam dilatatae solutionis.

VIII. *Diffic. Quando lucrum inter socios diuidi debet, vt iustitia seruetur?*

CONCLUSIO.

Si socij ita conueniant, vt singuli lucrum secundum quantitatem sortis, aut, vt vnus accipiat duas partes lucri, alius verò vnam, hic contractus potius locationis operum negotiorum gestorum, quam societatis erit appellandus.

IX. *Diffic. In casu sequenti quando erit facienda restitutio?*

V. g. si vnus ponat solam pecuniam, alter solam operam emendi, & vendendi, tertius deportandi merces è nundinis, quartus solam industriam, scilicet, quibus mercibus sit pecunia exponenda, & quo tempore sint merces emendæ, & vendendæ, & quibus.

CONCLUSIO.

Quando socij, ita inter se conueniunt, vt singuli æquale lucrum accipiant, tunc singuli secundum quantitatem sortis accipere debent. V. g. ego apposui mille ducatos, vt verò appo-  
suisi

fuiti laborem, & industriam valentem duo millia, tunc ex lucri partibus habebis tu duas, ego autem vnā. Ratio est, quia opera, & industria sunt maioris valoris plerunque quā sola pecunia, vt ex §. de illa instituta, de societate habetur, & lucrum secundū quantitatem, & valorem fortis est diuidendum.

CONCLUSIO.

Quando opera, & industria vnus est æqualis pecuniæ alterius, quia fortassis non est nauigaturus, æqualem lucri partem accipiet. Ratio est, quia vtriusque partis est æqualis fors, & lucrum secundū quantitatem fortis &c.

CONCLUSIO.

Quando exponens pecuniam, paciscitur, vt apponens industriam, & operam vnā tantum lucri partem habeat, contractus est licitus, non ratione societatis, sed quia est negotiorum gestor. V. g. dedi Francisco mille ducatos ad negotiandum, hac conditione, vt ex tribus lucri partibus Franciscus vnā tantum habeat, iste contractus non est societatis. quia tunc esset seruanda æqualitas: sed locationis. Quoniam ille negotiorum gestor illo pretio sua opera locat.

II. *Dubium. Quid si vnus pecuniam tantum, alter verò pecuniam, & industriam si mul apponat?*

R. iste habebit duas partes. V. g. ego apposui quingentos ducatos, tu mille. Præterea, apposui etiam industriam, & operā, quæ valent mille tunc mea fors potior erit, si autem mea industria, & opera valent quingentos, tunc erit æqualis fors. Est autem hoc loco maximè animaduertendum Caiet. consilium, qui dicit, in principio taxando esse fortium valores.

III. *Dubium. Quid si sint tres, & vnus exponat pecuniam, alter laborem tantum, & tertius industriam?*

Caiet. vbi supra.

CONCLUSIO.

R. consulendi erunt mercatores, & ab illis æstimanda erit opera, & industria, & iuxta taxatum valorem lucri diuisio erit facienda.

X. *Diffic. Quomodo damni diuisio erit facienda?*

CONCLUSIO.

Quando vnus apponit pecuniam, alter verò solam operam, qui ponit operam damnum pecuniæ pati non debet. Iam enim operam, & industriam perdit, quæ vel est præciosior pecunia, vel æqualis. Ita definitum est in §. de illa, in fine, institutā de societate.

IIII. *Dubium.* Quid si vendidi tibi pecunia credita merces valentes ad hoc lege ut illas reuenderes, & lucrum esset commune?

R. est manifesta usura. Quia accipit in mutuo ultra sortem, Nam illa venditio pecunia credita mutuo æquiualeat. Hæc de contractu societatis.

## QVÆSTIO DE CENSIBVS

Art. I. *Quidnam est census, & quotuplex?*

*Ad C. de rebus per usuram acquisitis.*

### PROPOSITIO.

Census est ius, seu facultas exigendi ex re utili aliquam pensionem. V. g. ex prædio, seu domo, vel ædibus tuis habet Petrus ius exigendi certam pensionem, siue pecuniam, siue fructum aliquem: ut frumentum, oleum, vinum &c. ius illud compellendi te, quod habet Petrus, ut præfata sibi soluas, census nominatur.

### PROPOSITIO.

Census quadruplex est. perpetuus vnus, ut si census hac lege vendatur, ut nunquam redimatur. Alter vitalitius, ut si pro tota vita emeris, aut per duas vitas vendatur. Tertius ad tempus, ut si census huius domus per decennium vendatur. Et quartus redimibilis, ut si census huius prædij hac conditione vendatur, ut quodocumque dominus prædij precium restituat, census finitur.

*So. lib. 6. q. 5. Na- uarro in comment. de usuris pro tota hac q.*

Art. II *An emens censum sit usurarius?*

De hoc art. disputant plerique Canonistarum super cap. In ciuitate de usuris, & horum, quidam negant esse licitum, alij vero licitum esse affirmant.

### CONCLUSIO.

Contractus census non est usurarius. Definita est ab Ecclesia in duabus Extrauagantibus Martini v. & Calixti III.

### CONCLUSIO.

Census est licitus, in quo non fructus, sed pecunia soluitur. Quia cum liceat vendere fructus, licebit quoque vendere pensionem pecuniariam. Nam pecunia fructibus æquiualeat, cum sint pecunia æstimabiles.

### CONCLUSIO.

Census perpetuus licitus est, nec ullam usuræ speciem habet. Quia est pura venditio fructuum vendibilium, retento tamen rei Domini.

## CONCLUSIO.

Census vitalitius non est illicitus. Quando est venditio fructuum ad tempus indeterminatum, scilicet, per totum tempus vitæ ementis censum, qui cum sit pura venditio, nullum habet vsuræ vestigium.

Art. III. *Sitne licitum iura Reg. a. sine aliorum magnatum emere?*

## CONCLUSIO.

Emptio iurium Regionum, in quibus pensio pecuniaria, & non fructus venditur nullo modo est vsutaria. Quia in his contractibus non venditur, aut emitur pecunia, sed ius exigendi pecuniariam pensionem. Neque enim dicimus Petrum emisse 10000. nummorum à rege, sed ius solum exigendi singulis annis illa 10000.

Art. IIII. *Census redimibilis, vel cum pacto de retro- uendendo estne licitus?*

## CONCLUSIO.

Quando soluens censum ad illum redimendum compellitur, possidens censum vsurarius est. V. g. si fiat contractus in hunc modum, emo à te annum censum hac lege, vt quando velim, pretium census restituere, & contractum soluere teneris. Et ratio conclusionis est, quia emptor in tuto constituitur, atque ita est certissimus vsuræ palliatæ contractus. Perinde enim est, ac si diceretur, accipe mutuum, & singulis annis dum solutionis dies differtur, tot nummos dabis.

## CONCLUSIO.

Quando contractus census ita fit, vt quocumque venditori placuerit, illum redimere liceat, colligens censum non est vsutarius. Quia per contractum emptionis cum pacto de retro uendendo dominium in emptorem transfertur, & ex consequenti fructus restituere non tenetur, si redimatur res, vt per multas leges. ff. de emptione. Constat. Contractus, de quo est sermo, huius generis est.

## CONCLUSIO.

Contractus census cum conditione, vt si intra certum tempus non redimatur, deinceps irredimibilis, & perpetuus sit, licitus est. Quia quod census est minus redimibilis, eò est iustior; magis enim tunc emptionis, & venditionis, qua dominium transfertur, naturam sapit, & quando tempus redimendi limitatur, est minus redimibilis, quam si non limitaretur.

C O N

Q V Æ S T I O.  
C O N C L U S I O.

In his contractibus pretium à lege taxatum excedere haud licet, Effet enim tunc ex parte pretij iniustitia.

APPEN.

Hinc, contractus, in quibus ultra pretium à lege taxatum apponitur conditio, vt tot paria Gallinarum, vel quid simile soluantur, erunt iniusti quia iustum pretium exceditur, emens est restitutioni obnoxius.

I. *Dubium. An census vitalicius intra decennium, vel aliud tempus limitatum, sit licitus?*

Ricard, damnat hunc contractum, nisi ratione lucri cessantis, vel damni emergentis iustificetur, cuius cōtractus malitia hinc colligitur: propterea quod per hunc contractum compellitur debitor ad reddendum acceptum, & ultra sortem.

II. *Dubium. Pretium census vitalicij est ratione ætatis pro sua vita censum ementis minuendum?*

V. G. si sit Senex minoris, quam si adolescens erit.

C O N C L U S I O.

Si emens censum pro sua vita sit senex, aut ægritudinarius, iuste poterit maiori pretio, quam sit à lege taxatum emere. Ratio est, quia de eius salute desperatur.

C O N C L U S I O.

Si fuerit adolescens, pretium à lege taxatum excedere non potest. Nam etiam si vitæ diuturnitas in senibus desperetur, non ideo vitæ longitudo in adolescentibus certò speratur. Frequen- tissimè enim accidit, vt imbecillis naturæ sint.

Art. V. *An census personalis sit licitus?*

Census personalis dicitur, in quo persona obligatur nullo assignato prædio, vel re aliqua utili ad pensionem singulis annis reddendam.

Dæ sunt Antiquorum opiniones, quidem licitum esse negarunt, quibus adhæsit Nauarro in commentario de vsuris. Alij verò, quos Soto sequitur, affirmarunt.

C O N C L U S I O.

Quando homo nullum temporalem fructum propria arte, vel labore consequitur, quia, neque mercator, neque mercenarius &c. est neque etiam ex propria industria aliquem fructum habet, sed solum redditus nulla propria industria comparatis vescitur (vt sunt multi nobiles) hic, neque vendere, neque alius ab ipso personalem censum emere potest, sed solum potest tantum cēsum vendere, quantum eius bona fructificant. Constat ex defini-  
tione

nitione census. Nam, est facultas exigendi aliquam pensionem ex re vtili & c. siue emptio, & venditio pensionis ex fructibus, & cum in casu posito vendens nullum suum personæ fructum habeat, erit prorsus vsura. Quia neque emptio est, & in hoc sensu est vera prima opinio.

## CONCLUSIO.

Homo habens fructum temporalem ex labore, vt Mercenarius, & Artifex, vel ex industria, vt Aduocatus, Medicus, Miles, Procurator, etiam si alia bona immobilia non habeat, licite census suum personalem vendere, & alius ab ipso sine vsura emere potest. Constat etiam ex definitione census emptio, s. & venditio pensionis ex fructibus rei fructiferæ, & persona huius hominis (vt constat) fructifera est. Deinde, quia vt multis in locis decimæ personales Ecclesiæ soluantur, ita solui poterit personalis pensio. In hoc sensu est vera Soti opinio.

## CONCLUSIO.

Census etiam super fructum bonorum immobilium, vt super pecus, iumentam & c. dummodo minus vendatur, quam supra rem immobilem, imponi potest. Et ratio est, quia talia bona sunt fructifera. Notanter dicitur, dummodo minus vendatur, quia cum mobile citius pereat, census citius extinguetur, quam si supra rem immobilem imponeretur. Et hac de causa hic census, & personalis sunt vilis vendendi.

## CONCLUSIO.

Poterit quis dare alicui pecuniam hac conditione, vt ex fructibus per negotiationem pecuniæ acquisitis census personalis sibi singulis annis solvatur, neque erit contractus vsurarius, etiam si quando datur pecunia, conditio, vt sit census redimibilis, apponatur. Et ratio est, quia talis contractus non est mutuum non enim apponitur pactum, vt aliquando capitale omnino reddatur, atque ita omnis vsuræ suspicio cessat: quod est maxime notandum.

Ar. VI. An conditiones, quæ in Extrauaganti Martini V. ponuntur, sint necessariae in emptione, & venditione censuum seruandæ?

Sunt autem octo conditiones, quas Nauarro in tractatu de vsuris refert, qui opinatur nullum esse censum licitum in quo aliqua ex his conditionibus deest. Soto autem, tener oppositum.

QVÆSTIO  
CONCLUSIO.

Prima conditio, s. vt vendens cēsum, assignet aliquem agrum, siue rem immobilem, ex cuius fructibus pensio solvatur, non est necessaria. Nam (vt supra diximus) cēsus super personam, & rem quamlibet fructiferam, mobilem, siue immobilem, poni potest.

CONCLUSIO.

Secunda conditio, quæ est, vt res illa sola ad cēsum obligata maheat, & non cætera bona, neque persona vendentis, sed tantum ex fructibus rei, sit cēsus solvendus, necessaria non est. Quia, cum cēsus sit pensio fructuum, poterit aliquis vendere pensionem annuam soluendam in genere ex fructibus suorum bonorum nullo prædio assignato. Nam, vt potest quis vendere annuos fructus cuiusdam prædij, ita & omnium bonorum, siue personæ fructus.

CONCLUSIO.

Tertia conditio, nempe, vt sit iustum pretium necessaria est. Aliter enim æqualitas inter rem venditam, & pretium non seruetur.

Quarta conditio, videlicet, vt pretium cēsus non membratim, sed simul sit soluendum, nequaquam est necessaria. Nā contractus cēsus est emptionis, & venditionis, & vt cæterarum rerum venditiones, pecunia credita, vel numerata fieri potest. At tamen poterit carius vendi pecunia credita, quam numerata, vt æqualitas vtrinque seruetur.

CONCLUSIO.

Quinta conditio, quæ est, vt venditor cēsus possit, quando voluerit, totum cēsum, siue partem redimere, restituendo totū pretium, vel partem, non est necessaria. Hæc supra demonstrata est.

CONCLUSIO.

Neque est necessaria sexta conditio, nimirum, vt venditor nō teneatur intra certum tempus redimere cēsum, si noluerit. Quia radix cēsus redimibilis, est pactum de retro vendendo, & cum habens cēsum sit verus Dominus, poterit nulla interueniente iniustitia pacisci, ne rem illam pro parte, sed totam simul redimere teneatur.

CONCLUSIO.

Necessaria est omnino septima conditio, s. vt quando apponitur cēsus super aliquam rem determinatam, destructa re illa, cēsus consummatur. Quia contractus cēsus est venditio pensionis soluendæ ex fructibus certæ cuiusdam rei, quapropter si  
non

non sunt fructus, non erit pensio soluenda, cum nō pensio quorūcunque fructuum, sed determinantum vendita sit.

Hinc, contractus census cum conditione, vt destructo predio, vel domo signata ad soluendum censum vendita alia bona assignare, vel aliunde censum soluere teneatur, est illicitus. Quia nō seruetur rei vendita, & pretij æqualitas, quemadmodū non seruaretur, si quis sub hac forma domum emeret, nempe, vt venditor teneatur illam reedificare quādo cūque destrueretur.

Hinc, quando census ponitur super omnia bona presentia, & futura, & super personam, quæ est industriosa, non peribit census, nisi omnibus bonis, atque etiam industria personæ premissis. patet ratione precedentis conclusionis.

## CONCLUSIO.

Conditio octaua s. vt res super quam census assignatur tantum fructum, quantum fuerit census, reddat omnino necessaria est. Quia cum census sit venditio, & emptio pensionis solutiendæ ex fructibus, si fructus rei non sit tantus, quanta est pensio, non erit emptio, aut venditio, quia res emptæ non extat, & ita contractus sapiet vsuram.

Hinc, censu super rem fructiferam semel imposito, quæ non reddit plures fructus, quam sit primus census, supra illam alius census imponi non potest. Quia nullus fructus reddendus restat.

I. *Dis. Eritne census redimibilis licitus cum hac conditione, vt quādo cūque redimatur eodem pretio, quo fuit venditus, redimendus sit?*

Medina in fine operis de restitutione multas adducit conditiones.

## CONCLUSIO.

Si contractus fuerit sub hac forma factus vt tanti redimatur, quantum valuerit tempore redemptionis, nō erit iniustus. Quia vtriusque conditio incerta relinquatur.

II. *Dis. An pactum in quibusdam censibus appositum, sit licitum?*

V. G. si res vendatur, vt 10. pretij pars soluat. Nota primum Emphyteosim esse quādo venditur res translato Dominio utili, & retento Dominio directo, vt si quis vendat domum suam alteri sub hac forma, Accipe domum hac lege, vt singulis annis pensionem fructuum soluas.

QVÆSTIO  
CONCLUSIO.

Quando contractus est emphyteosis, iuste talis conditio apponi potest. Quia cum Dominium directum retineat, potest iuste decimas pretij exigere. Quia res sua venditur.

CONCLUSIO.

In contractu census prædicta conditio erit iusta, si maiori prætio ematur census talem conditionem habens, quam alius illa carens. Nam ita æqualitas inter rem venditam, & pretium seruabitur.

I. *Dubium. Estne licitus contractus census cum sequenti conditione?*

Vt si per biennium, vel amplius census non solvatur, in commissum cadat, id est, vt Dominus possessionis illum amittat.

CONCLUSIO.

In contractu emphyteosis iusta, & licita est hæc conditio. Definita est in c. Quærelam. de iure iurando.

CONCLUSIO.

In contractu census iniqua est talis conditio. Quia pœna excedit culpam iniquum enim est, vt si quis per biennium censum exiguum non soluat, possessionem valentem 1000. ducatos amittat.

CONCLUSIO.

Conditio hæc esset licita, si ratione huius pœnæ appositæ ad seruandam æqualitatem inter pretium, & censum, pretium census augetur. Nam perspicuum est censum, cum prædicta conditione esse pretiosorem, quam sine illa.

CONCLUSIO.

Esset quoq; licita conditio, si ex malitia, aut negligentia pensionem soluere desineret, non autem si ex impotentia. Quia vbi nulla est culpa, nulla debet infligi pœna.

S. Tho. 2.

2. q. 67.

Med. à q.

30. vsque

ad 38.

Sco. q. 2.

Soto libr.

9. qua. 2.

Syluest.

verbo

empt. ad

totam

hanc q.

QVÆSTIO DE CONTRACTV EM-  
PTIONIS, ET VENDITIONIS.

Art. Vnicus. *An liceat rem carius iusto pretio vendere?*

De hac q. supra partim differuimus.

CONCLUSIO.

Vendens rem vltra iustum pretium ad restitutionem tenetur. Quia alienum inuito Domino accipit. Non enim seruatur æqualitas, cum res non tantum valeat, quantum pecunia, quæ pro illa datur.

CONCLUSIO.

Si venditor res suas vendere compellatur, & ex venditione damnum

damnum contrahat, tanto carius illas vendere poterit, quantum ex tali venditione damnum sibi redundat. Integrum enim est venditori, qui non sponte, sed compulsus precibus rem suam distrahit, seipsum seruare indemnem. Quia vt morem gerat amico detrimentum pati, non tenetur. Notanter dicitur si compellatur. Nam si se offerat licet præfatum detrimentum patiat, carius vendere non poterit. Quia volenti, & consentienti non fit iniuria.

Communis est opinio.

I. *Dubium. Quid si res illa valet 10. & ementi 15. valeat, quia res illa maxime indigeat, & si illam haberet quinque lucraretur?*

### CONCLUSIO.

Non licet tunc vendenti rem suam carius vendere. Ratio est, quia necessitas emptoris non facit rem preciosiorem. Huius questionis intelligentia ex sequenti difficultate pendet.

I. *Dis. Qua ratione iustum pretium cognoscetur?*

### CONCLUSIO.

Quando Princeps, aut Respublica statuit mercibus certum pretium. nullo modo licebit carius vendere. Alioquin omnis excessus erit restituendus. Nam publica utilitas priuatæ præponenda est. Nam, vt Princeps habet potestatem transferendi Dominium rei inuito Domino, vt constat ex legibus de præscriptionibus, ita etiam potest venditore inuito propter publicum commodum, certum rebus pretium statuere: ita, vt illud excedentes ad restitutionem teneantur.

Hinc, omnes vendentes frumentum ultra pretium pragmaticæ, & alias merces, quantum pretium est à lege statutum ad restitutionem tenentur.

II. *Dubium. Cum leges humana secundum varietatem temporum variantur, obligabitne semper in conscientia lex, pretium alicuius mercis discernens?*

Nota pretium à lege determinatum, aut esse inuariabile, aut variabile, vt quot taxatur iuxta raritatem mercium, vt pretium frumenti in Hispania.

### CONCLUSIO.

Cessante ratione legis taxantis pretium aliqui merci, cessat lex V.g. raritas, seu abundantia mercium, & emptorum est ratio variandi pretium: vt experientia constat. Iam patet conclusio, quia, vt superueniente abundantia frumenti minuitur eius pretium, ita superueniente penuria maiori, quam fuerit tempore

quo lex condita est, debet pretium frumenti augeri. Alioquin enim lex illa esset iniqua, si magis emptori, quam venditori faueret. Nam, ut lex olim facta ante taxationem frumenti, si modo fieret, esset illicita, ita esset quoque, si nunc seruaretur.

## C O N C L U S I O.

Quando lex non imposuit pretium, illud censetur iustum, quod arbitrio peritorum in illa negotiatione imponitur: ut panis, quibus non est impositum pretium, illud estimatur iustum, quod à peritis & expertis mercatoribus taxatur. Definita est in lege pretia rerum ff. ad legem falcidiam, ubi dicitur pretia rerum esse taxanda ex effectu, aut utilitate singulorum, sed secundum communem sententiam prudentium, id est, peritorum in illa arte. Quare debet mercator peritus vedere, ut recta ratio dicat, & ut vellet sibi si empturus esset, secundum rectam rationem vendi. Et ita in confessionibus sunt mercatores examinandi, & iudices suarum venditionum constituendi.

## C O N C L U S I O.

Tunc pretium est iustum, quando negociator tantum lucratur ex mercibus, quantum Respublica ministro illius negotiationis constituere deberet. Illustrat Scotus conclusionem exemplo, ut si Respublica N. non haberet mercatores, teneretur aliquem ministrum conducere, qui pecunia ex ærario publico accepta, ex nudinis panos deferret, tenereturque eius familie alimenta prestare, atque etiam laborem, industriam, & itineris pericula soluere. Tantum igitur lucrum potest mercator ex mercibus sperare, quantum mercatoribus stipendium à Republica esset statuendum.

III. *Dubium.* Quid si mensura panni in hac Republica iusto pretio vendatur duodecim dragmis, & mercator computatis expensis carius emit, poteritne tanti vendere, quanti emit?

## C O N C L U S I O.

Non potest carius vendere merces, quam sit pretium communi estimatione determinatum, ut seipsum indemnem seruet. Definita est in lege pretia rerum citata. Non enim potest aliquis cum aliena iactura se indemnem seruare.

IIII. *Dubium.* Contingit, ut per spatium unius diei in nudinis pretia varientur licite ne hoc sit?

## C O N C L U S I O.

In nudinis nunquam idem rerum pretium per totum nudinarum

Airarum tempus seruat, sed instar maris breuissimo tempore crescit, & decrefcit. Patet ex illa veriffima, & receptiffima regula, fcilicet, raritas mercium, & abundantia euentium, est ratio fufficientiffima augendi pretium, & e conuerfo. Quare cum in nundinis contingerit augmentum, vel decrementum mercium, fuae euentium, erit fufficiens ratio variandi pretium.

*V. Dubium. Licebitne fub hac conditione pasci, fcilicet accipere merces eo pretio, quo valebunt medijs nundinis, quando fperatur pretium carius futurum?*

### CONCLUSIO.

Si venditor vique ad illud tempus erat merces feruaturus licebit, fin minus nequaquam. Definita est in c. finali de vfuris.

*VI Dubium. Licebitne voce praconis vilius emere, quam ex mercatoris officina?*

### CONCLUSIO.

Itaque hinc vides vnus rei duo pretia imparia & ambo iufta. Licitum quidem erit in auctione, fuae voce praconis vilius emere. Quia raritas emptorum facit rem viliozem, & quando voce praconis res venditur, de funt emprores, cum voce praconis ad emendum inuitentur. At vero in officina emptor quaerit venditorem. Tum etiam quia confuetudine introductum est, vt aliquando in publica auctione res vilius vendantur. & ideo illud erit iuftum pretium. Quia communi confuetudine, & estimatione approbatur.

*VII. Dubium. Si res valens 100. vendatur 50. vel 40. voce praconis, eritne iuftum pretium?*

### CONCLUSIO.

Non poffunt res vendi minus, ita vt fit citra dimidium iufti pretij. v. g. valet res 100. in officina, dimidium iufti pretij funt 50. citra dimidium funt 49. vltra dimidium funt 51. fi res hoc pretio in publica auctione ematur, aut vendatur, erit iniuftum, fi autem 70. aut 80. erit iuftum. Conftat ex lege Regia Hispaniarum. Vbi quando in auctione fit deceptio vltra dimidium, datur actio reftitutioni, ita vt venditio refcindatur, vel pretium reftituatur.

*II Diffic. Quid de monopolij dicendum?*

Monopolium hispane (*Monopodio*) dicitur. fit autem vno trium modorum. Primo cum veniunt duo, vel tres mercatores, emuntque merces certas cuiusdam generis exeuntes obuiam illos deferentibus. v. g. oleum, mel, &c. & hoc animo,

vt carius vendant. Secundo quando mercatores alicuius generis, vt pote futores inter se conueniunt, nequis nisi tanto pretio emat, aut vendat. Tertio in locatione reddituum, & vectigalium. nam paciscuntur quæstores inter se, nequis augeat quæstum reddituum, vsque ad tale pretium, etiam si plus valeat.

## C O N C L U S I O.

Contrahentes primo modo monopolia in statu damnationis sunt, & merces illo pretio, quo essent vendendæ, si non essent coaceruatae vendere tenentur. Alioquin sunt obligati ad restituendum excessum. Definita est per legem vnica de monopolijs: sunt enim ipsi causa vt res vltra iustum pretium vendantur. de monopolijs. vero 2. & 3. modo est distiguendum. Nam si mercatores conueniunt inter se de iniusto sunt latrones. idem dicendum est librarijs, quibus propter priuilegia concessa, nequis præter ipsos tale librum excudat, aut vendat, non licebit illud pretium sine legitima causa excedere. Idem iudicium est de emptoribus, quod de venditoribus propter eandem rationem.

S. vbi supra ar. 2.

A P.  
P E N.

VIII. *Dubium. Quid si res empta sine industria, aut expensis emptoris, & sine mutatione loci, sed sola temporis mutatione facta est pretiosior?*

V. g. si quis emat hoc loco frumentum hodie 7. arueis, & cras 9. vendat.

## C O N C L U S I O.

Licitus est contractus hic, dummodo nullum monopolium interueniat. Nam accidit esse hodie rariores merces, & maiorem euentium abundantiam, quam heri fuerit. Atque ita rem esse pretiosorem, & è conuerso.

## C O N C L U S I O.

Quando merces non sunt necessariae ad publicum usum, siue ad vitam transigendam, vt sunt merces victui, & vestitui necessariae: tunc tantum valent, quantum vendi possunt. V. g. si accipitres gemnae &c. nobili vendantur, quantum ipse dederit, vendi possunt. Ratio est, quia certitudo pretij inuenta est propter publicam utilitatem, & res, quæ non vsui publico necessaria, certo pretio careat, valebit, quantum vendi poterit.

III. *Diffic. An emens, & decipiens venditorem citra dimidium iusti pretij faciat fructus res emptæ suos?*

V. g. si quis 49. emat domum valentem 100. & conducat illam,

illam, an faciat fructus locationis suos. De hac re gl. in c. cum dilecti de emptione, & venditione.

## CONCLUSIO.

Quando dolus, siue deceptio dat causam contractui, id est, si ego tibi persuadeam, vt vendas mihi rem, quam non eras venditurus, tunc talis contractus non valet, & fructus rei emptæ restituendi sunt. Ratio est, quia cum talis contractus non fuerit validus, quoniam defuit libertas, quæ sublata est per deceptionem, & ignorantiam, non fuit facta Dominij rei venditæ translatio. Vnde cum sit aliena, fructus erunt restituendi.

## CONCLUSIO.

Quando dolus incidit in contractum, vt si decipiens non inducat deceptum ad vendendum res suas, valet contractus. Cæterum decipiens, vel contractum rescindere, vel residuum pretij restituere tenetur. Definita est in c. dilecti, & in c. cum causa, de emptione & venditione. Idem est iudicium, quando dolus neque incidit neque dedit causam contractui. v. g. quando in venditione contingit deceptio, vel citra dimidium ex parte venditoris, vel vltra ex parte emptoris, & vtroque valoris rei ignorantia fuit.

## CONCLUSIO.

In casu posito emptor decipiens venditorem præter pretij supplementum, fructus interceptos non omnes, sed pretio restituendo, in quo fuit facta deceptio, correspondentes, tenetur restituere. Expressè definita est in L. curauit. C. de act. & empt. & vend. & in gl. c. conquestus de vsuris.

Idem censendum est, de venditore. Quia tenetur restituere pecuniam, quam iniuste accepit, & damna si emptor illa pecunia erat aliquid lucraturus. A P.  
P E N.

*III. D. ff. An quando deceptio est intra dimidium iusti pretij, in conscientia, sit residuum iusti pretij restituendum.*

Dux sunt opiniones. Prima Gerson. in tract. de contractibus affirmantis, non teneri ad restitutionem. Secunda, & opposita est B. Th. & Caiet.

## CONCLUSIO.

Decipiens alium vltra pretium rigidum, seu rigorosum tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia ita decipiens peccatum iniustitiæ accipiendæ alienum invito Domino committit: non enim seruat æqualitatem inter pretium, & rem venditam. Nam si tu das idm valentem 10. & recipis, 11. vel 12. seu 14. excessum in-

uito dante recipis, atque ita residuum iusti pretij restituere teneris.

V. *Diffic. Potestne Princeps vendere priuilegia, & immunitates, atque officia publica?*

Quando sunt multi ad Republicam merces deferentes, nõ potest Princeps alicui præstare, vt solus ille tales merces vendat. Nam hoc esset monopolis fauere, quæ sunt Republicæ detrimentum. tenet utque huiusmodi priuilegia reuocare restituendo reipublicæ damnum ex illo monopolio illatum: fieretq. talis restitutio in æquiualentem, si aliquam partem vectigalium, siue tributorum emitteret: vel domum aliquam religiosam restitueret.

APPEN. Idem dicendum est de ministris, & Consiliarijs. Quia digni ad Ro. I. sunt morte, non solum qui ea faciunt &c.

### CONCLUSIO.

Poterit tamen tale priuilegium Princeps, siue gratis, siue ex pecunia alicui priuato concedere, si merces Republicæ viles fuerint, & rari qui eas deferant. Huius generis sunt priuilegia, quæ Librarijs dantur, vt nullus præter talem personam excudat, aut vendat. Quia hæc priuilegia in vtilitatem Republicæ redunt: vix enim esset, qui præ magnitudine expensarum libros excudere, vel aliunde excussos deferre vellet.

### CONCLUSIO.

Potest Princeps tributorum immunitatem concedere hispane (*Hidalguías*) ita vt non sit Republicæ detrimentum. Ratio est, quia expedit Republicæ, vt sint nobiles immunitate gaudentes. neque sit alijs iniuria, propterea quod, quantum auget exactiõnem tributorum, minuit in exactiõne vectigalium. Cùm enim posset decimas rerum venialium exigere, vix modo ceterisimam exigit partem.

### CONCLUSIO.

Venditio officiorum exercentium iustitiam, scilicet, iudicandi, vt audientiam, aut certam gubernationem, esset abominabilis. Quia Princeps propter vectigalia, & tributa sibi soluta, ministros iustitiæ instituere tenetur.

### CONCLUSIO.

Esset etiam execrabile cætera ministeria vendere, quæ aliquam administrationem, quamuis non iudicariam annexam habent, vt præfecturas, arcium, pontium &c. potius enim Princeps huiusmodi ministris stipendium præstare tenetur. perinde enim hoc esset, ac si Dominus à famulo pro famulatu

latu pretium peteret. Idem est iudicium, si venderet aliquod palacij officium.

## CONCLUSIO.

Princeps publica regimina vendere potest Hispanè (*Regimentos*) atque etiam munerà tabellionum, &c. Ratio est, quia non tenetur gratis concedere, neque alicui nocet, suntque pretio æstimabilia.

Hinc, regimina annua poterit accepto pretio perpetua efficere, ut in aliquibus Hispaniæ locis factum esse legitur.

*V I. Diffic. An venditor vitium rei vendita emptori manifestare teneatur?*

## CONCLUSIO.

Quando vitium est in substantia, contractus est rescindendus. Quia de ratione contractus, est libera utriusque contractantis voluntas, & emptor non habet voluntatem emendi rem in substantia vitio sam.

## CONCLUSIO.

Quando vitium est in quantitate, ut in mensura, est restitutio omnium, quæ ad iustam mensuram desunt facienda: aliter enim non servaretur æqualitas.

## CONCLUSIO.

Quando vitium est occultum, ob quod res vendita, ementi periculosa redditur, erit omnino tempore venditionis manifestandum: neque satis esset tunc extenuare pretium. Patet primum ex parte charitatis ad evitandū mendacium. rogant enim frequentissimè emptores, an res vendita sit vitiosa, & si tunc vitium cœlaretur, esset mendacium. Secunda ex parte iniustitia, quia contractus est nullus cum deficiat voluntas. Nam si emptor vitium intellexisset, nullo pretio rem illam emisset, & fortassis est emptori periculosa, ut si sit equus rixosus, &c. & licet cœlando vitium, pretium extenuaret, præberet tamen occasionem emptori decipiendi aliam in pretio, priusquam vitium intelligeret, si rem illam venderet. hoc vltimum est Caiet. contra S. Thom. loco citato.

*V II. Diffic. Quando aliquis scit merces eiusdem generis quæ plurimum valent, cum suis cito venturas, teneaturne illud ducere?*

V. g. est modo Valentiæ maxima frumenti penuria ob quam Petrus suum frumentum magno pretio vendit, quod si ciues intelligerent, cito magnam frumenti abundantiam superuenturam, non tanti emerent, istud sciens teneaturne detegere.

CON-

QVÆSTIO.  
CONCLUSIO.

Nequaquam tenetur. Quia Petrus potest vendere suas merces pretio præfenti, & illas pretio futuro, quod erit superueniente mercium abundantia, vendere non tenetur.

QVÆSTIO DE ŒCONOMIS,  
ET DEPOSITO.

Syl. verb.  
depositum  
& verbo  
œconom?

Art. *Vnicus.* Possuntne depositarij rem restitutioni obnoxiam admittere?

Sot, li. 4.  
7. ar. 2.  
ad 1. &  
lib. 6. q. 3  
ar. 1.

Alias quæstiones reperies apud Syluestrum verbo depositum, & notandum plerumque res restitutioni obnoxias reponi in cœnobijs ne restituantur.

CONCLUSIO.

Tale depositum admitti non debet. Er ratio est, quia illud admittentes sunt criminis participes.

I. *Diffic.* Depositarius poteritne vti deposito?

Si depositum fuerit pecuniarium, non erit peccatum, pecunia deposita negotiari, & lucrum quærere, si tamen negotians in periculo amittendi pecuniam non constituatur. Quia non fit iniuria Domino pecuniæ, neque pecunia deterior redditur, & lucrum non ex natura pecuniæ, sed ex industria negotiantis oritur.

CONCLUSIO.

Si depositum non fuerit pecuniarium, vti illo invito Domino furtum est, nisi sit frumentum, aut oleum, & parum aliquid si intentione reddendi tantundem in quantitate, & qualitate sumatur. Hæc supra fuit demonstrata.

II. *Diffic.* Si contingat apud œconomum Reipublicæ, vel alterius privati frumentum humiditate granarij pinguescere, & multiplicari, tenebiturne quod multiplicatur restituere?

CONCLUSIO.

Tenebitur quidem. Non enim licet lucrum ex aliena re acquisitum ex natura rei, & sine industria personæ retinere.

III. *Diffic.* Quando œconomus Reipublicæ, vel alicuius Domini particularis vendit invito Domino frumentum, poteritne tunc Dominus frumenti pretium, siue frumentum petere?

CONCLUSIO.

In potestate Domini erit, vel pretium, vel frumentum petere, etiam si tempore, quo valet duplo petatur. Ratio est, quia œconomus

œconomus alienum inuito Domino vendere non potuit. Et quia est depositarius. Vnde Dominus depositi poterit frumentum, quocumque tempore voluerit, petere, si œconomus vsque ad illud tempus frumentum seruare tenebatur.

QVÆSTIO DE CONTRACTV Sylu. ver,  
LOCATI DE CONDVCTI. locatio.

Art. Vnicus. An qui conduxit agrum alienum tempore sterilitatis, annuam pensionem soluere teneatur?

CONCLUSIO.

Sterilitas colonum liberat, ne pensionem soluere teneatur.  
Definita est expressè in cap. propter sterilitatem de locato, & conducto.

I. Dubium. Quanta debet esse sterilitas à solutione pensionis liberans?

Syluest. verbo locatio §. 13. sex affert opiniones. Cæterum respondetur.

PROPOSITIO.

Sufficiens sterilitas dicitur, quando sine culpa, & negligentia coloni, sed sola temporum iniuria tantum collegit, quod ad expensas faciendas sufficit. Vt si ex agro colonus. 100. tantum mensuras tritici suscepit, quæ omnes ad expensas deducendas sunt necessariae, tunc pensionem soluere non tenebitur.

CONCLUSIO.

Si anno præcedenti, vel sequenti sterilitas præsentis anni compensetur, pensio anni sterilis soluenda erit. Definita est expressè in cap. citato propter sterilitatem. Vbi dicitur, nisi cum vbertate præcedentis anni, aut subsequents valeat compensari. Tuncque compensari dicitur: quando vno anno reddit ager fructus duorum annorum.

CONCLUSIO.

Quando colonus nihil ex agro percipit, non ratione sterilitatis terræ, sed propter tempestatem, quia grandine segetes fuerunt consumptæ, siue combustione, vel alicuius exercitus deuastatione, tunc pensionem soluere tenetur. Syluest. est vbi supra, & apertissime ex cap. propter sterilitatem citato colligitur. nam dicitur ibi, propter sterilitatem terræ, quæ vitio rei sine culpa coloni euenit. Vbi excludit sterilitatem aliunde ortam.

Quando annus omnino sterilis non fuerit, non omnino, sed ex parte erit soluenda pensio. Nam sicut propter omnimodam sterilitatem, omnino pensio remittitur, ita quanta ex parte fuerit sterilitas, ex parte erit remittenda.

II. *Dubium. Quodnam erit locationis, & conductio-  
nis iustum pretium?*

De hoc dubio idem omnino dicendum est, quod de iusto pretio in materia emptionis, & venditionis diximus.

QVÆSTIO DE CONTRACTV  
PERMVTATIONIS.

Contractus permutationis est duplex, scilicet, rerum corporahum, & spiritualium. De permutatione rerum corporahum legendi sunt summistæ, & D D in 4. cuius iustitia in æqualitate rerum permutandarum consistit.

De permutatione vero spiritualium, legendus est textus in cap. ad quæstionem de rerum permutatione. Vbi dicitur, beneficia permutari posse, dummodo æqualitas fructuum seruetur, & permutatio superioris autoritate fiat.

S. T. 2. 2.

q. 72. ar.

2. ad 2.

& Caie.

ibi. ar. 3.

Medi. q.

29. Sco.

li. 4. art.

5. q. 6. &

li. 5. q. 9.

Mat. c. 5.

QVÆSTIO DE RESTITVTIO-  
NE HONORIS, ET BONO-  
rum temporalium.

Art. *Vnicus. An ledens aliquem per contumeliam, aut  
conuictum, solum ad petendam veniam, vel  
ad aliquam aliam restitutionem  
teneatur?*

Dux sunt opiniones. Caiet. opinatur teneri contumeliosum ad restituendum honorem, qui potest alio modo, quam petitione veniæ restituere.

Abulen. Matth. 5. explicans locum, si offers munus tuum &c. docet, irrogantem alteri contumeliam, aut conuictum ad petendam veniam teneri.

CONCLUSIO.

Irrogans alteri conuictum, vel cōtumeliam ad satisfactionem, & restitutionem ablati honoris tenetur. Quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, & contumeliosus abstulit proximo honorem longe pecunia præstantiorem.

CON.

## CONCLUSIO.

Quando honor per contumeliam sublatuſ alio modo, quam petitione veniæ reſtitui poteſt, contumelioſuſ ad veniæ petitionem non tenetur. Ratio eſt; quia irrogans alteri contumeliam, ſolum tenetur reſtituere ſublaturuſ honorem.

## CONCLUSIO.

Quando iniuria fuerit leuiſ, & ſatisfactio integra, atque ſufficiens fieri poteſt per veniæ petitionem, tunc contumelioſuſ tenebitur ad veniam petendam, dummodo iniuria affectuſ fuerit ſuperior, aut æqualiſ, non autem inferior. Et ratio eſt, quia quando iniuria eſt leuiſ integre honor petendo veniam reſtituitur, vt ſi quiſ alteri vitium ignominioſum obijciat, vocando illum ingratum, ſuperbum &c. quæ non ſunt impropria. Notanter dicitur, niſi fuerit ſuperior, quia non decet, vt ſuperior perſonam Dei gerens inferiori ſubijciatur. Satiſ enim eſt, vt alio modo illi reconcilietur.

## CONCLUSIO.

Quando conuitium irrogatum fuerit ignominioſum verbo, aut factu, vt ſi colapho, aut ſulte quiſ fuerit percuſſuſ, & paſſuſ iniuriam noluerit ſibi petitionem veniæ ſatiſſeri, tunc ad arbitrium boni viri erit faciendæ ſatisfactio. Et ratio eſt, quia contumelioſuſ tenetur honorem ſublaturuſ reſarcire, qui petitione veniæ tunc non ſufficienter reſarcitur.

I. *Dubium.* Quale erit boni viri arbitrium?

## CONCLUSIO.

Rectum boni viri arbitrii eſt, vt ſatisfactio certa verborum forma fiat. V. g. ſi colapho, aut ſulte percuſſiſti aliquem, erit congrua ſatisfactio ſi dixerit te illud feciſſe potiuſ circumſtantium favore, quam tuiſ armis, ſeu viribus fretum, vel quia vidiſti illum inermem, aut alia huiuſmodi, ita tamen, vt non mentiaris. Poteſt quoque exhibitione pecuniæ fieri, quia illam pecuniam poteſt quiſ extra iudicium exigere, quam actione iniuriarum in iudicio petere, poteſt. & cum poſſit quiſ 1000. ditatos honorem ablatum æſtimare, poterit illoſ extra iudicium petere. Eſt & aliuſ ſatiſfaciendi moduſ, ſi contumelioſuſ diſcedat à loco vbi iniuriam paſſuſ habitat.

## CONCLUSIO.

Ad honoris reſtitutionem tenentur etiam qui cauſa vel cura cauſa contumeliæ fuerunt. Ratio eſt, quia qui cauſam damni dæ &c. Vno tamen reſtituente, ceteri ſunt liberi. Cæterum qui irrogauit iniuriam, actu, ſemper tenetur.

## CONCLUSIO.

Hæredes eiſ, qui iniuriam paſſuſ fuit, contumeliæ illaræ defuncto

defuncto satisfactionem petere non possunt, nisi in illos iniuria redundet. Quia iniuria personalis non transit ad hæredes.

A P  
P E N

Hinc, si redundaret, facienda esset illis satisfactio, si defuncto non fuit satisfacta. Sæpissime enim contingit, vt propter iniuriam vni de familia irrogatam, tota familia lædatur.

CONCLUSIO.

Lesus iniuria verborum, aut colaphis, siue iuste rancorem, & animum sumendi vindictam remittere tenetur: non autem honoris satisfactionem, quia est bonum temporale. Constat per text. & gloss. in Can. si quis contristatur. 9. dist.

S. T. 2. 2.  
q. 64. ar.  
7. R. ar.  
5. q. 2. c.  
3. Scot.  
q. 3.

I. *Diffic. Ladens alium in bonis corporis tenetur-  
ne ad restitutionem?*

PROPOSITIO.

Tenetur expensas, & omnia alia damna illata, lucrumque cessans, & damnum emergens soluere, atque etiam hæredibus defuncti, quos defunctus alere tenebatur, vt filijs, vxori &c. satisfacere.

A P  
P E N

Hinc, abscindens manum artificis ex artificio viuenti, illum per totam vitam, filiosque & vxorem, quos ex mercenario artificio alebat, sustentare tenetur. Intellige, si modo damnificans fuerit inuasor. Nam si pro defensione sui, quia aliter se defendere non potuit illum interfecerit, ad nullam tenebitur restitutionem. Secus autem si potuit, & nihilominus inuasorem occidit. Iam enim illud non se defendere, sed aduersarium offendere esset.

II. *Dubium. Quid si propter lesionem a Petro factam falso Ioanni impositam, incommoda multa Ioannes patiatur?*

Supra responsum est.

III. *Dubium. Quid si lesit alium præter intentionem?*

R. si sufficientem adhibuit diligentiam, ne alium offenderet, ad nullam tenetur satisfactionem: sin minus tenetur. Constat ex c. Presbyter, & c. lator. & c. dilectus, cum 3. sequentibus de homicidio, quorum exempla nota diligenter.

III. *Dubium. Tenebitur ne aliquis etiam damnum ratione cicatricis illatum soluere?*

PROPOSITIO.

Si lesus patiatur aliquod detrimentum temporale, tunc præter expensas, & damna peculiaris satisfactio ratione cicatricis est facienda, vt mulier habens cicatricem in facie difficilius nubet, & seruus habens cicatricem vilior erit.

Hinc

Hinc si ex cicatrice nullum temporale damnum sequatur, non erit facienda restitutio.

V. Dubium. Occidens hominem tenebiturne seipsum iudici offerre, vt. pro occiso suspendatur?

A. P. F. E. N.

PROPOSITIO.

Nequaquam tenetur, vt ex supra dictis constat. Hic liberandus est Sco. a temeritate, quam multi illi imposuerunt. Na propterea quod dist. 15. dixit, vix posse aliquem recompensare per actiones illud, quod abstulit homicidio, colligunt fuisse huius sententia, vt homicida teneatur se iudici sponte offerre, vt occidatur. Quod quidem ex verbis praedictis nulla ratione colligi potest, praesertim cum quaestione sequenti eiusdem dist. dicat malefactorem occultum, & non conuictum, etiam rogatum a iudice non teneri ad confitendum crimen.

Hic liberatur. Scot.

VI. Dubium. Haeredes malefactoris tenentur ad restitutionem?

PROPOSITIO.

Absolute omnia debita defuncti siue ratione contractus, siue ratione delicti soluere tenentur. Quia bona defuncti eius creditoribus sunt obligata.

VII. Dubium. Teneturne Dominus satisfacere iniuriam a proprio mancipio irrogatam?

PROPOSITIO.

Quando Dominus fuit damni causa tenetur, & dicitur esse causa, quando non prohibuit cum posset, vel quando impuniti reliquit. Ita definitur lege 2. ff. de moralibus actionibus & in c. Si bos de iniuriis. Quia qui causam damni dat &c. Quare si non fuerit causa, non erit restitutioni obnoxius.

II. Dis. An qui vitiauit virginem, in quocunque eventu illam dotare teneatur?

S. Thom. 2. 2. qua.

CONCLUSIO.

Inferens Virgini violentiam, & illam nolentem corrumpens, 156. art. aut illam vxore ducere, si pater voluerit, aut dotare si pater noluerit, tenetur. Definita est expresse c. 1. de adulteris, etiam ante Alen. 2. condemnationem. licet Nauarro oppositum teneat. 2. p. qua.

CONCLUSIO.

Seducens virginem promissionibus, affirmans se illam ducturum vxorem, vel dotem praestaturum, si vitiauerit, promissum luest. vt adimplere tenetur. Definita quoque est c. 1. de adulteris. Et nota hoc dotem esse tribuendam, qua virum secundum suum statum inuenire possit. 167. Syrum 158. Syrum luxu. 8. 5. Navar.

CONCLUSIO.

Corrumpens virginem falsissimis precibus exorata, non nu. 17.

promissionibus seductâ, neque violentia oppressam, in foro conscientia ad nullam tenetur satisfactionem. Quia volenti, & contenti non fit iniuria, secus autem est in iudiciali foro.

CONCLUSIO.

Corrumpens virginem importunis precibus exorata dotate tenetur. Propterea quod, importunæ, preces molestiæ æquipollēt Dicuntur autē importunæ, quādo sunt multæ, & efficaces;

Animaduerte corruptorem virginis teneri quoque ad satisfaciendum parentibus illius. Nam maximum est dedecus parentibus virginem habere violatam.

CONCLUSIO.

Stuprator non solum in foro exteriori verumetiam in foro conscientia virgini dotem præstare tenetur. Quia aliter virgini integra satisfactio fieri non potest. Angeli est contra Syl. vbi supra. Hactenus de Restitutione.

D.D. dist.  
43. &  
Cast. ver.  
resurre-  
ctio cōtra  
qareses &  
Bea. Am-  
brasi. in  
libel. de  
fide resur-  
rectio. Ri.  
20to arti.  
1. & 8.  
Th. q. vni  
& c. Scot.  
q. 1. Job.  
c. 19.  
Matth. c.  
22.  
Ioan. 11.  
Heresis.  
Cast. vbi  
supra.

FLORES QVÆSTIONIS DE RESURRECTIONE.

Art. I. An sit mortuorum resurrectio futura?

**D**E fide tenendum est futuram esse mortuorum resurrectionem. Job 19. Scio, inquit, quod redemptor meus vivit. & c. usque in sinu meo. Et Matt. 22. increpauit Dominus Iesus Sadduceos resurrectionem negantes; alia sunt innumera Sacrae Scripturae loca, quibus hæc conclusio confirmatur, apud Patrem à Castro.

CONCLUSIO.

In die generalis resurrectionis, omnes tam electi, quam reprobis resurgent. Venit enim hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij.

Ex hæreticis, quidam non esse futuram resurrectionem affirmarunt, alij iam factam esse asseruerunt, qui omnes hic conuincuntur.

I. Dis. An possit generalis resurrectio naturali ratione demonstrari?

CONCLUSIO.

**S. Thom.** Resurrectionis articulus rationibus naturalibus probati non potest. Quia cum à priuatione ad habitum per naturam non possit esse regressus, neque naturæ viribus poterit cognosci. Est enim resurrectio supernaturalis, & vt res se habet ad esse, ita ad cogni-

cognitionem.

### CONCLUSIO.

Potest nihilominus similitudinibus, & rationibus topicis mortuorum resurrectio declarari. Nam B. Paul. si in hac vita, inquit, *1. ad Cor. c. 15.* tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus, & grani similitudinem adducens ait, quod feminas, non vivificatur, nisi prius moriatur, &c. Sic & resurrectio mortuorum Istæ autem rationes, nisi habenti fidem, fidem non faciunt, etiamsi supposita infinita Dei potentia contra infideles probare possimus non futuram, sed possibilem esse resurrectionem, idest, non implicare contradictionem. *In eod. m. cap.*

II. *Disf. Concurreret ne naturalis causa, vt Sol terra, &c. ad hominum resurrectionem, sicut ad procreationem?*

*Rica ar. 3. q. 1. & Sco. q. 3.*

Scotus duas adducit opiniones. Vna est Platonis afferentis post spatium 30000. annorum omnia, quæ corrupta sunt eodẽ numero reditura. Verum hæc sententia confutatur multis Sacre Scripturæ testimoniis. Nam D. Paul. ait, quia nos qui vivimus, &c. Et sic semper cum Domino erimus.

Altera opinio est opposita, quæ quidem tenet nihil idem numero corruptum, per causam naturalem redire posse.

*1. ad Thef. sal. c. 4.*

Tertia opinio est Ric. & Sc. affirmantium posse aliquando, licet, no semper, idem numero semel corruptum reproduci.

### CONCLUSIO.

Virtute agentis naturalis idem numero semel corruptum reproduci nullo modo potest. Nam à priuatione ad habitum impossibilis est regressus testatur id Aristoteles. Cum enim indiuiduum accipiat esse per motum, & per actionem agentis naturalis, & fieri non possit, vt redeat idem motus, eademq; actio, fieri quoque haud poterit, vt virtute agentis naturalis idem numero corruptum reproducatur.

### CONCLUSIO.

Deus tamen Opt. Max. idẽ numero reproducere potest. Quia Deus in sua operatione à motu causæ secundæ tempore & loco, quæ sunt indiuiduales differentię, non dependet, Potestque sua omnipotentia eundem motum, eandemue generationem, per quam indiuiduum incepit esse reproducere.

### CONCLUSIO.

Nulla causa naturalis cum Deo ad mortuorum resurrectionem concurreret, Quia mors est priuatio vitæ. vnde ad viuificandũ non poterit causa secũda cõcurrere. Totũ enim fit à Deo miraculose:

culose: organizatio siquidem à solo Deo fit, iam enim non efficitur tunc per semen effusum intra vterum foeminae, nec animae introductio nisi à solo Deo efficitur. Nam introducere animam in corpus est hominem efficere, & anima cum sit forma hominis, eiusdem causa efficiens esse non potest. Nam efficiens causa, & forma, respectu eiusdem non concidunt.

Scot. q. 4.

III. Diff. *Eritne resurrectio naturalis?*

CONCLUSIO.

Resurrectio tam ex parte principij actiui, quam ex parte termini erit simpliciter supernaturalis. Nam Deus Opti. Maxi. est principium actiuum, vt ex superioribus constat. Et terminus resurrectionis, s. gloriificatio in electis, & incorruptibilitas in reprobis, quia illorum corpus erit incorruptibile, supernaturalis est.

CONCLUSIO.

Si naturale, vt opponitur violento sumatur, resurrectio passiuà naturalis erit. Nam secundum inclinationem naturalem futura est. Anima enim naturaliter ad suum corpus informandum inclinatur, erit autem supernaturalis, vt ex proxima conclusione constat, si naturale, vt opponitur supernaturali, accipiatur.

Ri. ar. 3.

Art. II. *Quanam sunt resurrectionis causa?*

q. I. & 2.

& Sol. q.

3.

CONCLUSIO.

Instrumentalis causa futuræ resurrectionis erit vox tubæ quæ Ioan. 5. c. & vox Christi nominatur. Nam apud D. Io. legitur, venit hora, i. ad The in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Et ad The salo. veniet Dominus in iussu, & voce Archangeli & tuba nouissima. Huius loci expositionem apud Ric. & alios reperies.

CONCLUSIO.

Christus Dominus, vt Deus est, nostræ resurrectionis cum Patre, & Spiritu Sancto causa efficiens principalis erit. Quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, per eandem enim voluntatem operantur.

CONCLUSIO.

Christus, vt homo, id est, Christi humanitas, erit nostræ resurrectionis causa instrumentalis. Nam, vt per causam instrumentalem agens principale, vt scriba per calamum, suum operatur effectum. Ita Christus per suam humanitatem præcipiet Angelis pulueres congregare, & alia, quæ in iudicio futura sunt præstare. Quemadmodum in resurrectionem, Lazari fuit diuinitatis instrumentum.

CON-

## CONCLUSIO.

Ad. Philo

Christi Resurrectio nostræ resurrectionis exemplaris causa erit. Dicit enim B. Paul. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratum, corpori claritatis suæ. *lip. c. 3.*

Ar. III. *Quando futura erit vniuersalis resurrectio?*

Ric. toto

## CONCLUSIO.

ar. 6.

Generalis hominum resurrectio in fine mundi, & non antea erit. Dixit enim Iob. in nouissimo die de terra surrecturus sum. *Iob. c. 29.* & Matth. 13. simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, *Matth. 13.* & paulo post sequitur, sic erit in consummatione sæculi, exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent illos in caminum ignis ardentis, ibi erit fletus, & stridor dentium,

## CONCLUSIO.

Præter corpus Christi Iesu, & immaculatæ semperque virgini Mariæ, nullum aliud est in cœlo eorum, qui hæcenus surrexerunt. Hæc cōclusio est B. Hier. & B. August. quos citat. D. Th. hac difficultate. Nam si aliquis sanctorum cum corpore ad cœlorum ascendisset, fuisset præteritum Dauid de quo tamen B. Petrus ait, sepulchrum eius apud nos est vsque in hodiernum diem, quos credibile est fuisse cum corpore in deliciis paradisi vsque ad ascensionem. quando exiit corporibus cum illo in cœlum ascenderunt. *S. Tho. v. bi supra. D. Hier. Dur. Aug. In Act. c. 2.*

Hinc, confutatur error, quorundam hæreticorum dicentium, duas futuras esse resurrectiones, primam omnium martyrum mille annis ante finale iudicium. Et secundam in fine mundi. Pater autem à Castro verbo Beatitudo hæresi 2. explicat locum Apocalypsis, quo decepti fuerunt. *Hæreses,*

I. *Dis. potestne dies ille ab Angelis, aut hominibus cognosci?*

Ric. ar. 6.

## CONCLUSIO.

9. 3.

Mat. cap.

Dies iudicij nulli creaturæ, sed soli Deo notus est: Cōstat Mat. 24. de die autem illa nemo scit, neque Angeli cœlorum, &c. & Marci 13. neque filius hominis, id est, vt alius reuelet. atque hoc vt semper parati viuamus: iuxta illud Lucæ. 12. c. estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. *24. Mar. 13. Luc. 12.*

## CONCLUSIO.

Neque Angeli, neque beatorum animæ. quando dies ille futurus sit, in verbo vident. Colligitur Matth. 24. neque Angeli sciunt. Vbi negatio vtramque scientiam in proprio genere, & in verbo includit. Hæc est Ricard. contra quosdam asserentes in proprio genere, i. per species acquisitas, vel reuelatas, siue infusas, ignorare, non tamen in verbo. *Matth. c. 24.*

Ri ar. 5.

q. 2. &amp;

ar. 6. q. 1.

Sco. q. 5.

&amp; Dur.

q. 4.

I I. *Diffi. Estne resurrectio in instanti, vel  
in tempore futura?*

## C O N C L U S I O.

Collectio partium materialium in tempore fiet. Ratio est: quia Angeli, quorum ministerio fit non possunt mouere corpora in instanti, simul enim essent in pluribus locis virtute creata corpora ipsa, fieretque motus in instanti, quod est impossibile. In instanti enim mouere virtutis infinitæ est proprium.

## C O N C L U S I O.

Resurrectio in instanti fiet. Ratio est, quia Deus sua infinita virtute est resurrectionem facturus. Colligitur ex B. Paul. dicente, omnes quidem resurgemus, &c. In momento, in iectu oculi. Non quod in apertione palpebrarum futura sit. Nam cum hæc sit motus, fit tempore, sed ad declarandum in instanti faciendam esse.

Ric. ar. 6

q. 2. rb<sup>d</sup>

supra.

I I I. *Diffi. Fietne in instanti noctis, an diei resurrectio?*

## C O N C L U S I O.

Erit fortasse primo mane, quam primum aurora clarescere inceperit, Sole in Oriente existente, & Luna in Occidente, eritque eadem hora, qua Christus Iesus a mortuis resurrexit. Quia resurrectio Christi Iesu, quæ est exemplaris causa nostræ resurrectionis, primo mane fuit. Tum etiam, quia futurum est iudicium, quando homines minus de illo cogitabunt, vt diluuium tempore Noe, & homines primo mane magis somno grauantur, & sui obliuiscuntur.

Ri ar. 4.

q. 1. Sc. v-

bi supra.

Art. I I I I. *Qui in die iudicij, reperti fuerint viui,  
morienturne?*

## C O N C L U S I O.

Electi tempore iudicij viuentes sunt morituri, & statim resurrecturi. Hæc fuit sententia D. Hiero. & D. Aug. statutum. n. est omnibus hominibus semel mori. Notanter dicitur, in con. electi, de his enim fuit controuersia inter Doctores, & non de reprobis, quos morituros esse nullus dubitat, & intelligitur conclusio exceptis Elia, & Henoch, quemadmodum scriptura testatur.

I. *Dubium. Suntne iusti simul cum reliquis resurrecturi, an post cæterorum resurrectionem morientur, & statim resurgent.*

Scotus, & Duran. tenent iustos rapiendos esse viuos in aerea, & ibi morituros, & illico resurrecturos post cæterorum resurrectionem. Huic opinioni suffragari videtur B. Pau. 2. ad Thessalon. 4. in iussu, & in voce Archangeli, & deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus

pubibus, obuiam Christo in aere. Opinio Ricar. est iustos esse in terra morituros ante aliorum resurrectionem, & postea simul cum illis resurrecturos. Quod confirmare visus est B. Pau. dicēs in momento, in ictu oculi, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: vbi vniuersaliter loquitur; quasi dicat. simul resurgemus. Iam enim docuit D. August. c. 6. de Ecclesiasticis dogmatibus. Erit, inquit resurrectio mortuorum, sed, vna, id est, simul & semel, non prima iustorum, & secunda peccatorum, vt fabula est somniatorum, sed vna omnium. quia vna comparebunt in iudicio.

1. ad Cor.  
15.

II. *Dubium. Corpora eorum, qui reperti fuerint viui in die iudicij, suntne in cineres conuertenda?*

Sequendo opinionem Sco. pars negatiua est tenenda.

### CONCLUSIO.

Corpora eorum, qui reperti fuerint viui in die iudicij, incinerabuntur, id est, corrumpentur. Dictum est enim Gen. 3. puluis es, & in puluerem reuerteris, quæ pœna imposita fuit propter culpam originalem, quam omnes præter Christum Iesum, & eius purissimam matrem, contraxerunt: fietque corruptio per ignem: qui ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

D. Bo. R.  
& aliorū.  
Gen. 3.

I. *Diffi. Eritne resurrectio omnium in valle Iosaphat, vbi futurum est iudicium?*

Varie sunt opinioniones, quas refert So. hac dist. q. 2. ar. vltimo. Ric. d. 43

### CONCLUSIO.

Omnes resurgent in locis, in quibus fuerint sepulti. Et constat. Io. 5. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei & etiam Ezechiel 37. Ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris.

ar. 5. q. 3.  
& dist.

48. ar. 1.

q. 7. Sc. d.

43. q. 5.

Dices, quomodo istud fiet, ministerio Angelorum, qui partes materiæ dispersas, & sub diuersis formis existentes, ad locum, vbi quilibet fuit sepultus congregabunt. Quæres: qua ratione in eodem sepulchro erunt innumera corpora ibidem sepulta? R. Hæc est quia potest Deus efficere, vt sit corpus, & non occupet locum, quemadmodum erunt in valle Iosaphat. Sed de hac re in prima parte egimus, in q. de existentia corporis Christi in Eucharistia, vbi multa corpora in eodem loco existere posse demonstraui-

S. Th. d.

43. q. 1. ar.

3. q. 4.

R. Io. c.

5. Exech.

c. 37.

Ri. ar. 7.

q. 1. 2. &

3. Dur. d.

47. q. 3.

Art. V. *An singulorum omnium cogitationes, & opera, quæ in vita egerunt, siue bona, siue mala, sint illic propaganda?*

### CONCLUSIO.

Tt 4

In

In die iudicij libri conscientiarum aperientur, & ita vt omnium tam electorum, quam reproborum opera, & cogitationes bonæ, ac malæ, non solum ab illis, qui ea fecerunt, verumetiam ab omnibus conspiciantur. Prima enim ad Cor. 4. expressè habetur, nolite, inquit, ante tempus iudicare, quoad vsque venia: Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Cum enim illud iudicium futurum sit ne detur alicui occasio suspitionis, omnium reorum crimina omnibus patere debent.

Magister sententiarum asseruit peccata electorum non esse manifestanda.

CONCLUSIO.

Electi in verbo omnia bona, & mala propriæ singulorum videbunt: damnati verò per species à Deo cretas inita celeritate, singulorum bona, atque mala cernent D. Aug. est, quem citat, & sequitur Ric. vbi supra dicentis: omnia mentis intuitu cernentur, & quasi in libro recitabuntur, non in genere tantum, vt quidam opinatur, sed in particulari, vt ex 1. concl. constat. Aliter enim non iustificaret Deus iudicium suum, si singulis singulorum gesta non paterent.

Ric. d. 44  
ar. 1. Sc. q.

Art. VI. An resurget idem corpus numero, quod hominum dum vixit, habuit?

1. eadem Hoc art. d. 44. Magistri declaratur, in qua de qualitate corporum resurgentium, & de modo, quo ignis torquet Angelos malos, & animas separatas verba facit.

3. d. 43. Communis est sententia affirmans. Solus Durand. negat idem corpus numero rediturum.

CONCLUSIO.

Vnusquisque in eodem corpore reformato ex eadem materia numero. ex qua tempore, quo viuit, erat compositum, resurget, Expressè habetur Iob. 19. in nouissima die de terra resurrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum.

2. Cor. c. 5 Alioqui enim non fieret carnis resurrectio, neque vnusquisque propria corporis, pro vt gessit, recipere. Quod est contra D. Paul. & contra fidem.

Dur. cau-  
te legendus

Hinc, cauta legendus erit Duran. loco citato.

Ric. d. 45.  
ar. 1. q. 4.

I. Diffic. An in homine, totum, quod in eo de veritate nature humanæ præfuit resurget?

CONCLUSIO.

Sc. d. 44. Non resurgent omnes homines, cum omnibus partibus carnis, & materiæ, quas per totam vitam habuerunt. Ratio est, quia si homo centum annos vixisset, cuius corpus, vel esset immoderate quantitatatis, si partes non condensarentur, vel si condensaretur, esset

tur, esset immoderate qualitatis, quorum utrumque est superfluum, & deforme, & corpora gloriosa nullam habebunt deformitatem.

## CONCLUSIO.

Homo cum tanta quantitate resurget, quantam usque ad trigessimum tertium annum habuit, vel habuisset, si ad illam usque ætatem vixisset. Nam occurremus (inquit B. Paul.) omnes in vitam perfectam, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Ad Epl.

4.

I. *Dubium.* Dices cum homo continuo nutriatur, & quedam partes evanescant, quænam illarum resurgent?

R. cum Sco. Resurgent omnes partes materiæ quas homo à parentibus tempore generationis recepit: ex partibus vero per nutritionem acquisitis resurgent priores, ut quidem sentiunt, vel illæ quas natura generavit, quousque homo debitam quantitatem habuit, aut, ut alij opinantur resurget homo cum partibus, quas usque ad 33. annum habuit,

Hinc colligitur non resurrecturum præcisè illud corpus, quod homo habuit in certo vitæ tempore, sed corpus ex diuersis partibus quas in diuersis vitæ temporibus habuit,

A P.

P E N.

## CONCLUSIO.

Resurget præterea homo cum capillis, & unguibus, quatenus sunt naturæ ornamentum. Hæc est D. Augustini. Capilli enim, licet sint naturæ superfluitates, sunt nihilominus ornamenta.

22. de ci-  
uit. Dei c.

19.

Hinc non omnes capilli, & unguens erunt reparandi, Quoniam esset corpus deforme.

A P.

P E N.

## CONCLUSIO.

Partes homogeneæ ad eundem situm non redibunt. Nam licet ossa habitura sint easdem partes materiæ, quas in vita, parum tamen refert partem materiæ, quæ eras in medio ossis in extremo illius resurgere.

## CONCLUSIO.

Partes etherogeneæ quæ erant in capite ad caput redibunt, & non ad pedes, &c. Alioqui enim non esset idem caput numero ante, & post resurrectionem, ex consequentique neque idem numero corpus. Quia identitas corporis ex identitate numerica partium constat.

## CONCLUSIO.

Electi cum omnibus membris, quæ sunt de integritate humani corporis, etiam si in vita illis caruerint resurgent. Nam 15. D. mortui inquit D. Paul. resurgent incorrupti ubi Glossa, id est, *An. est in*

1. Cor. c.

15. D.

An. est in

*Enchir.c. sine aliqua læsione membrorum.*

22. *Vnde monoculi cum duobus oculis resurgent, & martyres  
A P- habebunt membra, quibus in contumeliam Christi privati fue-  
P E N. re, in quibus cicatrices, vt Sol, & gemmæ splendidissimæ in eo-  
rum gloriam accidentalem fulgebunt.*

II. *Dubium. Restituentur ne reprobris omnia membra,  
quibus in vita fuerunt orbat?*

Duæ sunt opiniones: Prima D. Bona. & Dur. qui tenent, vt ex  
hac vita migrarunt, ita resurrecturos esse.

*Ri.d. 44. Secunda opinio est contraria, & est Ric. & S. Tho. D. autem  
ar. 1. q. 6. Aug. in hac re fuit dubius. Nam ita ait, neque fatigare vos debet  
Sc. vbi su- incerta damnatorum habitudo, & pulchritudo quorum erit cer-  
pra. S. Th. ta sempiterna damnatio.*

*q. 1. ar. 2.*

### CONCLUSIO.

Resurgent integri, quemadmodum, & electi. Dicit enim B.  
Paul. mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Vbi gl.  
1. *Cor. c. inquit, penes integritatem corporum, non posuisse B. Paul. inter  
15. reprobos, & electos discrimen, sed solum penes impassibilita-  
tem, quam verbo illo & nos immutabimur, indicauit.*

*Ric. ar. 1.*

II. *Diffic. An omnes in iuuenili ætate resurrecturi sint?*

*q. 8. Sc. v-*

*bi supr.*

*Ad Ep. c.*

*4. 22. de*

*cin. Dei.*

*c. 15.*

Resurgent omnes in eadem ætate, idest, in virtute, & robore  
corporis, quod homines 33. annorum habere solent. Hanc con-  
clusionem colligunt doct. ex B. Paul. donec occurramus in men-  
sura plenitudinis ætatis Christi. Et est D. Aug. asserentis, omnes  
esse reparandos ad illam ætatem, quia est perfectissima hominis  
ætas.

*Ri. ar. 1.*

III. *Diffic. Resurgent ne omnes in eadem corporis statura?*

*q. 9. S. Th.*

### CONCLUSIO.

*q. 1. ar. 2.*

Non in eadem quantitate omnes, sed in illa, quam homo ha-  
buit natura non errante, aut impedita, vel habitus esset si per-  
fectam attigisset ætatem, resurgent. Ad quam quidem identita-  
tem pertinent dimensiones staturæ, vultus, & cæterorum iden-  
titas, exceptis deformitatibus, quæ, (vt paulo antea diximus) in  
electis auferentur.

*Ri ar. 1.*

*q. 10.*

III. *Diffic. An omnes in ætate virili resurgent?*

Quidam partem affirmantem asseruerunt: in quos D. Aug. disputat.

### CONCLUSIO.

Fœminæ in sexu fœmineo resurgent, quia fœmina, est à viro  
alia numero, & vniuersique vnus numero resurrecturus est.

### CONCLUSIO.

Pudenda fœminarum tunc ad libidinem minimè allicient.

Nam si

Nam si in statu innocentia Adam, & Eua nudi cum essent, non erubescabant. Quia nullum carnis motum patiebantur, nedum Gen. c. 2, in patria, vbi sunt futuri impecabiles.

*V. diffis. Eritne potentia nutriendi, & generandi in beatis?*

D. Aug.

### CONCLUSIO.

Erit quidem non ad vsum, vt falsissimum sibi Saraceni persuadent, sed ad naturæ perfectionem D. August. est dicentis corporibus non esse auferendam comedendi facultatem, sed ægestatem.

### CONCLUSIO.

Non tamen actu generare poterunt. Nam erunt sicut Angeli Dei in patria, qui neque nubent, neque nubentur. Mat. c. 22

*III. Dubium. Nunquid resurgent cum quatuor humoribus corpora?*

### CONCLUSIO.

Resurgent. Propterea quod, isti humores sunt de veritate corporis humani viuentis.

## FLORES QVÆSTIONIS DE RE- CEPTACVLIS ANIMARVM

post hanc vitam, & de suffragijs, deq; sanctorum orationibus.

Hæc q. d. 45 à Magistro sententiarum tractatur.

*Art. I. Suintne quatuor tantum receptacula, in quibus morientium anima recipiuntur?*

V.g. cælum, infernus, purgatorium, & limbus paruulorum, qui cum solo originali discedunt.

DD. ibi

dē. Ri. ar.

1. q. 1. &

2. S. T. q.

1. ar. 1. &

sequenti.

### CONCLUSIO.

Post mortem Christi Iesu, quatuor tantum sunt animarum receptacula. De beatorum quidem receptaculo constat, apud D. Matth. venite benedicti patris mei, accipite regnum, quod vobis paratum est &c. Et de inferno ibidem, ite maledicti in ignem æternum, &c. Et de purgatorio, ex 1. ad Cor. 3. si aliquis autem superædificat ligna, fœnum, & stipula, id est venialia peccata, &c. saluus erit, sic tamen quasi per ignem, scilicet purgatorij. Limbus verò, facile colligitur. Nam paruuli cum peccato originali morientes, non sunt in cælum migraturi. Nihil enim, coinquinatum intrabit in regnum coelorum, neque in infernum aut purgatorium, cum nullum habeat actuale peccatum. Quapropter quartus locus, vtpote limbus est constituendus. Notanter dicitur post mortem Christi. Nam antea erat limbus paruulorum.

Mat. ca.

25.

1. Cor. 3.

Apo. c. 21

Ric. S. T.  
vbi supr.

I. *Dubium. Vbi nam sunt hæc receptacula?*

CONCLUSIO.

Mat. c. 5.  
APPEN.

Ma. c. 18.

De fide tenendum est beatorum receptaculum cœlum esse. Nam Matth. 5. dicitur merces vestra copiosa est in cœlis. Hinc, quamuis beatitudo in visione, & fruitione Diuinæ essentia consistat. Et vbiq. locorum homo beatificari possit, nam Angeli ad nos descēdentes semper vident faciem patris & animæ sanctorum patrum in limbo, descendente sanctissima Christi Iesu anima, fuerint beati, nihilominus tamen propria sedes, vbi beati Deum vident coelum est empyrium, scilicet, splendidissimum, vt locus locato proportionetur.

CONCLUSIO.

Ma. c. 12.  
Luc. 16.

Infernus damnatorum in visceribus terræ situs est. Et videtur esse de fide tenenda, licet Soto veram tantum & oppositam temerariam dicat. multis enim locis Sacrae Scripturae confirmatur. Nam limbus patrum est in visceribus terræ, dicente Christo Iesu de anima sua, sicut fuit Ionas &c. ita erit filius hominis in corde terræ & infernus limbo inferior est, vt constat Luca 16. de diuite epulone, qui eleuans oculos vidit Lazarum in sinu Abrahæ, id est, in limbo.

CONCLUSIO.

Purgatorium, & limbus puerorum in inferioribus partibus terræ existit. Id enim canit Ecclesia libera Domine animas &c. de poenis inferni, & de profundo lacu, vbi purgatorium, quia est in inferioribus partibus terræ infernus nominatur, perinde etiam & limbus, quia est locus punitionis, infernus appellatur. Ibi enim pueri cum solo peccato originali morientes poena damni puniuntur.

II. *Dubium. Quomodo se habent hæc receptacula respectu inferni damnatorum?*

Tres sunt opiniones. Prima Ric. quæ sequenti conclusione continetur.

CONCLUSIO.

Infernus damnatorum in centro terræ est, mox super infernum puerorum limbus, & super limbum purgatorium, & super purgatorium olim limbus patrum existebat. Et ratio est quia quo magis animæ à Deo per gratiam distant, eò magis per receptaculum à Deo distare quoque videntur. Et cum ordine prædicto animæ à Deo per gratiam distent, distabunt etiam per loca.

Altera opinio est D. Thom. cuius est conclusio sequens.

CONCLUSIO.

Iuxta infernum damnatorum non limbus paruulorum, sed purga-

purgatorium existit. Cuius ratio est, quia animæ purgatorij igne, quemadmodum, & animæ damnatorum plectuntur.

Tertia opinio est quorundam doct. scilicet, purgatorium, & limbus, vel sunt ex vna parte inferni supra centrum, vt in quadam linea versus nos, vel antipodas, aut circundant infernum: atque ita respectu cuiuscunque superficies terræ, supra infernum erunt.

III. *Dubium. Estne modo locus, qui sinus Abrahæ dicatur vbi electi ab omni culpa, & pœna purgati, vt olim recipiantur?*

### CONCLUSIO.

Sinus Abrahæ fuit locus quidam, vbi animæ ab omni culpa, & pœna purgatæ quiescebant, qui & limbus patrum dictus est. Patet apud D. Lucam vbi Lazarum mendicum per Angelos ante aduentum Christi Iesu deportatum fuisse expresse habetur. Lu.c. 16.

### CONCLUSIO.

Post aduentum Christi Ecclesia sinum Abrahæ cælum beatorum nominat. Dicit enim in quadam oratione pro defunctis: Deus cui omnia viuunt, &c. animam N. famuli tui per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ, id est, in cælum.

I. *Diffic. An electorum anima statim, vt sunt purgata post mortem in cælum deducantur?*

S.T. q. 7.  
ar. 2.

### CONCLUSIO.

Quam primum anima à corpore separatur, sine mora in vno ex prædictis receptaculis collocatur. Nam de damnatis Luca 16. habetur mortuus est diues, & sepultus est in inferno & apud Iob. ducunt in bonis dies suos & in puncto, id est, sine mora, ad infernum descendunt. Et de animabus purgatorij constat 2. Macha. cap. 12. sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, quorum animæ, si statim in purgatorium non deportaretur, non ilico orationibus nostris indigentur. De paruis cum solo originali morientibus, & de prædictis concors fuit semper Doctorum sententia de animabus autem electorum, an in coelum ante diem iudicij deducantur, fuit dubium. Et ideo notanda est conclusio sequens.

Lu.c. 16.  
Io.c. 12.  
Mac.c. 12

### CONCLUSIO.

Electorum animæ, quæ ex hac vita ab omni reatu poenæ, & culpæ libere discedunt, & quæ in purgatorio vsque ad vltimū quadrantem soluerūt, statim ad perennem beatitudinem transportantur. Hæc est de fide. Et constat apud D. Lucam vbi legitur dixisse Iesum latroni: hodie mecum eris in Paradyso, ibi enim

enim

enim per Paradysum clara Dei visio intelligitur. Vide apud patrem à Castro, vbi supra, multa sacra scripturae testimonia.

C O N C L V S I O.

Quamuis anima possit per se naturali virtute moueri, & in receptaculum sibi definitum proficisci, nihilominus tamen ab Angelis in coelum, & in purgatorium, & à dæmonibus in infernum deducitur. Expresse constat de electis, & erprobis Lucae 16. exemplo Lazari mendici, & diuitis epulonis. Et de animabus purgatorij, patet etiam Quia amicorum est proprium, amicos, reos post remissam noxam ad carcerem ducere, vt quod reliquum est poenae luant, & omnino liberentur, Similiter Theologandum est de paruulis nondum baptizatis migrantibus ad limbum.

Luc. 16.

ERROR

Cum le gendi.

Hac difficulta, confutatur error Armenorum, qui nullam animam ante diem iudicij esse beatam asseruerunt quem amplexi sunt B. Irenæus martyr in calce lib. 5. aduersus hæreses, & Theophylactus exponens locum Bea. Paul. ad Hæbr. 11. & hi omnes testimonio fidei probati, &c, & B. Berna. sermone 3. & 4. in festo omnium Sanctorum, qui omnes Sanctissimi Patres cum se iudicio sacro sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ subiecerint, non hæretici iudicantur. Tum etiam quia Ecclesia illo tempore nihil de hac re vnquam definierat. Cæterum peior fuit Græcorum error, qui sicut negant beatitudinem dari iustis, ita etiam negant poenam dari peccatoribus ante illum diem. Vide Patrem à Castro verbo beatitudo hæresi 6.

II. Diffic. Possuntne animæ ad hanc vitam redire?

C O N C L V S I O.

Animæ beatorum de lege, quando voluerint ad nos venire possunt. Beati enim habent quicquid volunt, & nihil mali volunt, vt B. Aug. docet.

Rec. ar. 1.

q. 3. S. T.

q. 1. ar. 3.

D. Aug.

C O N C L V S I O.

Cæteræ animæ de lege, nisi ex peculiari Dei dispensatione à suis receptaculis non exeunt. D. Aug. est in lib. de cura pro mortuis agenda. Nam si animæ, inquit, defunctorum interessent &c. pia mater nulla nocte me ipsum desereret, vt mecum viuet, vnde colligit, de lege animas in purgatorio existentes, ad nos minime redire, nisi ex speciali Dei prouidentia. Et constat de Samuele, qui post mortem Sauli apparuit,

D. Aug.

1. Rec. c.

28. DD.

45. san.

Th. q. 2.

ar. 2. Ri.

ar. 2. q. 1.

Art. II. Possuntne defunctis viuorum suffragia?

C O N C L V S I O.

Profunt quidem, non ad augmentum gratiæ, & gloriæ, sed ad poenæ remissionem. Qua nemo præter Christum de condi-

gno gratiam, & gloriam alteri mereri potest; vt ex superioribus constat, bene tamen pro altero satisfacere. Vnde dictum est sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis, id est, a pœna pro peccatis iam dimissis luenda soluanrur.

2. Matt.  
c. 12.

II. Diffic. An viuorum suffragia non solum animabus purgatorij, verum etiam beatis, & damnatis, & in limbo existentibus profint?

S. T. q. 2.  
ar. 5. &  
7. Ric. d.  
46. ar. 2.  
q. 4. Di.  
d. 45. q.  
2. So hac  
d. q. 2.  
ar. 2.

Olim fuerunt quinque opiniones affirmantes suffragia damnatis quodammodo prodesse, quas Soto confutat.

### CONCLUSIO.

Hæreticum est affirmare, viuorum suffragia de lege damnatis ad remissionem pœnæ aliquo modo, prodesse. Nam cum eorum pœna sit æterna, neque quoad extensionem, siue intentionem redimi poterit, aliter enim non esset pœna æterna.

### CONCLUSIO.

Qui magna fide à Deo peteret, vt præter legem aliquem ab inferno liberaret, non peccaret mortaliter, vt enim non peccat, qui à Deo miraculum petit; vt salutem per naturam incurabilem assequatur, ita non peccaret, qui à Deo peteret, vt damnatum aliquem suscitaret, & ita conuerteretur, aut ibi pœniteret, & conuerteretur. Soto oppositum tenet.

### CONCLUSIO.

Pro paruulis in limbo existentibus, non licet de lege orare. Sunt enim damnati, & extra charitatem.

### CONCLUSIO.

Iniuriam facit beatis, qui pro illis preces effundit. Definita est in cap. maiores extra de Baptismo. vbi dicit Innocentius iniuriam facere martyri, qui pro illo orat.

III. Diffic. Quotnam sunt suffragiorum genera?

### CONCLUSIO.

Quatuor sunt suffragiorum genera. Definita est in Cano. Animæ 17. q. 2. vbi dicit B. Grego animæ defunctorum quatuor modis soluantur, vel oblationibus Sacerdotum, id est, per missæ sacrificium, vel orationibus sanctorum, vel amicorum eleemosynis, vel ieiunijs cognatorum. Sunt enim satisfactoria opera.

D. Greg.

Hinc, cum receptio sacramenti sit meritoria, & satisfactoria virtute passionis Christi, poterit communicas ex opere operantis fructum animabus applicare.

A. P.  
P. E. N.

III. Diffic.

*R. d. 45. IIII. Diffic. Defunctus, qui restitutionem heredibus faciendam  
ar. 5. q. 4. reliquit, si heredes non restituant detinebitur ob hanc  
causam in purgatorio?*

**CONCLUSIO.**

Nequaquam detinebitur. Non enim est culpa sua, sed hæredum, & nemo in purgatorio pro culpa aliena detinetur.

**CONCLUSIO.**

Si defunctus restituere non potuit, & de peccato pœnituit, propter restitutionem in purgatorio non detinebitur. Quia ad impossibile obligatur nemo.

*V. Diffic. An Missa olim dicta, & nemini applicata, defunctis applicari possint. v.g. celebravit Rector decies missam, & valorem illius nemini applicuit, poteritne postea illum alijs applicare?*

**CONCLUSIO.**

Sacerdos missam præteritam futuris intentionibus haud applicare potest. Quod enim non est, non potest esse alterius causa, aut signum, cum causa, & effectus debeant esse simul, & missa, siue sacrificium præteritum iam non est. Sacerdos enim finito sacrificio iam non est, minister, atque ita non poterit eius sacrificij valorem alijs applicare.

*Dubium. Potesne aliquis Sacerdos missam, quam tenetur Rector, aut Prior, siue Guardianus offerre &c. illo inconsulto celebrare?*

**CONCLUSIO.**

Poterit quidem. Quia iam applicat illas missas pro certa intentione, quam Rector, siue Prior, aut Guardianus &c. in suo libro habet, melius tamen est prius illos consulere.

*R. d. 45.  
ar. 1. q. 2.  
S. Tho. q.  
2. ar. 1. &  
sequentibus.*

*Ar. III. Suffragia pro vno defuncto oblata, possuntne omnibus prodesse?*

**CONCLUSIO.**

Pro sunt omnibus quoad diminutionem pœnæ, non quantum ad extensionem, sed quantum ad intentionem. Ratio est, quia cū sit finita satisfactionis, si pro vno offeratur, tota satisfactio non proderit alteri quantum ad extensionem, bene tamen quoad intentionem. Quia cum sint in charitate, gaudent quando pœna alicuius animæ per suffragia minuitur. quo gaudio tormentorū quantitas quoad intentionem extenuatur.

*I. Diffic. An suffragia generalia profint cuilibet animæ, a: si pro vna sola offerrentur?*

Vide

Vide supra de valore Missæ in prima parte.

II. *Dis. An suffragia existentium in mortali defuncti profint?*

Ri. ar. 2.  
que. 4. S.  
Th. q. 2.  
ar. 3.

Vide supra in q. de ministro Eucharistiæ in prima parte.

### CONCLUSIO.

Si nomine proprio offerat, nihil proderunt. Quia cum sit opus mortuum, & non profit facienti, multo minus aliis proderit. Si autem nomine Ecclesiæ vbi supra explicatum est.

### CONCLUSIO.

Si offert elemosynas nomine alicuius personæ, in gratia existentis, & mandantis illas dari, proderunt. Quia malitia ministri non potest nocere, & intentio præcipientis tempore, quo præcepit, fuit Deo accepta. Vnde etiam si tempore executionis mandans sit in peccato proderunt.

I. *Dubium. Quando testamentarj sunt negligentes in executione elemosinarum, & missarum, quæ intestamento legantur profuntne defunctis ante executionem?*

### CONCLUSIO.

Elemosynæ non profunt ante exhibitionem, neque preces, quæ à pauperibus elemosynas recipientibus offeruntur. Quia solum habent fructum ex opere operantis.

### CONCLUSIO.

Neque etiam missarum fructum recipiunt. Quia talis fructus ex operato, & ratione deuotionis Sacerdotis celebrantis confertur, fructum autem deuotionis, siue intentionis defuncti hæc mandantis statim anima recipit. Non enim fructus hic testamentariorum negligentia impeditur. Hæc animaduerrant confessores contra negligentes in executione testamentorum.

Art. IIII. *Sintne Sancti à nobis orandi?*

DD. d:

### CONCLUSIO.

Sancti sunt à nobis orandi. Hæc con. est de fide, & oppositum est hæreticum. Definita est in multis Conciliis Gangrensi, Aureliano, & aliis, & multis sacræ scripturæ autoritatibus constat. Quas pater à Castro egregie explicat.

45. Ric.  
arti. 1. q.  
2. Tho. q.  
1. arti. 2.  
Du. q. 4.  
Cas. ver-

### CONCLUSIO.

Quando sanctis voluntas beneplaciti Dei, & eorum, quæ erga nos Deus vult euenire reuelatur, vt quod nobis gratia, & gloria, & bona temporalia in ordine ad gratiã dentur, sancti pro nobis orant, & exaudiuntur. Nam cum voluntas beneplaciti Dei sit infallibilis, erit quoque infallibilis sanctorum oratio, qua media instituit Deus suam diuinam voluntatem adimplere.

Flo. Theo. q. super 4. lib. sent. Pars I I.

V v

CON-

Math. c.  
25.

Quando sancti orant pro nobis sub conditione, non semper exaudiuntur. Propterea quod, non semper, quæ Deus voluntate beneplaciti vult, orant Hoc modo oravit Christus Iesus in horto dicens, pater mi, si fieri potest, transeat a me &c. & non impetrauit. Non exaudiuntur sancti. Quia diuina voluntas non erat eis reuelata.

ERROR

Hinc destruitur error cuiusdam Eustachij dicentis, non esse sanctos a nobis honorandos, & orandos. Qui fuit in Concilio Gangrensi damnatus, cui varij hæretici adhæserunt, quos apud patrem a Castro expressos reperies. Nam si ab æterno Patre sancti honorantur, vt constat Ioan. 12. si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui in cœlis est. Nos in terris honorare dedignabimur, præsertim cum honor exhibitus sanctis, Deo qui glorificatur in honore sanctorum, exhibeatur.

Ioã. c. 12.

Psal. 88.

Ri. ar. 7.

q. I.

I. Dubium. *Animæ in purgatorio existentes agnoscunt, quæ apud nos in hac vita geruntur?*

R. intelligunt orationes, quæ pro ipsis offeruntur per effectus. Quia sibi tormenta minui sentiunt, cognoscunt euentus suos per reuelationem animarum, quæ a nobis ad purgatorium migrant, & per diuinam, atque angelicam reuelationem. Hæc D. Aug. de cura mortuorum, vt Ric. refert.

D. Aust.

S. 2. q. 1.

II. Dubium. *Possuntne animæ separata intelligere rerum quidditates, vel, vt dicit Scotus, species intelligibiles acquirere?*

Lege hoc loco Scotum, & quæ in floribus 2. lib. de cognitione Angelorum traduntur.

FLORES QVÆSTIONIS DE  
Vniuersali Iudicio.

Cass. ver.  
iudicium.

De hæc q. differit Magister sententiarum 46. 47. 48. dist.

Ri. d. 47.

Ar. I. *Suntne alij sancti cum Christo in die iudicij iudices futuri, tanquam assessores?*

ar. 1. q. 7.

S. Tho. q.

C O N C L V S I O.

1. 2. q.

Apostoli simul cum Christo Iesu vniuersas gentes iudicabunt. De fide est, & habetur apud Matth. in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

I. S. a se-  
quen. ibus  
ibi.

Matth. c.

C O N C L V S I O.

1. q.

Cum Apostolis viri Apostolici, vtpote, religiosi; qui vitam a-  
postol.

postolicam, rerum omnium renuntiatione facta seruauerunt, non autem reliqui sancti nationes omnes iudicabunt. Hac colligitur expresse Matth. 19. ex percontatione D. Petri, & Christi Iesu responsione. Dixit enim B. Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis, cui Christus Iesus respondit, vos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis &c. & viri religiosi relictis omnibus ad imitationem Apostolorum sequuti sunt Christum.

Hinc, quamuis multi martyres futuri sint, religiosi sanctiores: Christo tamen iudicanti non assidebunt.

## CONCLUSIO.

Iudicium Apostolis, & eorum imitatoribus permittamur erit ministeriale. Quia voce tenus, vel reuelatione electis, & damnatis sententiam supremi, s. iudicis manifestabunt. Qua quidem apud D. Matth. posita est vbi dicitur esse Apostolis concessa prerogatiua, cum ceteri modi iudicandi, s. per comparationem, & per assensum, futuri sint omnibus communes.

Ar. II. An Christus Iesus in forma gloriosa, & immortali sit homines iudicaturus?

## CONCLUSIO.

Christus Dominus venturus est in forma humana ad iudicandum. Quia dominorum proprium est seruos iudicare dicitur B. Paul. tu quis es qui iudicas alienum seruum, & alibi, qui iudicat me Dominus est. Et Christus Iesus in quantum homo post passionem suam, cœli, & terræ dominum consequutus est. Vt idem B. Paul. docuit, dicens, Christus in hoc mortuus est, & resurrexit ut viuorum & mortuorum dominaretur.

## CONCLUSIO.

Apparebitque cum corpore glorioso, vi in monte Thabor apparuit. Nam, vt in primo aduentu, non vt iudicaret mundum, sed, vt saluaretur mundus per ipsum, in forma humana patibili, & mortali, apparuit, ita in secundo aduentu iudicaturus viuos & mortuos non in forma humana mortali, sed immortalis, & mortuos non in forma humana mortali, sed immortalis, & gloriosa adueniet.

## CONCLUSIO.

Venietque simul cum potestate magna, & maiestate, & in Dei virtute. Dicitur. n. apud D. Matth. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Et iterum a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & c. ubi per virtutem Dei intelligitur

Ric. disp.  
48. ar. 1.  
ques. 2. S.  
Tho. ca. 1.  
c. ar. 1. c.  
Scot. q.  
Du. q. 1.  
Ad Rom.  
14. 1. ad  
Cor. 4.  
Ad Rom.  
14.

gitur offensurum se Deum esse omnibus creaturis imperando.

## CONCLUSIO.

*Luce ca. 21. c. 13.* Venturus quoque est in nubibus cœli. Apud D. Lucam, & apud B. Matth. expressè habetur, non, vt illis subsistentur, sed, vt splendorem, sui splendidissimi corporis temperet, vt à malis videri possit. Quemadmodum nubes calorem, & splendorem Solis nobis temperant.

I. *Dis. Videbuntne damnati Christi Iesu diuinitatem?*

## CONCLUSIO.

*D. Aug. 1. de Trin. c. 13.* Nequaquam videre poterunt. Hæc est D. Aug. dicentis, damnati illam Dei formam in qua Christus equalis est patri, proculdubio non videbunt. Haberent namque gaudium beatificum, saltem ad tempus, quod fieri non potest. Quia est præmium.

II. *Dis. An iudicium sit vocaliter, an mentaliter tantum futurum?*

*dist. 47.* Magister sententiarum vtraque partem defendit. Ric. ibidem ex parte vocaliter, & ex parte mentaliter futurum esse asserit. Ricardo subscripsit Abulen. Matth. 25. q. 233.

## CONCLUSIO.

*Ad Rom. c. 2.* Accusatio, & defensio tam electorum, quam reproborum, mentaliter tantum peragentur. Patet ex B. Pau. gentes, quæ legem non habent, naturaliter, ea quæ legis sunt faciunt, &c. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniū illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum Euangelium meū, per Iesum Christum. Vbi apertissime insinuat, cogitatione accusationem, & defensionem esse faciendam. Nam si voce hæc fierent immensum tempus ferè esset necessarium.

## CONCLUSIO.

*Matth. c. 24.* Mortuorum citatio ad iudicium, & iudicis sententia, quæ apud D. Matth. ponitur, non mentaliter tantum, verum, & vocaliter fiet. Ratio est, quia quando scriptura sacra sine metaphora potest declarari, non est metaphoricè intelligenda, & de citatione Matth. 24. dicitur, mortuos esse ab Angelis voce tubæ citandos. Et c. 25. legitur iudicem malis dicturum, Ite maledicti &c. Et electis, venite, benedicti, &c. quæ omnia vocaliter fieri possunt. Nam ad hæc peragenda breuissimum tempus erit satis.

III. *Dis. Separatio electorum à reprobis, estne locuter, an metaphoricè intelligenda?*

Soto dicit intelligendam esse localiter. Origines verò super d. 47. q. 2.  
 Matth. c. 25. vt refert Abulensis ibidem, opinatus est per dexteram 2. arti. 5.  
 electorum intelligendam esse notitiam, quam electi suæ salutis Ric. eadē  
 habebunt, & per sinistram notitiam reproborum, qua se iuste d. ar. 1. q.  
 damnatos esse intelligent. 2. S. Tho.  
 9. 1. ar. 2.

## CONCLUSIO.

Non localiter, sed methaphorice separatio illa intelligēda est. Dur.  
 Constat ex B. Pau. vbi de electis ait. Nos qui viuimus, qui relin- q. 1.  
 quimur, simul rapiemur in aera, & sic Temper cum Domino eri- 1. ad Thes  
 mus. Quibus verbis clarissime indicauit electos in aere, repro- sal. c. 4.  
 bos vero in terra futuros esse. Quamobrem differētia à dextris,  
 & à sinistris non est localiter intelligenda. Cum electi sursum, &  
 reprobī deorsum intelligenda, Cum electi sursum, & reprobī  
 deorsum in terra futuri sint,

III. Dif. *Finieturne iudicium per iudicis sententiam.*

*Ite maledicti &c.*

## CONCLUSIO.

Finietur quidem per illa verba. Ratio est, quia ibi exprimitur Luca ca.  
iustorum pœnitentia, & reproborum impœnitentia per omisso- 11. Ric.  
nem pœnitentiæ exterioris, utpote, elemosynæ quæ est causa d. 27. ar.  
remissionis peccatorum, Christo Iesu dicente date elemosynā, 1. q. 1. S.  
& omnia munda sunt vobis. Th. 9. 2.

V. Dif. *Mundus eritne per ignem purgandus?*

Tempore iudicij elementa per ignem purgabuntur. Hæc col-  
 ligitur ex sacra scriptura. Dicit enim B. Petr. adueniet dies Do-  
 mini, sicut fur, in quo elementa calore solueuntur. Nam cum ele-  
 menta sint permista, erunt ad puritatem per ignem reuocanda.  
 Purgatio siquidem per ignem fieri solet.

## CONCLUSIO.

Ignis, cum sit elementum simpliciter purum, purgatione non  
 indigebit, hic autem ignis inferior, quia mistus est, ex omnibus  
 elementis licet aqua nō in eo appareat, destruetur. Dicit namq;  
 D. Aug. 20. de ciuitate Dei c. 18. solus ignis ascendet tunc super  
 cacumina montium, quousque aquæ diluuij ascenderunt.

## CONCLUSIO.

Ignis, quo mundus purgabitur, eiusdem erit speciei cum igne  
 elementari. Ratio est, quia diuersitas causę efficientis non mutat  
 specificam rei naturam. Nam homo ex propagatione, genus  
 est eiusdem speciei cum Adam, qui fuit creatus,

## CONCLUSIO.

Erit autem talis ignis supernaturaliter genitus. Quemadmo-  
 dum enim, fecit Deus in die diluuij, vt omnes generationes a-  
 quarum præter naturalem ordinem ad producendas aquas, cō-  
 uenirent.

uenient, ita fiet de igne illo. Nam produceretur ab igne elementari, a radijs Solis, habebitque mirabilem, & supernaturalem virtutem, propterea quod non solum ascendet, quod est ignis proprium, verum, & descendet, & circumquaque feretur.

## C O N C L U S I O.

*Psal. 96.* Ignis ille præcedet iudicium, & subsequetur. Nam dicitur in *Psal. 96.* ignis ante ipsum præcedet, &c.

## C O N C L U S I O.

*2. ad Thef. sal. c. 1.* Purgabitque electos, quibus aliquid purgandum restabat, reprobosque torquebit, & cum omnibus mundi sordibus illos in infernum detrudet. Hæc aperte videtur colligi, ex B. Paul. ita dicente, in reuelatione Domini &c. in flamma ignis dantis vindictam in his, qui non nouerunt Deum, &c.

*Ric. d. 48*

*Art. Vitimus. Annundus sit innouandus.*

## C O N C L U S I O.

*ar. 2. q. 1.*

*Et vit. 5.*

*Th. q. 2.*

*ar. & sequentibus.*

*Dur. 7. 3.*

*Apoc. 21.*

*c. 2. Petri*

*c. 3.*

*Apoc. 10.*

Post diem iudicij omnia corpora cœlestia, & elementa inno-uabuntur. Constat *Apo. 21.* video cœlum nouum, & terram nouam. Et *2. Petri. 3.* nouos cœlos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus. Quæ quidem renouatio non erit alicuius substantiæ creatio, sed alterius nouæ qualitatis productio supernaturalis, & non violenta.

## C O N C L U S I O.

Post diem iudicij cessabit cœlorum motus. Nam *Apo. 10.* habetur. Iurauit Angelus per viuentem in sæcula &c. quod postquam Angelus septimus cecinerit, vt mortui resurgant, tempus erit ultra, quare neque cœlorum motus. Nam tempus motus primi mobili est. Tum etiam, quia cessabit rerum generatio, ob quam cœli mouentur.

## C O N C L U S I O.

Remanebit Sol in Oriente, & Luna in Occidente Quia in his locis fuerunt condita. Suntque præcipuæ cœlorum partes. Vel, vt *Ric. docet*, in illo loco, in quo magis elementis expediet.

## C O N C L U S I O.

*Isaia 30.* Tunc corporum cœlestium, lux augebitur. Nam *Isaia 30.* legitur. Erunt tunc lux Lunæ, sicut lux Solis, &c. Vt sancti magis Dei collaudent.

## C O N C L U S I O.

Habebunt quoque elemēta maiorem splendorem, quam nūc habent. Ratio est, nam, vt cœli erunt splendidiores, ita & elemēta, quæ illis subiiciuntur. Verum vnumquodque iuxta proportionem suæ naturæ. Nam, ignis, vt Luna fulgebit, aer, vt ignis aqua vero erit crystallina, terra autem, vt vitrum. Vt ex *Isaia. c.*

65. Et Apoc. ca. 21. Ecce ego creo coelos novos, & terram novam &c. Isa. c. 65  
Apo. c. 21

## CONCLUSIO.

Omnia tunc præter elementa destruentur, vt aues, pisces, &c. Ratio est, quia homines illis non indigebunt. Et solum ad humanos vsus creata fuere. Elementa vero permanebunt, vt dictum est propterea quod, sint de quidditate orbis.

Dux fuerunt hæreses circa hanc quæstionem. Quidam enim dicebant nullum futurum esse iudicium. Alij autem dicebant iudicium vniuersale iam esse factum. Quas confutat Pater à Castro verbo iudicium contra hæreses.

ERROR

FLORES QUÆSTIONIS  
de Beatitudine.

Hæc quæstione distinctio 49. Magistri explicatur.

Art. 1. An Beatitudo consistat in clara Dei visione?

D. Th. 1.

2. q. 2. &amp;

sequen. &amp;

DD. d.

**V**ariæ sunt opiniones, quas Aristoteles, & B. Tho. eruditissime tradiderunt.

49. S. Th.

q. 3. R. ar.

1. q. 1. &amp;

6. S. T. q. 1.

Dur. q. 4.

Psal. 143.

Mat. c. 25

Prima opinio dicit beatitudinem consistere in affluentia, & possessione diuitiarum, quam tenent filij huius sæculi. Beatum (inquit David) dixerunt populum, cui hæc sunt.

Secunda opinio constituebat beatitudinem in honore, & reuerentia, quæ ab aliis exhibetur, quam amplectebantur Pharisei, qui amabant primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro.

Opinio tertia collocabat illam in fama, & gloria humana.

Quarta opinio ponebat beatitudinem in potestate imperandi alijs. Hæc omnes opiniones sunt falsæ, quia beatitudo est bonum per se sufficiens: vt auctor est Arist. 1. Ethic. quale bonum habet, cui nihil deest. Et cum habentibus diuitias, honorem, famam imperium, multa deficient, immerito beati appellantur.

Arist. 1.

Et hic.

Quinta opinio asserit: beatitudinem positam esse in bonis corporis, vt in fortitudine, pulchritudine, & salute, &c. Quod est falsissimum, quia homo fortitudine à Leone superatur, diuturnitate vitæ ab Elephante, velocitate à Ceruo. vera autem beatitudine homo cætera animalia ineffabili interuallo excellit.

Sexta opinio asserit, beatitudinem positam esse in affluentia deliciarum. Hic est Saracenorum error, ex quo sequitur pecudes esse beatas, quod est ridiculum. Anima enim rationalis est capax boni infiniti, & delitiæ corporæ sunt passiones limitatæ, ac diminutæ. Quapropter in illis non potest beatitudo consistere.

Q V Æ S T I O .

Opinio Catholica sequentibus conclusionibus explicatur.  
CONCLUSIO.

Beatitudo obiectiua in aliquo bono creato, non consistit. Dicit enim Christus, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Vbi de bonis creatis, quæ non explent animam, cum sint finita loquebatur. Nam beatitudo est status omnium bonorum agregatione perfectus. Et qui non habet Deum, non habet omne bonum.

CONCLUSIO.

Ioan. c. 17

Beatitudo obiectiua in solo bono increato sita est. Constat apud Ioan. c. 17. Hæc est vita æterna: vt cognoscant te Deum, verum &c. Et alibi, qui replet in bonis desiderium tuum. Quia habenti Deum per claram visionem nihil desiderandum restat.

Pal. 101.

CONCLUSIO.

Beatitudo formalis, quæ est visio, & fruitio Dei, in aliquo bono creato posita est, quia consistit in visione animæ videntis Deum, & in eius fruitione, quæ est accidens finitum, & creatum.

I. Dubium. Poteritne anima videre Deum visione increata, qua Deus seipsum videt?

In 2. d. 7. q. ar. 1.

Opinio quadam est affirmans, quam citant Gregorius, & Capreolus.

CONCLUSIO.

In 3. d. 14. q. 1.

Impossibile est visionem, quia beatus videt Deum esse visionem Diuinam increatam. Nam tunc quicumque beatus comprehenderet Deum, sicut per eandem visionem comprehendit Deus seipsum. Quid? quod visio beatifica est causa formalis animæ cuius causæ defectum Deus supplere haud potest.

I. Diffic. An formalis beatitudo sit intellectus operatio?

Sc. q. 1. 4. Ri. ar. 1. q. 5. S. Th. q. 3. ar. 2. 3. ubi supra.

Tres sunt opiniones, Prima Henrici dicentis, esse illapsam Dei ad animam, quam vocat circumfessionem, id est, intimam Dei præsentialitatem ad animæ beati essentiam. Hanc confutat Scotus, ita, vt dicat Soto bene arguere.

Secunda opinio est Aureoli hac distinctione asserentis: beatitudinem in gaudio, & delectatione, quæ ex Diuina visione emanant consistere. Contra hanc agit S. Tho. in 1. difficultate sextæ opinionem refutans.

Tertia opinio est Durandi, qui ait, beatitudinem non solum esse operationem, verum etiam statim omnium &c.

CONCLUSIO.

Beatitudo propriè est operatio potentiarum scilicet, clara Dei visio, &

visio, & eius fructio. Ratio est, quia beatitudo est ultima hominis perfectio, quia maior excogitari non potest, & operatio circa Deum est ultima potentia perfectio. Dicitur enim i. Ioannis i. Ioan. 3. cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Definita quoque est in Clementina. Ad nostrum de hereticis.

## CONCLUSIO

Operatio potentia sensitiva non est beatitudo essentialiter, quia Deus non potest cognosci potentia sensitiva, cum sit spiritus, & sensus sola materialia cognoscat.

## CONCLUSIO

Bene tamen operatio potentia sensitiva, ut visio corporalis antecedenter, & consequenter ad beatitudinem pertinet. Ratio est, quia ad beatitudinem exigitur fides, quae ut docet D. Paulus, est ex auditu. Desideratur etiam Dei cognitio, quae ex cognitione sensitiva creaturarum comparatur. Nam invisibilia Dei a creatura mundi &c. Atque etiam consequenter, nam post resurrectionem gloria animae redundabit in corpus, & sensus corporis perficientur. Ro. 1. 2. cap.

II. *Diffic.* Respectu huius operationis, quae est formaliter beatitudo, habent se potentia passive tantum, an etiam active?

Duae sunt opiniones: Prima Guilel. Ocham, quam sequitur Marsil. qui tenent, intellectum creatam nullam habere activitatem respectu beatitudinis. in l. d. 1. q. 1. in 3.

Contraria opinio est S. Thomae, & Sc. qui defendunt habere se active. q. 10. ar. 3. hac di.

## CONCLUSIO

Intellectus creatus, lumine gloriae informatus, respectu beatificae visionis active se habet: cum visio ab intellectu tanquam a potentia, & ab essentia divina tanquam ab iuncto producat. Ric. ar. 5. q. 1. 4. Nam lumen gloriae ponitur, intellectus obiecto proportionetur, & vires ad producendam beatificam visionem habeat: non autem ad recipiendam, quia intellectus passive ex puris naturalibus est infinitae capacitatis. Sc. in 3. d. 14.

III. *Diffic.* An beatitudo sit potius intellectus, quam voluntatis operatio?

Tres sunt opiniones: Prima D. Bona. dicentis beatitudinem non esse actum unius duntaxat potentiae, sed utriusque intellectus, nimirum, & voluntatis. Hac d.

Secunda opinio S. Tho. asserentis, beatitudinem supponere pro intellectus operatione. q. 3. ar. 4.

Tertia opinio est Sc. & Ric. affirmantium perfectam beatitudinem esse voluntatis operationem, scilicet, amorem erga Deum clare visum.

Sc. q. 4.  
ar. 1. q. 6.  
7. Ri.

## CONCLUSIO.

Beatitudo formalis supponit pro operatione voluntatis, id est, pro amore erga Deum clare visum, connotando claram Dei visionem. Hæc conclusio Scoti, est varijs rationibus demonstranda. Et primum, actus amicitiae est actus voluntatis, amor autem amicitiae est actu visionis perfectio, tam in via, quia charitas fide, & spe minor est: quam in patria, quia actus charitatis est Deo gratio, & acceptior. Est enim actus amicitiae, quo Deus propter seipsum diligitur, atque etiam si daremus per Dei omnipotentiam Petrum videre Deum, & non diligere illum, visio Petri tunc non esset à Deo accepta, neque à Deo diligeretur, dicente *Prover. 8* scriptura, ego diligentes me diligo. Et tandem censetur actus dilectionis perfectior actu visionis, quia visio ad dilectionem tanquam ad finem ordinatur, & finis ijs, quæ ad ipsum referuntur, perfectior est. Nam vt dicit *D. Anselmus lib. cur Deus homo capit. 1.* Peruersus ordo est, velle amare propter intelligere, imò intelligendum est, vt amemus. Quare cum actus charitatis sit perfectior actu intellectus, vt constat, quia voluntas potentia libera est, & beatitudo cum sit vltima hominis perfectio, in operatione perfectissima, scilicet in amore erga Deum clare visum connotando claram visionem consistet.

*D. Ans. li. cur Deus homo c. 2.*

Secundo, Beatitudo est perfectissima vnio creaturæ ad Deum, & perfectior est vnio per amorem, quam per visionem, & apprehensionem: propterea quod per vnionem charitatis creatura sit vnus spiritus cum creatore. Qui enim adhæret Deo vnus spiritus, fit cum eo: vt *B. Paul. docet, & D. Aug.* qui apud *S. Tho.* ita ait, charitas est virtus, quæ cum nostra affectio rectissima est, coniungit nos Deo &c & *Aristo.* quoque dicit, amicitiam esse vnã animam in duobus corporibus, & charitas hominis ad Deum perfectissima amicitia est. Dicente Christo Iesu, iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. Quæ quidem vnio non fit per solam apprehensionem. Nam, si aliquis per potentiam Dei absoluta videret Deum, & non diligeret illum, non esset beatus. Et tandem quia vt author est *Aristoteles capit. 82. Topic.* illud est melius, cuius priuatio est deterior, vt visus auditu melior est, quia cæcitas est surditate deterior. Priuatio autem dilectionis Dei in beatis esset deterior priuatione visionis, quia primum esset malum culpæ, cum ex præcepto beati semper actualiter diligere teneantur. Secundum vero vt pote priuatio visionis, esset malum poenæ.

*2. Cor. 5. D. aug. 2. 2. q. 23. art. 3. Aristo.*

*Dan. c. 15*

*Arist. 2. topic. cap. 8.*

Soto & Caie: respondent veram esse Aristo. maximam, quando fit comparatio inter actus morales, non autem inter actus in genere bonitatis entitatiuæ, & hic (inquiunt) de bonitate entitatiua est sermo. Imo de bonitate morali, quia beatitudo est bonum morale, cum non sit homini naturalis, & sit operatio, vt supra diximus, & bonitas moralis in operationibus consistat. Quapropter nunc sermo est nō de bonitate entitatiua istorum actuum, sed de morali. Quid? quod actus voluntatis, cum versetur circa bonum, intellectus verò circa verum, erit perfectior actu intellectus, & sanctitas, beatitudoque in actu voluntatis consistet. Propterea enim, præmium in patria respondeat *Mat. 16* meritis in via. Tunc enim reddet unicuique secundum opera *1 Cor. 3. 12* eius, & meritum præcipue consistat in voluntatis operatione, *ca. 2.* in eadem profecto positum erit, & præmium, nempe beatitudo. Respondent oppositam opinionem defendentes, præmium voluntatis esse videre Deum, & iuxta quantitatem meritorum dari visionem. Hæc responsio ita refellitur. Voluntas magis diligit suum actum, id est amicitiam erga Deum, quam visionem. Si enim beatis daretur optio, potius eligeret visionis carentiam quam vnum veniale peccatum committere, quam obrem magis beati amorem, quam visionem faciunt & ex consequenti amor præmium, & vltimus finis erit, cum finis vltimus sit, id quod magis & amatur, & desideratur. Ad hæc, obiectum beatificum est Deus sub ratione summi boni, quia sub hac ratione est vltimus finis, vltra quem nihil desiderare possumus, & summum bonum est voluntatis obiectum, ergo voluntatis operatio erit proprius actus circa hoc beatificum obiectum. Eiusdem enim potentia sunt actus, & obiectum. Nam falsissimum esset affirmare coloratum esse visus obiectum, & operationem circa coloratum esse alterius sensus. Respondent aduersarij, esse quidem vltimum finem voluntatis, cæterum voluntatem non consequi per suum actum hoc summum bonum, cum non sit potentia apprehensiuæ, sed per actum intellectus, id est, per claram visionem. Sed in hanc responsionem ita insurgo: facta obiecti beatifici apprehensione intellectus circa illud, non tanquam circa vltimum finem proprium, sed tanquam in vltimum finem voluntatis operatur, voluntas autem circa illud tanquam circa proprium obiectum versatur, ergo erit beatitudo actus magis proprius voluntatis, & ab ipsa potius, quam ab intellectu elicitus, cum tunc circa proprium obiectum operetur. Percontaberis, quomodo intellectus accipit Deum. Respondeo sub ratione boni veri, formando hanc propositionem, hoc est bonum verum, & non apparens, amabile super omnia.

Et voluntas, dices, quomodo in Deum fertur? Respondeo. De  
siderando illi omne bonum. Item ordo Seraphin, qui excellit  
dilectione, ex præstantior ordine Cherubin, qui excellit sciëntia,  
ergo in patria dilectio cognitione est præstantior, & in illa bea-  
tudo, quæ est vltima hominis perfectio consistit. Postremo  
beatitudo formalis est actus, in quo quiescit anima qui ad aliū  
actum non ordinatur, & cum visio ad amorem ordinetur, in  
amore, & non in visione erit animæ quies, id est formalis bea-  
tudo constituenda.

Iam respondeamus, oportet, argumentis quibus contraria  
opinio roboratur. Primo obiciunt locum beati Ioan. Hæc est  
vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, &c. Secundo autho-  
ritatem B. Augu. dicentis, visio est tota merces. Tertia adducunt  
Aristotelem dicentem, fœlicitatem consistere in contemplatio-  
ne rerum separatarum. Quarto eundem Aristot. citant affirman-  
tem, beatitudinem esse bonum sufficiens, sola autem clara visio  
est bonum sufficiens. Ostende nobis patrem, dixit B. Philippus,  
& sufficit nobis, quare colligitur hinc apertissimè beatitudinem  
esse solam Dei cognitionem, quæ est intellectus operatio. His  
quatuor autoritatibus vna solutione, vel altera satisfacere pos-  
sumus. Quæ est Patris à Castro verbo verbo beatitudo hæresi-  
4. Estq; primum animaduertendum, vitam æternam in sacris  
litteris aliquando vocari fidem, quoad vitam æternam perueni-  
tur. Vt Ioan. 3. qui credit in filium Dei habet vitam æternam.  
Non dicit habebit, sed habet, quæ est fides, & ita intelligendus  
est locus Ioan. 17. de fide viatoris quæ à Christo Iesu vita eter-  
na nominatur. Quia certissima, & necessaria via est peruenien-  
di ad vitam æternam. Hæc declaratio est B. Cyrilli, quem pater  
à Castro ibidem citat, illum omnino lege. Vel respondeo cum  
D. Bona. & Ric. claram Dei visionem in sacra scriptura, & à San-  
ctis vitam æternam, & beatitudinem nominari, non quod sit  
sola visio præcipua beatitudinis pars, sed quia per solam visio-  
nem animæ huius status à beatis distiguuntur. Non enim com-  
prehensores à viatoribus iustis per dilectionem distinguuntur,  
cum Deus charitate eiusdem rationis vtrouque diligatur (di-  
cente. D. Paul. charitas nunquam excidit) sed differunt, quia  
nos ambulamus, per fidem, illi autem per spem, id est, per cla-  
ram Dei visionem. Ita respondet D. Bona. Ad 2. vbi visio tota  
merces, id est, totum præmium beatificum esse dicitur. Propte-  
rea quod, in patria à visione incipit status, quemadmodum hic  
status à fide inchoatur. Inde tamen non sequitur dilectionem  
non esse præcipuam beatitudinem, hac solutione cæteris autho-  
ritatibus facillimè satisfacies,

Præterea argumentantur. Beatitudo est habere Deum præsentem, qui non habetur præsens per actum voluntatis, sed intellectus quia voluntas duas tantum habet operationes, nempe desiderium rei absentis, & delectationem rei præsentis. Prima non est beatitudo, quia Deus, quamdiu desideratur, non habetur neque secunda, quia delectatio voluntatis non facit Deum præsentem, sed præsupponit eius præsentiam per visionem intellectus. Respondeo minorem esse falsam. Nam præter desiderium, & delectationem, habet voluntas amorem, & gaudium præsens. Nam Sanctus Tho. affirmat beatos in patria habere perfectum dilectionis actum, id est, amorem rei præsentis, quem perfectam, & formalem beatitudinem esse diximus. Insurges. Beatitudo est assequutio ultimi finis, quæ fit tantum per actum intellectus, qui est potentia apprehensiva, & assequutiua, & non per actum voluntatis, quæ non apprehendit, sed appetit tantum ergo &c. Respondeo. Beatitudine obiectiua per solum intellectus actum assequimur Deum, id est, habemus Deum præsentem per notitiam intuitiuam, at vero de beatitudine formali, de qua est modo sermo, minor est perneganda. Nam etiamsi voluntas sit potentia tantum appetitiua, & non apprehendat obiectum beatificum, nihilominus tamen beatitudinem formalem, quæ est amor amicitie acquirat, quia, ut voluntas habet habitus acquisitas morales, ita quoque acquirat per proprium actum beatitudinem formalem, quæ est permanens per modum habitus, id est, difficulter, vel nunquam à subiecto separabilis. Tum, disputant in solutionem, visio beatifica est beatitudo formalis, ergo intellectus non solum assequitur beatitudinem obiectiuam, verum & formalem. Antecedens est falsum. Nam impossibile est formam aliquam inherere subiecto, & non denominari subiectum à forma inherente, ut parietem albedine esse affectum, & non denominari album, & cum anima rationalis possit videre Deum, & non esse beata, si Deus cum voluntate ad eliciendum amorem non concurreret, non erit profecto visio beatitudo formalis, quæ est nostra opinio.

Præter hæc, ita in contrarium agunt. Repræbi poena damni, id est, priuatione beatitudinis puniuntur, consistit igitur beatitudo in operatione solius intellectus, sequela patet. Nam vel torquentur, quia visione, vel eius amore priuantur, temerarium autem esset dicere, quia non possunt diligere, esset enim actus perfectionis quare torquentur, quia priuantur visione diuina, quæ est beatitudo. Consequentia est neganda. Et ad confirmationem responderetur, damnatos puniri poena damni, id est, torqueri priuatione illius status beatifici, qui non cogitantes consistat

si statne beatitudo in amore, aut in visione. Veruntamen sit ita ut aliquis damnatus Theologus habeat Scoti opinionem, Si ille torqueretur priuatione amoris Dei clare visi, sequeretur illum amare Deum, quia illa affectio actus amoris est. Respondeo. Amaret Deum amore concupiscentiæ, ut ebrius amat vinum, qui amor est viciosus, quando in eo vltimus finis collocatur. Tum, finis sensibilis non habetur per actum potentiæ appetentis, sed apprehendentis, ut non apprehendimus pecuniam per amorem voluntatis, neque fiunt homines diuites per solum diuitiarum amorem, sed per potentiam apprehensiuam, scilicet, per manum, qua apprehendit diuitias, ergo à simili in diuitijs spiritualibus. Deus enim non habetur per actum voluntatis, sed per actum potentiæ apprehensiuæ, nempe per intellectus visionem. Respondeo. Verum quidem est intellectum apprehendere obiectum, scilicet, Deum, non tamen inde sequitur animam per dilectionem voluntatis non vniri vltimo fini, quæ quidem vnio per amorem est perfectior obiecti assequutione.

Rursus obiciunt. Beati per beatitudinem efficiuntur Deo similes, cum apparuerit similes ei erimus, efficiuntur autem Deo similes per solam visionem, quæ est obiecti similitudo, ergo sola clara Dei visio erit beatitudo. Respondeo. Efficimur quidem Deo similes per beatitudinem minus principalem, quæ in visione consistit, at vero per magis principalem Deo, ut supra diximus, vnimur. Iterum sic impugnare conantur. Sco. conclusionem. Operatio voluntatis præsupponit beatitudinem, ergo non est beatitudo. Nam præsupponit præsentiam obiecti id est illius præcognitionem, quare præcognitio illa erit beatitudo, quæ nihil aliud est, quam habere Deum præsentem. Et confirmatur. Beatitudo voluntatis est eius vltimus finis, in quo eius desiderium quiescit, & talis est clara Dei visio. Nihil enim amplius, quam Deum videre, desiderant. Neganda est consequentia. Et ad probationem respondetur, assequutionem obiecti non esse principalem beatitudinem, sed esse solum apprehensionem obiecti beatifici, cuius præcognitio est necessaria, ut voluntas in Deum per amorem, qui est formalis beatitudo, feratur. Sic sublatò quidem amore per Dei potentiam, & sola visione manente non esset beatus, ut supra diximus. Tum etiam, si vltimus finis voluntatis sumatur, nõ pro re, quæ est finis, qualis est Deus, sed pro operatione circa ipsum finem, visio intellectus non erit voluntatis erga Deum clare visum. Nam, ut in via finis præcepti est charitas, ita & in patria finis visionis est charitas.

Vltimo cum D. Bona. argumentor. Et probò beatitudinem in operatione vtriusque potentiæ existere per extrauagan. Benedictus

dictus Deus, quam refert Pater à Castro verbo beatitudo, hæ-  
rest 6. vbi dicitur beatitudinem esse Dei visionem, & eius frui-  
tionem, & non vnam tantum operationem. Totum conce-  
do, hic tamen non disputamus, nisi qua istarum operationum  
sit principalior, & in qua potius beatitudo consistat.

**II. Dubium.** Clara Dei visio estne intellectus practicus,  
vel speculatiui operatio?

Ricardus hac distinctione respondet intellectum beati ma-  
gis esse practicum, siue effectiuum, quam speculatiuum. Et ra-  
tio illius est, quia contemplatur Deum nõ solum propter scien-  
tiam, sed vt ipsum diligit que dilectio est operatio circa Deum.  
Ricardum sequitur Scotus, S. Tho. dicit simpliciter esse specula-  
tiuum; quia principalior intellectus beati operatio, est specula-  
tiua, sed contra hanc rationem est proxima difficultas.

In prologo  
sententia-  
rum. 1. 2.

q. 3. ar. 3.

& Car.

ibi. Scot.

d. 1. lib.

1. 1. 2. q.

1. 1. ar. 2.

**IIII. Dissic.** Estne fruitio voluntatis amor?

Dux sunt opinioniones. D. Bona. Ric. & Sco. affirmant fruitio-  
nem esse actum elicitum à voluntate, scilicet, amorem amicitia.  
S. Tho. & alij asserunt esse potius delectationem, vel actum  
intellectus. Soto dicit vsque ad Sco. neminem dixisse amorem  
esse fruitionem, cum tamen id affirmauerint, Ric. & D. Bona. &  
Sco. fuerit dubius. Nam dicit fruitionem esse amorem, vel de-  
lectationem.

### CONCLUSIO.

Fruitio in rigore sermonis sumpta non est actus à voluntate  
elicitus, sed à potentia apprehensiuam, & ab appetitiua impera-  
tus. Quia fruitio à fruor, idem est, quod fructus assequutio.  
Quæ quidem assequutio fit per apprehensiuam. Nani appetiua  
solum concupiscit fructum.

Hinc, hæc propositio in rigore sermonis, scilicet, visio est frui-  
tio est vera: vt Sanctus Tho. docet. Est enim assequutio fructus,  
id est, vltimi finis beatifici, estque voluntatis fructus, & assequi-  
tur illum per intellectus operationem.

A P-  
P E N.

### CONCLUSIO.

Si fruitio pro fructu accipiat, actus à voluntate elicitus, id  
est, amicitia amor est. Quia fructus est vltimum quod ex recõ-  
cupita expectatur. Qualis est actus amoris in patria. Nani post  
visionem obiecti beatifici sequitur amor, in quo quiescit volun-  
tas. Dicit B. Aug. frui esse amore inhærere alicui rei propter se-  
ipsam.

B. Aug.  
de doctrina  
christiana.

### CONCLUSIO.

Fruitio aliquando non pro voluntatis, aut intellectus actu, sicut

sed pro delectatione, quæ ex assequutione rei concupitæ insur-

**D. Aug.** gar, accipitur. Constat ex **D. Augu.** dicente, hoc est plenum gau-  
**lib. 1.** dium nostrum, quo amplius non est maius, frui Trinitate. Vbi  
**2<sup>o</sup> cap.** fruitione gaudium appellat. Et ita intelligitur locus beati Pauli,  
**1<sup>o</sup> in E.** Ego te fruar in Domino, i. gaudebo amore tuo secundum Deū.  
**philoe ad** Non enim fruar, amabo ibi significat. Quia iam illum in Domi-  
**philemo-** no amabat.

**new.** Hinc, sequitur veram esse Scoti opinionem, qui dicebat frui-  
**A P-** tionem sumi aliquando pro amore, quandoque verò pro dele-  
**F E N.** ctatione, quæ ex amore emanat.

*V. Diffic. An fruitio etiam brutis conueniat?*

**CONCLUSIO.**

Fruitio in rebus inanimatis non reperitur. Ratio est quia frui-  
**S. T. 1. 2.** tio præsupponit finis assequutionem per proprium imperium  
**q. 11. ar.** & res inanimatæ suum finem per proprium imperium non af-  
**2. & S. 0.** sequitur.  
**q. 8. dist.**

**CONCLUSIO.**

Est autem perfectè in creatura rationali fruitio. Propterea  
**40. & in** quod, fruitio perfecta præsupponit perfectam finis cognitionem,  
**1. d. 1. q.** quam sola creatura rationalis consequitur. Quia cognoscit non  
**ultima.** solum finem vltimum, scilicet, Deum, tanquam bonum verum  
etiam boni definitionem.

**CONCLUSIO.**

Imperfectè vero in brutis locum habere dicitur fruitio. Quia  
imperfectè finis cognoscitur. Bruta enim finem apprehendunt,  
quidditatem autem finis cognoscere non possunt. Quæ duo ad  
perfectam cognitionem desiderantur.

**S. Tar. 3**  
**ubi supra**  
**& Sc. in**  
**1. d. q. 1.**  
**D. Aug.**

*VI. Diffic. An fruitio sit tantum in vltimi finis assequutione?*

**CONCLUSIO.**

Fruitio simplicitet sumpta de vltimo fine vero, apparente, aut  
præfixo esse potest. Constat ex Augu. dicente, fruimur cognitis,  
in quibus voluntas delectata conquiescit, quæ quidem simpli-  
citer nunquam nisi in vltimo fine quiescit. Quamdiu esim ali-  
quid expectat, non quiescit atque ita, vt simpliciter re fruatur in  
vltimo fine quiescere debet.

Hinc, si finis vltimus fuerit, verus, s. Deus Opt. Max. fruitio e-  
rit actus patriæ. V. g. amor, seu Dei dilectio.

**A P-**  
**F E N.**

Quando verò finis vltimus fuerit apparens, vel præfixus eius  
fruitio erit idolatriæ actus. Omnis fornicator aut immundus aut  
auatus, quod est idolorum seruitus, inquit B. Paul. Cuius rei ra-  
**Ad Ephe.** tio est quia huiusmodi peccatores in his peccatis vltimum finem  
**1. cap** constituunt, & illa, tanquam Deum, diligunt.

**CON-**

## CONCLVSIO.

Fruitio secundum quid est amor amicitia, quo plerumque non solum Deum, verum & creaturas propter Deum diligimus. Hoc enim modo B. Paulus Philemonem diligebat, & sancti virtutes amabant. Et hoc modo sunt multae auctoritates, quae oppositum sonare videntur, de fruitione secundum quid declaranda.

VII. *Dis. An peccans mortaliter aliqua creatura fruatur?*

Sensus. An peccator adeo diligit peccatum, vt si daretur electio, potius eligeret Deum annihilari quam a peccato cauere.

Duae sunt opiniones. Prima Scot. & aliorum, omnem peccatorem diligere creaturam plusquam Deum. Secunda est Adriani, qui illud negat.

## CONCLVSIO.

Si fruitio pro amore erga vltimum finem sumatur, non omnis peccans creatura fruatur. Quia vltimum finem, & foelicitatem in peccato non omnis peccator constituit, ita vt peccare potius, quam Deum esse malit. Tales sunt qui zelo Deo indiscreto peccant, de quibus B. Paul. æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Tales sunt etiam, qui peccant spe veniæ, vt Adam peccauit.

## CONCLVSIO.

Omnis mortaliter peccans, vel simpliciter, vel secundum quid creatura frui dicitur. Simpliciter quidem, qui in creatura vltimum finem constituit. Contra quem D. Aug. ait, summa peruersitas est, frui vtendis, id est, diligere creaturam propter se, quae est propter aliam diligenda, ita vt in illa vltimus finis constituatur.

Secundum quid verò, fruatur creatura, qui amore sui illam amat. Nam duo inquit D. Aug. amores edificarunt duas ciuitates, & amor Dei, & c. Hic autem in seipso vltimum finem non constituit, vt qui spe veniæ peccat.

III. *Dubium. Peccans mortaliter qua creatura fruatur aeterni peccati, an obiecto, vel supposito in seipso?*

Scot. sequentem conclusionem defendit.

## CONCLVSIO.

Peccator non obiecto peccati, neque ipso peccato, sed seipso fruatur. Ratio est, quia amor amicitia, qui est fruitio, praecedat amorem concupiscentia, & peccator amore amicitia diligit seipsum, peccatum verò, & peccati obiectum amore concupiscentia amat.

Hinc, diligentes Deum inordinate seipsis, & non Deo fruuntur. Tales fuerunt Apostolorum interfectores, & B. Paul. qui

Episto  
la ad Phi  
lemonem.

m 1 d. 1.  
q. vltima.  
Quo lib.  
7. q. 3.

Ad Rom.  
c. 10.

D. Aug.

D. Aug.

In 1. d. 1.

q. vltima.

A P

P E N.

Galat.

4.

de seipſo ita ait. Audiftis enim conuerſationem meam, aliquando in Iudaifmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiã, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaifmo ſupra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. Vbi aperte teſtatur zelo, & amore paternarum traditionum, & proprij honoris, & zelo Dei indiſcreto ſe Dei Eccleſiam fuiſſe perſequutum.

A P. Hinc, qui ſe inordinat morti pro defenſione patriæ, & amico-  
P B N. rum exponit, ſeipſo, & non patriæ, aut amicis fruitur. Quia ignominioſum ſibi eſſe exiſtimat amicos non defendere.

A P. Idem dicendum eſt de illo, qui, vt miſeriam fugiat, laqueosẽ  
P B N. ſuspendit, vel aliquo quouis modo interimit. Quia amore ſui facit. Duo enim amores &c. Vt Aug. docet.

D Aug. VIII. Dif. An fruamur non ſolum ſine iam obtento,  
S. Th. 1. 2. verum etiam ſperato.

### CONCLVSIO.

De vtroque fine eſt fruitio. Et ratio, quia viatores iuſti beati  
q. 11. ar. appellantur. Atque ita frui dicuntur. Fruitio enim idem eſt quod  
vimo, R. beatitudo, vel in ſpe, vel in re, beatitudo tamen in via improprie  
d. 29. ar. fruitio nominatur, propterea quod, appetitus donec appareat  
1. q. 2. Deus Opt. Max. non ſatiabitur.

Hec. d. Art. II. Habetne homo naturalem appetitum beatitudinis  
49. q. 9. in particulari, ſcilicet, videndi Deum?

¶ Dux ſunt opiniones. Prima Caiet, negans. Secunda contra-  
q. 10. r. ria Sco. quæ fuit olim D. Bona. & Ric. hac d. quos ſequitur Du.  
gi R. ar. & Sorõ.

1. q. 2. D. CONCLVSIO.

Homo naturalem habet inclinationem ad Deum videndum.  
¶ Eſt enim naturalis inclinatio aptitudo, ſiue potentie paſſiue ad  
formam, qua ſubiectum perficitur, & in qua quieſcit. Quæ quidem  
inclinatio non eſt habitus, diſtinctus à natura, ſed ipſamet  
natura ſuæ perfectionis capax. Et homo cum vltima perficiatur  
viſione, & fruitione Diuinæ eſſentie, & in illa quieſcat, naturali-  
liter ad ipſam inclinabitur. Tum etiam, quia naturale dicitur,  
quod omnibus hominibus ratione vtenſibus commune eſt. Et  
deſiderium videndi Deum etiam infideles habent. Nam rogati  
an cupiant videre Deum, reſpondent, Vehementer deſideramus.

### CONCLVSIO.

Beatitudinis tamen conſequutio eſt ſupernaturalis. Deſinita  
eſt in Clementina. Ad noſtrum de hæreticis. Verum de hac con-  
cluſione latius infra.

I. *Dis. An cognita beatitudine homo necessario habeat hanc actum volo beatitudinem?*

Hic agitur de appetitu libero, & sunt de hac difficultate 3. opiniones. Prima Hentici, quem citat, & refutat Scot. scilicet, beatitudinem in generali, quæ nihil aliud est, quam velle bonum sufficienti, siue illa beatitudo in obiecto creato, siue increato constituitur, necessario voluntas habet eius volitionem, non tamen vult necessario istam beatitudinem in particulari, quæ in clara Dei visione consistit.

Secunda opinio est S. Tho. qui duo dicit. Primum est beatitudinem in communi vult homo appetitu elicto quantum ad specificationem actus, non tamen quantum ad exercitium. 2. est, beatitudinis in particulari potest voluntas habere nolitionem, quia potest dicere, nolo videre Deum, sed frui semper vita presentis. Tertia opinio est Scoti. Quæ solum differt à Sanct. Th. penes beatitudinem in particulari consideratam. Dicit enim non posse habere volitionem in particulari beatitudinis, sed necessario velle illam quoad specificationem actus, non autem quoad exercitium. Hæc est Scoti sententia licet aliis verbis opposita.

### CONCLUSIO.

Beatitudinem in communi secundum rationem generalem tantum cognitam quoad specificationem actus, licet non quoad exercitium homo necessario optat, id est, necessario elicit hunc actum, volo esse beatus, vt Scotus declarat. Ratio est, quia cum in beatitudine generali nulla appareat ratio mali, immo omnis boni necessario voluntas circa illam quoad specificationem actus operabitur, non tamen quoad exercitium. Quia cum sit libera, suam operationem suspendere, & ex consequenti nullum actum elicere potest.

### CONCLUSIO.

Circa beatitudinem in particulari, scilicet claram Dei visionem potest homo habere hunc actum, nolo istam beatitudinem, unde non necessariam omnino, & quantum ad actus specificationem, & quantum ad exercitium se habet. Nam potest homo vltimum finem in creatura constituere, illa fruendo, quæ teste B. Aug. est summa peruersitas & ex consequenti poterit nolitionem habere. Nullus siquidem duos vltimos fines habere potest. Hoc perditissimi homines testantur. Quibus si daretur optio, potius vitam presentem, quam futuram eligerent.

II. *Dis. An damnati naturalis beatitudinis appetitum habent?*

Scott est  
h. d. q. 9.  
ad. 2.

Habent quidem. Et ratio est, quia talis appetitus non est habitus, aut actus elicitus, sed natura habens aptitudinem, & potentiam passivam ad propriam perfectionem. Et hac de causa manente natura idem appetitus, & cetera propriae passionis, ut risibilitas, & cæte. manent.

III. Dif. An habeant damnati actum elicitum beatitudinis.

CONCLUSIO.

Scott est  
vbi supra.

De facto actuale desiderium beatitudinis, non absolutum, sed conditionatum habent, id est, vellent esse beati, si fieri posset. Ratio est, quia patiuntur pœnam damni, quæ est dolor privationis, & beatitudinis, quem dolorem, & tristitiam non paterentur, si volitionem conditionatam beatitudinis habere non possent. Quia nullus privatione, aut carentia alicuius rei tristatur, nisi rei, quam habere cupit.

IIII. Dif. Actus, quem homo beatitudinis, in communi habet, estne liber, an naturalis?

I. 2. q. 10.  
ar. 2.  
Ri. d. 49.  
ar. 2. q. 1.  
2. & 3.

Dux sunt opiniones. Prima Scot. vbi supra dicentis esse actum liberum. Secunda & contraria S. Tho. asserentis voluntatem respectu ultimi finis in communi non esse liberam, sed naturalem tantam potentiam.

CONCLUSIO.

Volitio beatitudinis in communi non est naturalis operatio sed omnino libera. Probatur, quoniam voluntas libera libertate contradictionis, est absolute libera, & cum voluntas eliciat hunc actum, s. volo beatitudinem in communi libera libertate contradictionis, quia potest elicere, aut non elicere, erit profecto omnino libera. Deinde liberè, & naturaliter operari contrariè opponitur, & eidem potentia nullo modo convenire possunt. Quia naturale agens est determinatum ad vnum oppositum, liberum autem ad vtrum libet. Quamobrem si voluntas aliquo modo naturaliter operatur, habebit contrarios operandi modos, eritq; determinata, & non determinata ad vnum oppositorum, quod implicat contradictionem. Tum confirmatur. Representata beatitudine in communi, s. bonum est hominem esse beatum, non autem hac, aut illa beatitudine, potest voluntas elicere, aut non elicere hunc actum, s. volo esse beatus, ergo hic actus erit simpliciter liber. Nam tota voluntatis libertas est, quando appositis omnibus ad agendum necessariis, potest contradictoriè elicere, aut non elicere actum, quamvis contrariè non possit. Iam in contrarium obijcio. Actus voluntatis est elicitus secundum inclinationem

tionem naturalem ( vt ex superioribus constat ) quare erit naturalis, & non liber. Respondeo. Est secundum quid naturalis, non autem absolute, vt ex probationibus conclusionis constat. Secundo argumentantur Potentia naturalis est ad vnum oppositorum determinata, voluntas autem determinatur ad hunc actum, volo beatitudinem in communi, nec potest oppositum velle, ergo respectu huius actus erit potentia naturalis. Respondeo. Minor est falsa. Quia non determinatur natura respectu illius actus est potentia libera libertate contradictionis, vt ex dictis constat. Tertio respectu finis in communi non est consultatio, neque discursus, sed respectu mediorum, ergo neque in voluntate erit libertas respectu finis in communi, quia fundamentum libertatis in voluntate est discursus in intellectu. Respondeo Licet non sit deliberatio de fine, est tamen libertas saltem contradictionis, & fundamentum libertatis esse discursum in intellectu est falsum. Nam voluntas diuina est libera ad extra, & tamen non discurret, sed vsus rationis circa discursum dicitur esse libertatis fundamentum. Vltimo ita agunt. Vt se habet intellectus respectu principiorum, ita voluntas respectu finis in communi, & cum intellectus necessario primis principiis assentiat, & voluntas quoque necessario circa finem in communi operabitur. Respondeo. Maior simpliciter est falsa. Non enim ita se habent, vt vtrouque sit necessaria operatio, sed quia, vt intellectus colligit conclusionem ex principiis, & conclusioni propter principia prestat assensum, ita, & voluntas eligit media propter finis consequentiam.

*V. Dis. An homo ex puris naturalibus Deum  
videre possit?*

Id est, an intellectus separatus in gratia existens possit videre Deum ex solis viribus naturæ secluso lumine gloriæ, quemadmodum anima separata naturaliter Angelum videre potest. De fide tenendum est nullum intellectum creatum, quantumuis gratiæ olenum posse naturaliter videre Deum, quin per qualitatem supernaturalem ad hoc eleuetur. S. Tho. & Ric. tenent hæc esse causam, s. quia omnis creatura est quodam modo materialis, Deus autem omnino immaterialis. Scoti ratio est, quia Deus ad extra est obiectum voluntarium, & non naturale, & ita non est in potestate intellectus creati naturaliter videre Deum, aut habere illum præsentem, quod idem est. Nam quod est in voluntate solius Dei, & non alicuius causæ secundæ, supernaturale est. Hæc est vis, & ratio Scoti, vt ex eius litera constat. Angelus autem vnus naturaliter alio, vel ab anima separata

videtur, etiã si videri nolit, non tamen obiectum increatum eum  
*Ne argu-* sit voluntarium. Quia quicquid operatur ad extra, operatur con-  
*mentorũ.* tingenter, & voluntariè.

## C O N C L U S I O.

*Ad Phi-* Homo, & Angelus viribus naturæ, etiam si in gratia existant  
*lpp. 1.* beatitudinem consequi haud possunt. Inquit, enim B. Paul. per  
*Ad Ro. 6* fidem salui facti estis, & hoc non ex vobis donum Dei est. Et ite-  
*Mat. c. 11.* rum gratia Dei vita eterna, quare non ex naturæ viribus. Et Mat.  
 11. nemo novit filium, nisi pater &c. aut cui filius voluerit reve-  
 lare. Et oppositum est condemnatum in Clementina. Ad nostrũ  
 de hæreticis in 6.

VI. *Diffic. An essentia Dei ab intellecta creatore per aliquam  
 speciem, aut similitudinem videatur?*

*In 3. d. 14* Ricard. varias affert opiniones. Duæ tamen sunt præcipuæ,  
*sr. 1. q. 3.* Una Sancti Tho. qui dicit implicare contradictionem, ut Deus  
*1. p. q. 12.* per aliquam speciem supplet vicem obiecti, videatur. Altera  
*ar. 2. q. 56. ar.* est Scoti assidentis: posse dari speciem per quam Deus abstric-  
 tiuè, & distinctè, non tamen perfectè cognoscatur. Hęc tamen o-  
 pinio licet quibusdam primè contraria videatur, non tamen est.

## C O N C L U S I O.

*3. Sco. in* Possibile est dari aliquam speciem quæ repræsentet naturali-  
*2. d. 3. q.* ter Deum, qua notitia distincta, nõ tamen quidditatiua de Deo  
*9.* habeatur. Constat ad Rom. 1. c. vbi docet D. Paul. cognovisse  
*Ro. ca. 1.* gentes Deum singulariter sub ratione æterni, quæ est solius Dei  
*Scotus.* proprietas. Nam dixit, invisibilia Dei à creatura mundi per &c.  
 Et in hoc sensu loquitur Scotus nunquam enim dixerunt, an  
 posset dari species intelligibilis, per quã intellectus creatus quid-  
 ditiuè, & essentialiter Deum cognoscat, sed abstractiuè & di-  
 distinctè tantum, atque ita non contradicit S. Tho. qui loquitur  
 de notitia quidditatiua Dei, quæ est notitia eius existentia, &  
 essentia.

## C O N C L U S I O.

Implicat etiam per divinam potentiam dari aliquam spe-  
 ciem intelligibilem, quæ representet Divinam essentiam quid-  
 ditiuè, & à qua visio beatifica partialiter producat. Ratio est,  
 quæ materiale, qualis est species, non potest omnino immateria-  
 le representare scilicet, Deum. Et quia nulla causa secunda, ut  
 est species, potest causæ primæ supplere actiuitatem.

## C O N C L U S I O.

Essentia divina immediate unitur intellectui comprehensoris  
 non ad

nō ad beatificam visionem, producendam. Ratio est, quia notitia non à sola potentia cognoscendi, verum etiam ab obiecto produ-  
citur.

I. *Qub.* *Essentia diuina potest inherere creato intellectui, quando eidem vnitur?*

R. aliqua duo dicuntur vniri, quando ex illis fit vnum quacu-  
que vnitate, atque ita ex diuina essentia, intellectu creato fit v-  
num principium actiuum totale ex duobus partialibus, scili-  
cet, ex intellectu, & essentia. Et nota essentiam diuinam non so-  
lum concurrere cum intellectu in genere causæ efficientis verū-  
etiam efficere intellectum secundum, id est constituere intelle-  
ctum in actu, quia facit illam productiuum. Nam vt in nobis  
intellectus, & species constituunt, memoriam secundam, de qua  
producitur notitia obiecti creati, ita diuina essentia que supplet  
vicem speciei, & intellectus creatus constituunt memoriam, à  
qua notitia beatifica producitur.

VII. *Diffi.* *An intellectus creatus ad videndum Deum aliquo lu-  
mine creato supernaturali indigeat, vt notitiam beatificam  
producere possit?*

Varie sunt opiniones. Prima est Scoti, quæ falso ab aliquibus *in 3. d. 14.*  
intelligitur. Nam in 3. dixit intellectum creatum respectu notitiæ *q. 1. c. 2.*  
beatificæ si tantum mere passiuè se haberet, non indigere neces- *c. in 4. d.*  
sariè lumine gloriæ, at vero cum se habeat actiuè lumine gloriæ, *49. q. 12*  
opus habet. Hęc est sententia Sco. illic, & hac di. Dur. tres citat opi-  
niones. Prima tenet intellectum creatum videre essentiam diui-  
nam per speciem ex parte obiecti, & per lumen gloriæ ex parte  
obiecti, & per lumen gloriæ ex potentia. Altera & prima in or-  
dine neutrum requiri dicit. Et hanc amplectitur Durandus.

Vltima opinio est S. Th. afferentis lumen gloriæ ex parte po-  
tentia desiderari, non tamen ex parte obiecti dari aliquam spe- *In 1. q. 12*  
ciem. *ar. 5. Ric-*  
*li. 3. d. 14*  
*c. lib. 4.*

### CONCLUSIO.

Non potest intellectus creatus essentia diuinæ producere no-  
titiam, quæ si eiusdem essentia intuitiua, nisi per lumen gloriæ  
eleuetur. Definita est per Coacilium Viennense. De quo quidem  
lumine scriptum est in Apoc. claritas Dei illuminabat illam, sci-  
licet, beatorum societatem Deum videntium. Quo lumine beati *Apo. c. 21*  
Dei formes, & Deo similes efficiuntur. Dicente Beato Ioanne  
cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum, sicuti *1. Io. c. 1.*  
est.

### CONCLUSIO.

*Sc. est con- tra Cai. m. d. 7. q. 7.* Deus Opt. Max. potest actionē luminis gloriæ supplere, ita, ut intellectus merè passiuè se habeat recipiendo ab eo notitiam beatificam, & per illā videat. Et ante probationem nota breuiter ex Scoto contra Tho. Aliud esse producere notitiam, aliud vero per illam operari. Nam fieri potest, vt intellectus operetur, & nullo modo notitiam producat. Prophetæ namque intelligebant per notitias à solo Deo infusas, quas nullatenus producebant. Relationem autem esse notitiæ productionem negabit nemo. Quod Sco. demonstrauit dicens ita, reuelans hanc, Deus est, trinus, & vnus, causat aliquam notitiam huius veritatis.

*q. 1. pro- logi.*

Iam probatur conclusio. Aliud est intellectum esse productiuum notitiæ, aliud vero operatiuum &c. Ad operationem autem non requiritur lumen gloriæ, sed solum ad productionem, quod quamuis intellectus noster non haberet, tunc lumen gloriæ posset per notitiam operari. Minor constat. Quia per notitiam iam productam, & potentia inhærentem operatur, & intelligit naturaliter potentia ipsa. V.g. cæcus recepto visu à Christo naturaliter vidit, & prophetæ recepta reuelatione naturaliter intellexerunt. Non enim poterat intellectus tunc non intelligere, quapropter supernaturalis non consistit in operatione, sed in notitiæ productione. Nam, vt aliud est cæcum videre: aliud autem cæco visum præstare ita in patria, aliud est notitiā producere, aliud autem videre. Primum enim est supernaturale, & secundum naturale. Deum autem istam actiuitatem luminis gloriæ posse supplere patet, cum possit cuiuscunque causæ secundæ supplere actiuitatem.

*S. Th. 1. p. q. 17. ar. 7. Sc. li. 3 d. 14. vbi supra.*

*Art. III. Potestne intellectus creatus comprehendere Deum?*

CONCLUSIO.

*Iere. c. 32* Si notitia apprehensiuā pro cognitione, qua obiectum perfectè, quantum cognoscibile est, cognoscitur, sumatur, nullus intellectus creatus, sed solus Deus seipsum comprehendit. Quia cū sit infinita notitia, est infinita perfectionis cognoscibili, quā quidem nullus intellectus creatus habere potest. Quia non est maior visio intellectus crati, quam fuerit lumen gloriæ, & nullus intellectus creatus infinitum lumen gloriæ habet. Vnde dicitur magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu.

CONCLUSIO.

*2. Co. c. 9* Si notitia comprehensiuā pro beatitudinis possessione capiatur, quicumque beatus per intellectum Deum comprehendere dicitur, id est, habere Deum præsentem. Ut enim D. Paul. sic currite

rite vt comprehendatis. Est autem de ratione comprehensionis non solum visio verum etiam potestas non amittendi beatitudinem. Vnde in Canticis dicitur. Tenui eum, nec dimittam.

Cant. c. 3

Hinc B. Pau. in raptu videns Deum, non comprehendebat.

A. P.

Hinc comprehensionem vnam esse de animæ dotibus intelligitur. Fidei namque succedit visio, & charitati fruitio, & spei comprehensio. Quæ est desiderij adimpletio.

P. E. N.

A. P.

P. E. N.

2. Cor. i. 4

### I. Diffic. Vtrum sit omnium aequalis beatitudo?

De fide tenendum est non esse omnium sanctorum gloriam æqualem, modi tamen explicandi, cur cum omnes in diuina essentia beatificentur, sit vnus alio beatior sunt distincti, Sc. namque dicit formalem beatitudinem consistere in amore erga Deum clarè visum, & ex consequenti affirmat inæqualitatē beatitudinis oriri ex inæqualitate charitatis. Nam ex eo, quod vnus beatus maiorem charitatem, quàm alius sortitur, eo feruentius Deum diligit, & est beatior: at verò S. Tho. constituens beatitudinem formalem in visione dicit gradum beatitudinis ex gradibus luminis gloriæ oriri. Quanto enim aliquis beatus magis lumen gloriæ participat, tanto perfectiorem visionem producit, & beatior est.

Ric. d. 49

ar. 2. q. 8.

Sc. d. 50.

q. 5. San.

Th. i. p. q.

1. 2. ar. 6.

et 1. 2. q.

5. ar. 2.

### CONCLUSIO.

In patria non erit æqualis omnium iustorum gloria: in domo enim patris mei (dixit Iesus) mansiones multe sunt. Vbi diuersitas mansionum diuersitatem graduum in gloria insinuat. Definita est in Con. Flor. sub Eugenio III.

Io. ca. 14.

Hinc confutatur hæresis Iouiniani, & Lutheri: vt refert Soto dicentium omnes Beatos esse in gloria æquales, in quam hæresim copiosissimè Pater à Castro verbo beatitudo hæresi 7. disputat.

Lib. 2. de

natura et

gratiæ Pa

ter à Ca.

II. Diffic. Si Angelus, & anima rationalis habent æquales gradus luminis, & charitatis, habebuntne beatitudinem formalem, visionem, scilicet, vel amorem æqualem.

Sc. d. 50.

q. 5. Ri. d.

4. ar. 2.

q. 8. S. Th.

1. 2. q. 5.

ar. 2. et in

3. p. q. 1.

ar. 4. D.

in 3. dist.

14. 1. a.

li.

Ricar. Sc. Cæi. & Dur. tenent animam Christi Iesu, si se habeat effectiue ad fruitionem, non habere summam fruitionem de possibili, quamuis habeat summam gratiam. Quæ opinio maximas patitur angustias S. Th. Oppositum tenet hac d. ar. 2. q. 8.

### CONCLUSIO.

In casu huius difficultatis æqualis erit vtriusque potentie beatificus actus. Ratio est, quia non potest intellectus creatus viribus nature elicere actum beatificum, & ex consequenti, neque

eiusdem actus argumentum. Atque ita tota actiuitas erit à lumine gloriæ, siue à charitate. Alioquin enim sequeretur gloriam non respondere meritis, sed naturali potentia, quod est erroneum, vt si Angelus, & anima haberent æquale lumen gloriæ, & charitatē æqualē, meritaque æqualia beatitudo formalis Angeli esset beatio, quia habet perfectiorem potentiam. Et ita virtuti naturali responderet gloria, quod est erroneum.

## C O N C L U S I O.

Si beatitudo formalis esset visio, non esset inæqualitas, eo quod videret vnus plura attributa diuina, quam alius. Nam tunc omnes beati æqualiter vident, quæ in Deo formaliter continentur. Videbimus (inquit B. Ioan.) eum sicuti est, id est, cum omnibus quæ sunt de illius quidditate.

## C O N C L U S I O.

Neque consistit inæqualitas, quod vnus plures creaturas in Deo, quam alius, videat. Ratio est, quia creatura non est obiectum beatificum, quare erit maior beatitudo formalis, quando vnus clarius alio videbit Deum, si beatitudo est formalis visio, aut si est amor, qui feruentius diligit Deum, ille erit beator.

III. *Diffic. An de facto, quilibet beatus videat in verbo omnia, quæ formaliter, & eminenter in diuina essentia continentur?*

De hac re disputant Doctores hac d. & in 3. d. 14. & S. Th. in 1. p. q. 12. art. 8. Est autem maxima controuersia circa numerum creaturarum, quæ in Deo videntur. An si vnus plures creaturas, quam alius, ac verò singuli omnes cognoscant.

*Quæst. 6.* Prima opinio est Henrici asserentis singulos beatos videre in verbo, quæ in Deo formaliter continentur, non autem quæ eminenter: cuiusmodi sunt creaturæ. Contrarium asserit D. Aug. dicens beatos videre creaturas visione matutina, id est, in verbo, quæ matutina nominatur, quia est clarior, & visione vespertina, id est, in proprio genere quæ, quia est minus clara, visio vespertina nominatur.

*Hac d. q.*

3.

*D. Aug.*

Secunda opinio, quam citat Dur. affirmat, omnes beatos videre in verbo omnia, quæ in eo tam formaliter, quam eminenter continentur. Quæ etiam est contra D. August. in lib. de vidento Deum, qui docet Deum esse speculum voluntarium, & non repræsentare necessario omnes creaturas. Alioquin enim Deus beatis nihil reuelare posset, cum tamen Angeli superioris ostendit: vt in floribus secundi libri diximus, multa inferioribus reuelent.

Tertia

Tertia opinio est Duran. qui duo dicit. Primum, beatos videre in verbo quidditates omnium creaturarum naturalium, & supernaturalium, id est, supernaturaliter producibilium, quæ hætenus creata non sunt. Secundum est videre beatos in verbo aliquod singulare creatura solum in proprio genere.

Quarta opinio est Scot. quæ duabus propositionibus comprehenditur. Prima est, anima Christi Iesu videt habitualiter in verbo omnes creaturas non actualiter simul, sed successiue nunc plura, nunc pauciora non quod illa visio habitus sit, sed quia habitibus vtimur, quando volumus, & ita anima Christi per illam visionem beatificam videt, quas vult creaturas, & quando vult.

Secunda propositio, cæteri beati non cognoscunt omnes creaturas in verbo, sed aliquas. Nam ita Scot. vbi supra in notabili, sed ista via &c. inquit. Dico quod verbum cuiuslibet beato est speculum repræsentans determinata, vltra quæ non potest velle ordinatè, id est, secundum rectam rationem, videre alia, sed huic, scilicet, animæ Christi est speculû repræsentans omnia ad modû supra dictum. Hætenus. Sc. quia vt infra dicitur cunctas creaturas, & singulas hominum cogitationes, anima Christi videt, quia est futurus iudex omnium & ad rectè iudicandum omnes cognoscere debet.

Hinc, sequitur falsissimè accusatum fuisse Sotum à Soto, quod dixerit. idem sensisse de anima Christi, & de anima cuiuscunque beati.

Vltima opinio est S. Tho. afferentis, cæteros beatos à Christo videre in verbo aliquas creaturas, nullum tamen omnes, & quod aliquis beatus perfectius cognoscit Deû, eò plura in Deo videre.

### CONCLUSIO.

Quicumque beatus videt omnia, quæ in Deo formaliter continentur. V.g. attributa quæ formaliter. i. quidditatiuè conueniunt. Constat ex B. Ioan. dicente. Videbimus eum sicuti est. Ergo omnia, quæ sunt in ipso quidditatiuè. s. attributa omnia, & omnes reuelationes. Alioqui enim si beatos aliquod diuinum attributum lateret, non illum, sicuti est, viderent.

### CONCLUSIO.

Quilibet beatus videt in verbo omnia, quæ eminenter continentur. i. omnium rerum naturalium quidditates. s. quid homo sit, & quid Angelus, &c. Non tamen rerum supernaturalium producibilium quidditatem. S. Tho. est vbi supra articu. 8. ad 4. Et ratio est quia in beatitudine omne naturale desiderium satiatur, est autem naturale desiderium cuiuscunque intellectus creati omnium rerum naturalium quidditates scire, quas si

In 3. d.  
14. q. 2.

A P.  
P E N.  
Hæc d. 9.

3 ar 3.  
S. ot. libe  
ratur 1.  
p. qu. 1. 2.  
art. 8.

1. Ioan. 3.

ignora-

132 QVÆSTIO.

ignotaret, non esset beatus quietus, nec adimpletum haberet desiderium. Vnde colligitur omnes beatos videre in verbo species omnium animalium, plantarum, metallorum &c.

CONCLUSIO.

Non omnes beati vident in verbo omnia singularia cunctarum specierum, seu formarum. Nam quilibet beatus tunc comprehenderet Deū, cum cognosceret & omnes creaturas à Deo producibiles. Et ita cognosceret Deum perfectissimè per notitiam infinitæ claritatis, quod implicat contradictionem. Hæc est contra secundum opinionem.

CONCLUSIO.

S. T. est *ubi supr.* Quo aliquis est beator, id est, clariorem habet Dei visionem, eò plura singularia in verbo videt. Ratio est, quia cognitio creaturarum in Deo est cognitio effectus in sua causa, id est, cognoscere virtutem causæ, quæ habet effectum producendi. Et quanto aliquis est beator, tantò clarius cognoscit virtutem, & potentiam Dei ad singulares effectus producendos, & conseruandos.

CONCLUSIO.

Videt autem quilibet beatus, illa omnia, quæ ad ipsum spectant, id est quæ suæ curæ mandata, & commissa sunt. Hanc probat S. Tho. inductione, vt anima Christi Iesu videt omnia indiuidua, præterita, præsentia, & futura cuiuscunque speciei, & omnes omnium hominum cogitationes, & actiones. Quia est futurus iudex viuorum, & mortuorum, & vsus omnium rerum, quæ sub sole sunt, illi rationem reddituri sumus. Et B. Petrus videt in verbo omnia singularia ad Ecclesiæ ministerium pertinentia. Quia illi mandata fuit Ecclesia, & similiter de Seraphico patre nostro Francisco, & B. Dominico respectu suorum ordinum theologandum est.

S. T. 1. p. 1. q. 82. ar. 2. Ri. art. 2. q. 2. & 5. d. 49. 1. q. 4. *III. Diffic. An voluntas in patria naturaliter fruatur sine clare viso, & non liberè, ita vt sit ad amandum, & vt ignis, ad calefaciendum determinata?*

S. Tho. partem affirmantem tenet, Contrariam vero Sco.

CONCLUSIO.

Voluntas in patria necessariò diligit Deum. Quia de ratione beatiitudinis est dilectio, & cum sit beata, supposita primum beati tudine, necessariù diligit Deum.

CONCLUSIO.

Voluntas amore elicitò non diligit naturaliter Deum, sed libere libertate contradictionis. Hæc est Scoti. & rationibus aliquot confirmatur.

Prima Ratio totalis & præcisa libertatis in via est, indeterminatio voluntatis ad vtrumq; oppositorū, in patria autem similiter est ad amandum, & non amandum determinata, ergo voluntas &c.

minor ita probatur, in via ideo voluntas dicitur libera, & indeterminata, quia Deus potest illam ad opposita mouere, sed de potentia absoluta, potest Deus mouere voluntatem beati vt amare, & ab amore cessare velit: ergo potest amare, & non amare, & ex consequenti est ad vtrumq; oppositum indeterminata. Obiicies non potest de lege Deus in Patria non mouere voluntatem ad amandum, voluntas igitur de lege naturaliter amat.

Respondeo. Et simul conclusionem confirmo. Voluntas viatoris confirmata in gratia de lege non potest non moueri à Deo in amorem ipsius Dei, quamdiu sub præcepto Deum amare tenetur, nihilominus liberè amat: quia in sensu diuiso & de potentia absoluta potest Deus non concurrere cum infirmato ad amandum, & ita, & non amabit similiter in patria potest Deus secundum absolutam potentiam non mouere voluntatem comprehensoris ad amorem. Quia propter, quādo amat liberè amat. Deinde in sensu diuiso, & de potentia remota hæc ab omnibus conceditur, scilicet, beatus potest peccare, & non amare Deum ergo nunc quādo amat, liberè amat. In via pro infirmo, quo voluntas amat, non potest non amare. Quia omne quod est, quādiu est necesse est esse. Et nihilominus liberè dicitur amare, quia in sensu diuiso potest non amare. Et in patria similiter potest in sensu diuiso non amare, ergo quando amat, liberè amat. Præterea actus amoris in patria, aut est naturalis ex parte obiecti, scilicet. Dei clarè visi, aut ex parte potentia non primum, quia Deus clarè visus est obiectum voluntarium, ad extra, nihil operatur necessariò, sed liberè. Neque secundum quia idem est principium eliciens amorem in patria, & in via, nempe, voluntas per charitatem informata, & cum in via liberè, & in patria quoque liberè operabitur. Nam vtrobiq; est idem principium, nempe, voluntas eliciens amorem. Respondet Caiet. Deus clarè visus est obiectum beatificum, in quo apparet omnis ratio boni, & nulla mali atque ita voluntas non liberè sed necessariò illum amat. Verum respondeo, & confirmo conclusionem. In Deo cognitio per fidem nulla ratio mali imò omnis boni ratio apparet, & tamè liberè amatur, etiam à viatore in gratia confirmato, & non ob aliud, nisi quia eius voluntas potest de potentia Dei sola moueri ad oppositum, & voluntas comprehensoris similiter potest moueri, vt velit ab amore cessare ergo quamuis Deum clarè videat, liberè amat. Tandem, tunc voluntas est libera, quando

*l. p. vbi  
supra.*

*Arist. in  
prioribus.*

positis omnibus requisitis ad amandum. potest non amare, & voluntas in patria est huiusmodi, quia hæc de inesse est possibilis, scilicet, voluntas in patria, non amat, quamuis sit falsa, vt ad uersarij concedunt: ergo sua de possibili est vera, scilicet, potest non amare. Propterea quod, veritas propositionis de possibili regulatur per possibilitatem suæ de inesse, vt Aristoteles docet. Dices deficit motio diuina, quæ inter requisita ad agendum recensetur. Contra. In via quando voluntas tenetur amare, liberè abstinet ab amore, quamuis motio Diuina deficiat: ergo similiter, & id patria.

### CONCLUSIO.

Voluntas in patria non est libera libertate contrarietatis ad amorem, vel odium in Deum. Ratio est, quia nulla apparet ratio mali in Deo, quæ est odij causa.

Restat: vt argumentis aduersariorum respondeamus. Primo ita agunt, Deus est vltimus finis voluntatis, quem per claram visionem assequitur: ergo postea quam illum assequitur, naturaliter, & non liberè in eius amore quiescit, ita vt nullo modo possit habere appetitum ad oppositum, scilicet, ad cessandum à diuino amore. Consequentia confirmatur à simili de quacunque alia natura. v.g. lapis vbi iam consequutus est centrum, ibi naturaliter quiescit, Deus autem est vltimus finis, & quasi centrum voluntatis, ergo cum iam voluntas fuerit assequuta Deum per intellectus apprehensionem naturaliter, & non liberè in eius amore conuiescit.

Neganda est consequentia, & similitudo: quia cætera natura, suis finibus optentis: naturaliter illis adhærent: vt lapis centro: quia secundum suas formas sunt ad vnum oppositorum determinatæ: at verò voluntas etiam in patria, est ad vtrumque oppositorum indeterminata: quemadmodum, & in via. Quia vtrobiq; potest moueri à Deo, ad actus oppositos. Secundo obiciunt. Causa præcisa ob quam voluntas in via non naturaliter, sed liberè diligit est: quia habet difficultatem in amando propter prauam hominis inclinationem ad malum, & quia turbatur erga plurima, quamuis Deum fide cognoscat, sed in patria nullum est impedimentum, quominus semper amare possit: ergo non poterit non amare. Negatur antecedens, & consequentia. Ratio. n. ob quam vtrobiq; voluntas est libera, hæc est, scilicet, quia determinatur secundum suam formam ad opposita, ita, vt Deo mouente, possit in vtrumq; oppositorum quemadmodum ex dictis constat.

Tertio ita argumentantur, Deus est infinitæ bonitatis: ergo quando

quando aperte videtur, naturaliter diligitur, atque ita non erit in potestate voluntatis, non amare Deum. Est enim obiectum voluntatis bonum, in quo nulla ratio mali apparet, scilicet, Deus clarè visus. Huius argumenti responsio in 4. probatione secundæ conclusionis continetur. Et denuo responderetur, Nam vt voluntas viatoris confirmati in gratia propter indeterminatorem voluntatis ad opposita potest in sensu diuiso non amare, ita & in patria.

Quarto sic disputant. Voluntas in patria est determinata ad vnum oppositorum, scilicet, ad amorem, ergo naturaliter amat. Cōsequētia patet, posito discrimine inter agens naturale, & liberum. Antecedens verò ita probatur, quando cunque intellectus est determinatus ad vnum, propterea quod homo non vtitur ratione, vt furiosus, vel quia non ratiocinatur inter oppositas, tunc voluntas est determinata ad vnum, sed in patria intellectus ratiocinatur circa amorem finis, quia ratiocinatio est consultatio circa opposita, quæ non est de amore finis, sed mediōrum, ergo si intellectus non ratiocinatur circa amorem finis, voluntas nunquam erit libera. Et confirmo. Quia præcisum fundamentum libertatis in voluntate, est ratiocinatio in intellectu. Nego antecedens: Et ad probationem dico voluntatem esse liberam, non solum propter ratiocinationem, verum etiam, quia ratione vtitur: præsertim loquendo de libertate contradictionis. Et ideo quamuis in patria non sit libera libertate contrarietatis in amorem & odium in Deum, potest tamen in sensu diuiso cessare ab amore, & per consequens quando amat liberè amat.

Quinto ita insurgunt. Impossibile est beatum habere hunc actū, scilicet, nolo esse beatus, ergo non potest non semper amare. Cōsequētia patet. Quia amor, vel est formalis beatitudo vel saltē de quidditate beatitudinis. Respōdeo, distinguēdo consequens. Nam in sensu composito totū concedo, in sensu autē diuiso negatur consequentia. Quia potest Deus non mouere voluntatem ad amorem, & ita voluntas beati ab amore cessabit. Tandem ita argumentatur. Deus clarè visus est obiectum beatificum, & vltimus finis voluntatis apprehensus per intellectum, ergo voluntas non potest non amare Deum: Cōsequētia probatur ex Aristotele. Nam, vt se habet intellectus respectu principiorum, ita & voluntas respectu vltimi finis: sed intellectus, facta apprehensione principiorum, non potest non illis assentiri, ergo voluntas apprehenso vltimo fine per intellectum, non poterit non amare illum. R. Quemadmodum intellectus naturaliter assentitur principiis, ita voluntas naturaliter

Arist.

naturaliter

S. T. 1. 2. turaliter fertur in amorem finis, quod quidem est verum quan-  
 q. 4. ar. 3. tum ad specificationem actus non tamen quo ad exercitium.

¶ d. 49. Art. 1111. An sint animæ dotes tres tantum, visio, scilicet,  
 comprehensio, & fruitio?

m. 4. q. 4.

ar. 5. q. 1.

¶ segue.

Tres prædictæ sunt animæ dotes. Nam dotes vocantur mu-  
 Ri. ar. 3. nera, quæ ipsonis dantur, & animabus Christo per fidem des-  
 q. 7. & 8. ponfatis, & per charitatem vnitis, datur tria præfata dona, quæ  
 Metapho metaphoricis dotes nominantur.

ricos.

Art. V. An sint quatuor tantum corporis dotes?

S. T. vbi

su. Ri. ar.

4 q. 1.

1. Cor. 15

Ar. 4. q. 3

Sco. q. 13.

1. Cor. 3.

¶ p. c. 21.

### CONCLUSIO.

De fide tenendum est quatuor tantum esse corporis dotes.  
 Hanc conclusionem apertissimè B. Paul. 1. Cor. 15. insinuauit.  
 Vbi de resurrectione mortuorum ait. Seminatur corpus in  
 corruptione, surget in incorruptione &c. Vbi corpora gloriosa  
 futura esse impassibilia, clara, subtilia, & agilia indicauit.

I. Diffic. Suntne futura corpora beatorum post finale  
 iudicium impassibilia?

Ricardus hac distinctione quatuor citat opiniones.

### CONCLUSIO.

Erunt corpora beatorum in patria non solum incorruptibi-  
 lia vt damnatorum corpora verum etiã impassibilia. Dicit enim  
 B. Paul. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, &  
 mortale hoc induere immortalitatem, &c. Et Apo. 21. absterget  
 Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Vbi sacra scri-  
 ptura, omnem passionem realem à corporibus sanctorum re-  
 legendam esse testatur.

### CONCLUSIO.

Hæc impassibilitas solum erit damnum supernaturale, non  
 ab intrinseco corporibus gloriosis inhærens, sed tantum per  
 diuinam voluntatem, non concurrentem cum causis secundis  
 vt in corpora beatorum agere possint. Quia cum sint corpora  
 materialia, & habeant primas qualitates, erunt ab intrinseco pas-  
 sibilia, quapropter impassibilitas erit bonum supernaturale ab  
 extrinseco proueniens, scilicet, quia Deus ratione status illa per  
 petuo conseruabit.

### CONCLUSIO.

Impassibilitas hæc erit in omnibus æqualis. Et ratio est, quia  
 significat priuationem, quæ non recipit magis, & minus cum  
 non sit entitas positua, sed pura negatio.

I. Dubium. Eruntne impassibilia inten-  
 tionali actione.

Art. 3. q.

1.

D. Bona. hac d. opinatur præter visum, & tactum, cæteros  
 sensus in

sensus in patria nullatenus esse operaturos. At vero Ricardus, S. Tho. & Scot. existimant omnes sensus suas operationes habitu- A 14. q. 3.  
ros, etiam gustum, de quo minus probabile esse videtur.

## CONCLUSIO.

Vnaqueque potentia sensitiva suam habebit propriam operationem. Et ratio est quia ibi corpus, atq; eius omnes potētiæ erunt perfectissimæ, quæ quidem suis operationibus, id est, quando sunt in actu, periciuntur.

## II. Dis. An corpora beatorum sint futura subtilia?

Omnes Doctores cum Apostolo sanctorum corpora spiritua- 1. Cor. 15.  
lia, id est, subtilia instar spiritus futura esse consentunt. Sunt ta-  
men duæ opiniones circa effectum subtilitatis. Nam D. Bonau. q. 14.  
hac d. & Scot. putant præcipuum effectum futurum esse, cuius- a. 4. q. 5.  
cunque corporis penetrationem. At vero Sanctus Tho. & Ricar. c. 6.  
eadem dist. tenent, quod quavis corpus gloriosum possit simul  
cum corpore non glorioso existere: non tamen virtute subtili-  
tatis, sed alia virtute nempe dīana.

Dur. vero d. 44. q. 6. arbitratur duo corpora, etiam per poten-  
tiam diuinam in eodem loco existere non posse. Legendus ta-  
men caute est. Nam dicit, primum latus vasis virginæ dilatatum  
fuisse, & inde Christum exiisse. Et sepulchrum tempore, quo re-  
surrexit fuisse apertum, atque etiam fores, quando ad discipulos  
post resurrectionem fuit ingressus. Cum Euāgelista Ianuis clau-  
sis ingressum fuisse dicit. Du. and. caute legendus. Io. in. cap. 20.

## CONCLUSIO.

Corpora beatorum erunt subtilia. Hoc enim docuit B. Pau. di- 1. Cor. 15.  
cens, seminatur corpus animale, & surget spirituale, id est, sub-  
tile, & penetratiuum. Tum etiam, quia futura sunt nobilissima, &  
corpus quo subtilius: vt ignis respectu aliorum elementorum,  
eò nobilius.

## CONCLUSIO.

Corpora beatorum non dicuntur subtilia præ nimia rarita-  
te: vt ignis, sed ab effectu. Propterea quod, virtute diuina habent  
potentiam penetrandi, id est, penitus intrandi ad quemcunque  
locum, non expellendo corpus in illo præexistens.

## CONCLUSIO.

Corpora beatorum ratione subtilitatis in eodem loco cum  
quocunque alio corpore coexistere poterunt. Patet exemplo  
Christi Iesu, qui post resurrectionem clauso sepulchro est egres- Io. in. cap. 20.  
sus, & ianuis clausis ad discipulos ingressus.

## CONCLUSIO.

Corpus gloriosum penetrare aliud corpus, non est illud diui-  
dere, sed in eodem loco cum illo absque vtriusque diuisione  
Flo. Theo. q. super 4. lib. sent. Pars I. Y y coexi-

coexistere. Ratio est, quia corpora gloriosa Christi Iesu, & sanctissimæ matris suæ sunt in cælo empyreo, & tamen non diuidunt illud cum sit incorruptibile.

## CONCLUSIO.

Quæuis de lege, & supernaturaliter corpus gloriosum eodẽ loco cum corpore non glorioso coexistere possit: non tamẽ duo corpora gloriosa se poterunt penetrare. Quia hoc privilegium corporibus gloriosis conceditur, vt habeant super corpora non gloriosa imperium; quò super corpus gloriosum vti nequeunt.

## CONCLUSIO.

Hæc subtilitas corporibus beatorum debetur. Quia ab anima beata informantur. Dotes enim corporum ex animæ beatitudine redundant. Quod nihil aliud est, quam quod dantur corpori propter animæ beatæ merita, siue obsequia, vt Scot. declarat.

Hinc refutantur tres errores. Primus affirmantium: corpora esse in animas conuertenda, atque ita futura esse subtilia.

Secundus assertentium: esse futura rara, ita, vt præ nimia subtilitate possint quocumque corpus penetrare.

Et tertius fuit dicentium: posse gloriosa corpora alia penetrare corpora. Quia in potestate illorum erit condensari ad tam minimam usque quantitatem: vt possint poros alterius corporis subintrare. Contra hos omnes inuehitur Pater à Castro Relectio.

III. *Dis.* Suntne corpora gloriosa futura agilia?

## CONCLUSIO.

Sunt quidem agilia futura. Vt constat ex B. Paulo dicente, seminatur in infirmitate, surget in virtute: est autem infirmitas animæ imbecillitas, qua corpus vincere nequit. Corp<sup>9</sup> enim quod corrumpitur aggrauat animam. Et tunc resurget in virtute; id est, in magna fortitudine, ita, vt quocumque voluerit transportare possit.

II. *Dubium.* Unde nam hæc agilitas oriatur?

Ric. hac dist. opinatur ex quadam qualitate in corpore glorioso existente oriri.

## CONCLUSIO.

Agilitas corporis gloriosi ex plena, atque integra subiectione corporis ad animam ortum habet. Nam, vt anima est subdita Deo: ita etiam corpus animæ subiectum erit: vt sine aliqua resistantia ad eius imperium moueatur.

III. *Dis.* Corpora beatorum mouebunturne alio motu quam progressiuo?

V. G. poteruntne moueri, instar auis simul, & nõ pars post partem, opinio Dur est, vt tantum progressiuè moueantur. Scoti opinio tenet non moueri organicè.

CON-

Ric. ar. 4.

q. 7. D. d.

4. q. 7.

1. Cor. 15.

Sapientia

6. v. 13.

DD. xbi.

supra.

## CONCLUSIO.

Mouebuntur secundum differentiam locorum organicè, & nō organicè. Nam ascendentes, aut descendentes, non organicè mouebuntur, vt constat ex ascensione Christi Iesu post resurrectionem. Non enim in aere sunt gradus, vt gradatim ascendant. Dextrorsum, aut sinistrorsum organicè mouebuntur deambulantes, cœlumque, aut ærem præ nimia subtilitate penetrantes.

V. Dif. *Poteruntne in instanti moueri?*

Ri. h. 3.

d. 22. 27.

in 4. 114.

4. 9. 8.

## CONCLUSIO.

Non in instanti, sed in tempore imperceptibili mouebuntur. Quia impossibile est naturaliter, idem corpus simul in pluribus locis existere & existeret quidem, si in instanti moueretur. Simul enim in termino à quo, & ad quem esset.

V. I. Dif. *Habebuntne corpora beatorum claritatis dotem?*

Scot. dist.

V. G. eruntne fulgida, & lucida? Opinio Dur. tenet, futura esse luminosa, sicut corpus rarum, & speculum, quod est luminis receptiuum.

49. 9. 15.

Act. 17.

4. 9. 6.

## CONCLUSIO.

De fide tenendum est beatorum corpora futura esse lucida, id est, habentia lucem, quemadmodū Sol, & ignis habent. Dicitur enim Matth. 13. tunc fulgebunt iusti, sicut Sol, in regno patris eorum.

III. *Dubium. Unde nam hæc lux orietur?*

Duz sunt opiniones. Prima S. Thom. afferentis redundare et luce animæ in corpus, vt lux Solis in Lunam redundat.

Contraria opinio est Ricardi.

## CONCLUSIO.

Fulgor hic, & lux in corporibus gloriosis existens à Deo creatur. Nam cum lux sit qualitas positua, & non appareat, vnde in corporibus gloriosis producat, à solo Deo produci fatendum est. Redundabit tamen hæc claritas ex animæ beatitudine ad hunc sensum, s. quia statui beatorum ex lege debetur.

III. *Dubium. Corpora beatorum habebunt colorum, eruntne perua,*

Ric. & Scot. opinantur non esse futura perua, transparentia, vt crystallum. At vero S. Tho. futura esse transparentia, & miraculosa defendit.

## CONCLUSIO.

V. 2

Corpora

Corpora beatorum sunt futura opaca. Quia omne lucidum est opacum. Hoc enim corpus luminoso sum, ut aer, a corpore lucido, scilicet, igne distat.

## CONCLUSIO.

Habebunt etiam colorem. Quia color ad decorem pertinet corporum, nec lucido repugnat. Virtum enim aliquando pallidum, & rubeum est, & luminis receptivum, ut in fenestris vitreis templorum apparet.

VII. *Dis. Oculus gloriosus poteritne videre naturaliter corporis gloriosi fulgorem?*

S. Tho affirmat. Ric. vero negat.

## CONCLUSIO.

Oculus non gloriosus naturaliter corpus gloriosum videre non poterit, nisi beatus suum fulgorem temperet. Discipuli enim (ut Ricardus docet) post resurrectionem corporis Christi Iesu fulgorem non viderunt. Quia non potuissent eius splendorem pati. Excellens namque sensibile corrumpit sensum.

## CONCLUSIO.

Splendor corporis gloriosi erit Solis splendorem præstantior. Quia cum Sol factus sit propter homines æquum est, ut iustus sit sole splendidior, non tamen corpus cuiuslibet beati tantum splendorem habebit, quantum totum corpus solare habet, nec in tanta distantia illuminabit. Est enim immense maius corpus solare, & in maiori quanto maior est virtus.

## CONCLUSIO.

Non in omnibus beatis erit æqualis splendor, sed pro meritorum quantitate. Nam cum splendor, siue claritas, & agilitas sint in prædicamento qualitatis, recipiunt magis, & minus; & ideo erunt inæquales iuxta meritorum inæqualitatem.

Ar. VI. *An Aureola sit in patria accidentale premium.*

## CONCLUSIO.

Præter essentialem beatitudinem, beati in patria accidentale præmium habebunt. Et ratio est, quia omnes beati gaudebunt in visione Christi Iesu, & Reginæ cælorum, sanctorumque Angelorum, & Apostolorum & in assumptione suorum corporum, atque in contemplatione creaturarum in proprio genere &c. Quæ omnia gaudia essentiali beatitudini superaddentur. Nam beatitudo accidentalis est gaudium accidentale in alicuius creaturæ contemplatione consistens.

## CONCLUSIO.

Non omnes beati, sed aliqui tantum Aureolam habebunt. Quia Aureola est gaudium accidentale de aliquo facto insigni

S. Tho. d.

29. q. 1.

ar. 1. R.

ar. 5. q. 2.

3.

contra hostes spirituales, s. de martyrio, virginitate, & doctrina. Et non omnes sancti hæc habent. Non enim omnes hanc victoriam sunt consequuti.

## CONCLUSIO.

In patria aliqui sancti habebunt fructus, non tamen omnes. Propterea quod, fructus est gaudium accidentale de aliquo genere continentia: virginalis, s. vidualis, vel conjugalis, & nō omnes aliquem istorum graduum obseruaret.

I. *Dis. Sane tantum tres Aureolæ virginitalis, scilicet, Martyrii, & Doctoratus?*

S. Th. vbi  
sup. ar. 5.

q. 1. & se

quibus,

& Ri. r-

bi supra.

## CONCLUSIO.

Tres prædictæ dumtaxat sunt. Quia Aureola est corona, quæ propter insignem contra hostes victoriam debetur. Et tres animæ hostes per hæc superantur. Nam caro per virginitatē perpetuam vincitur. Mundus per martyrium calcatur. Et diaboli astutiæ per doctrinam dissoluuntur.

## CONCLUSIO.

In Christo Iesu non est Aureola ponenda. Nullum enim premium diminutum, sed excellens, cui omnia subiciuntur, est Christo Domino ascribendum.

## CONCLUSIO.

Neque in Angelis sunt Aureolæ collocandæ. Non enim virgines, vel martyres, vel doctores sunt.

## CONCLUSIO.

In corporibus virginum, martyrum, atque doctorum erunt insignia quædam, quibus huiusmodi Aureolas in anima habere præferent. Ratio est, quia, vt gaudium essentiale in corpus per quatuor dotes resultat, ita & accidentale in insignia corporalia redundabit. Virgines siquidem in capite aliquam coronulam albam, martires rubeam, & doctores viridem gestabunt.

## QVÆSTIO DE MISERIA DAM- NATORVM.

Hac quæstione dist. 50. Magistri exponetur.

*Ar. Vni. us. An ignis torquens damnatos sit corporeus?*

Varie sunt opiniones. Auicenna sola tristitia maxime torqueri dixit, quod est contra Euangelium, vbi dicitur. Ite mactati in ignem æternum. Quidam autem Philosophi asseruerunt torquenti pœna sensus veluti in somno ab imaginationibus ignis. Hac etiam est fallissima opinio, vt infra patebit. Tercia autem opinio affirmabat animas separatas corporibus consistibus niri, atque ita ab igne pati.

DD. dist.

34. R. p.

4. q. 9. &

10. ar. 1.

D. q. 2.

v. 3.

Mat. 25.

QVÆSTIO.  
CONCLUSIO.

Mat. 25

Ignis inferni est corporeus, & ab initio mundi creatus. Mat. enim 25. legitur. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Qui quidem ignis si non esset corporeus, sequeretur diuinam scripturã, vt terreret nos supposuisse falsum: quod nullatenus est dicendum. Et cum locus hic de corporali igne intelligi possit, non erit de metaphorico declarandus.

CONCLUSIO.

D. Aug.

Ille ignis eiusdem speciei est cum elementalī. Nã, vt aquę quę super cœlos sunt, teste D. Augu. apud Ric. hic, cum istis aquis eiusdem speciei sunt, ita à simili ignis, qui sub terra est, eiusdem speciei cum nostro igne, erit.

CONCLUSIO.

Mar. 6. 9.

Ille ignis incorruptibilis, & inextinguibilis est. Conclusio est de fide. Nam apud D. Mar. habetur bonum est tibi debilem & c. Vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguitur.

DD. vbi.

I. D. ffic. *Anima separata, & spiritus maligni patiuntur ab igne corporeo gehennali?*

Supr.

Ric. ar. 7.

Sco. & Ric. varias referunt opiniones. Quarum prima dicebat spiritum apprehendere ignem sibi disconuenientem, & ideo à propria imaginatione torqueri.

Sc. q. 1.

Quol. 8.

q. 8.

Secunda est Henrici affirmantis maligni spiritibus infundi quendam habitum spiritualement, ratione cuius ab igne patiuntur. Tertia assererat torqueri perpetua ignis consideratione, & cõtemplatione.

Quarta docet vere, & realiter ab igne pati, quo Deus tanquam instrumento diuinæ iustitiæ vtitur.

Quinta, quæ est fere communis tenet torqueri. Quia ibi nolentes detinentur. Et ad alium locum se conferre haud possunt.

CONCLUSIO.

Psal. 16.

Maligni spiritus, & animæ separata in igne gehennali, vt in carcere, ita continentur, vt illis inde recedere non liceat. Patet ex Psalm. 16. vbi dicitur. Eduxit eos Dominus de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum dirupit. Quia contriuit portas æneas, & vectes ferreos confregit. Vbi per vectes ferreos, ignis detinens animas, siue in purgatorio, siue in inferno intelligitur.

CONCLUSIO.

Patiuntur quoque tristitiam non solum propter inuoluntariam detentionem in igne, verum etiam quam sentirent, si essent corporis coniuncta, & corpora cremarentur. Colligitur conclusio ex Evangelio de diuite epulone, qui in illa flamma cruciabatur. Iam permittente Deo talem tristitiam patiebatur, ac si vere

Luce 16.

¶ vere flamma ignis hominis viuentis linguam combaret.

I. *Dubium.* Quomodo ignis ille post iudicij diem  
corpora torquet?

## CONCLUSIO.

De fide tenendum est damnatorū corpora futura esse incorruptibilia. Nam Apocal. 9. legitur. Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Apo. 9.

## CONCLUSIO.

Ignis ille concurrente Deo damnatos torquet, non autem corrumpet. Constat ex dictis.

II. *Dubium.* Ignis in corporibus damnatorum generabitne calorem?

Sc. hac dist. hinc videtur inuenire ignem illum & pœnam esse perpetuum conscientie conciatum tenet ignem infernalem non agere actione reali, sed intentionali. Quia species ignis sibi similes penetrabunt ossa vsque ad sensum tactus, & ita torquetur. Contraria opinio est Magistri Vega.

## CONCLUSIO.

Corpora calefacient, & patientur actione reali, ab igne imprimi mente in illis nimium calorem, nec tamen consumentur, propterea quod Deus suspendet ignis actiuitatem, quominus corpora corrumpat.

III. *Dubium.* Dammati cruciabiturne pœna  
ignis tantum?

## CONCLUSIO.

Non illa tantum, sed & pœna damnati torquetur. Nam in relectus amissione tanti boni, scilicet, visionis beatificæ torquetur voluntas æcerrimo diuinæ iustitiæ odio. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Et memoria recordatione bonorum præsertim fortunæ, & peccatorum quatenus tanti supplicij causa fuerunt & irascibilis potentiae metu perpetuitatis tormentorum &c. de qua re lege D. Bon. & Scot. hac dist. Du. d. 90  
q. 1. S. Th.  
ib. q. 2. ar.  
3. q. 1. q.  
seq. R. d.  
44. ar. 2.  
q. 9. q. 10  
Psal. 75.

III. *Dubium.* Estne grauior pœna damni, an sensus?

## CONCLUSIO.

Grauior est pœna damni, & tristitia inde proueniens. Pœna enim damni non solum est in se mala, verum etiam est causa pœnæ sensus. Nam, vt visio diuina & fruitio est omnium bonorum radix, ita & priuatio eiusdem visionis est omnium malorum fons, & origo.

Q V A E S T I O.

V. *Dubium. Poteruntne damnati studiosas, & laudabiles habere intellectus. aut voluntatis operationes?*

CONCLUSIO.

*Luca 16.* Damnati possunt recordari scientiarum acqvisitarum, & re-  
*Sapient. 5.* uelationum, si quas habuerunt. Habetur. n. *Luca. 16.* recordare  
 fili, quoniam recepisti bona in vita tua, & *Sapient. 5.* quid profuit  
 nobis superbia &c. Et cum horum recorderentur, nihil prohibet,  
 quin etiam scientiarum recordari possint.

CONCLUSIO.

Contemplabuntur quoque Deum, non tanquam omnium  
 bonorum fontem, sed tanquam omnium malorum vindicem, &  
 Christiani recordabuntur mysteriorum fidei, quæ omnia erunt  
 maioris tristitiæ causa. Quia ad salutem illis non profuerunt.

CONCLUSIO.

Voluntas naturali damnatorum est recta. Quoniam est ipsa-  
*D. Dyon.* met anima à Deo creata, & ad bonum apta de qua *D. Dyonif.*  
*lib. 4. de Diuinis nominibus* ait. Dæmones bonum, & optimum  
 concupiscunt, id est, habent naturalem inclinationem ad bonum.

CONCLUSIO.

Damnati, quamuis, possint habere actus elicitos bonos ex ob-  
*Luca 16.* iecto, & ex genere, id est, ratione materiæ, non tamen possunt  
 elicere actus simpliciter bonos moraliter, id est, ratione finis, &  
 intentionis. Patet exemplo diuitis epulonis, qui non zelo chari-  
 tatis, sed amore proprio suorum damnationem nolebat.

CONCLUSIO.

Damnati sub ratione boni, non veri, sed apparentis operantur.  
 Non enim appetunt aliquid, quia laudabile, & veritati consenta-  
 neum est, sed in Dei odium, & ad eius iustitiam impediendam.

CONCLUSIO.

Damnati non possunt suis propinquis bonum aliquod spiri-  
*Luca 16.* tuale desiderare. Ratio est: quia sunt omnino in malo obstinati,  
 & nihil boni sub hac ratione appetere possunt. Diues, enim hoc  
 appetebat, ne sibi pœna accidentalisis in inferno augetetur.

CONCLUSIO.

*Mat. 26.* Melius, & optabilius est damnatis, non esse in rerum natura,  
 quam in inferno existere. Dixit enim Christus de Iuda: bonum  
*Ric. d. 50* erat illi, si natus non fuisset homo ille. *Ricardi* est contra *Scotum*  
*ar. 3. q. 3.* hæc. dist. q. 1.

*Se. q. 3. S.* VI. *Dubium. Videntne beati pœnas damnatorum, &*  
*The. q. 2.* *damnati beatorum gloriam?*

CONCLUSIO.

*Ar. 4. q. 1.* Beati damnatorum pœnam ad propriæ gloriæ augmentum  
*& sequē.* vident. Quia illas euaserunt, & vident per reuelationem in pro-  
*Dar. q. 3.* prio

prio genere, vel in verbo per visionem beatificam.

## CONCLUSIO.

Sic autem videntes, non contristabuntur. Quia non est ibi tristitiæ locus.

## CONCLUSIO.

Imo lætabuntur non in odium malorum, sed in gloriam Dei, cuius iustitia in punitione malorū resplendet. Dicit enim psal- psal. 57.  
tes. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam.

## CONCLUSIO.

Damnati in die iudicij videbunt in corporibus gloriosis electos. Dicitur enim Sapientia. 5. videntes turbabuntur timore horribili &c.

Sap. ca. 5.

## CONCLUSIO.

Gloriam autem animæ non videbunt intuitivè, sed tantum per fidem. Dæmones enim credunt, & contremiscunt in maiorem ipsorum tristitiam.

*Ultimum Dubium. Post diem iudicij augebitur gloria, & damnatorum pœna?*

R. essentialis gloria non augebitur, bene tamen accidentalis, similiter tristitia damnatorum essentialis non augebitur, quævis augeatur dolor propter tormenta corporum. Pœna tamen accidentalis ex multitudine damnatorum augmentum suscipiet.

Hactenus de floribus super quartum librum sententiarum, ad laudem, & gloriam sanctissimæ Trinitatis, atque individua unitatis, & in honorem immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, & Beati Iosephi, & Seraphici patris mei Francisci.

*Omnia quæ in hac secunda, & quæ in prima parte continentur, sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ censura: & cuiusvis periti hominis iudicio subiiciuntur.*

FINIS.

Yy 5

INDEX

INDEX QUESTIONVM, AR-  
ticulorum, difficultatum, ac dubiorum, quæ  
in hac secunda parte explicantur.

FLORES QUESTIONIS DE  
CLAVIBVS.

- A**RT. I. An sint in Ecclesia clauæ regni cœlorum? fol. 5.  
I. Diffic. Fueruntne clauæ datæ Apostolis, ante resurrectionem, an  
post? 8  
II. Diffic. An Apostoli habuerint immediatè à Christo respectu omnium  
Christianorum, in vtroque foro iurisdictionem, fuerintque B. Petro in  
illa æquales? 9  
III. Diffic. An Christus habuerit clauem? 10  
IIII. Diffic. An clauæ sint penes Sacerdotes Euangelicos tantum? ibid.  
V. Diffic. An clauæ quoad iurisdictionem in foro exteriori possint in  
fœminis esse? 12  
VI. Diffic. An quilibet Sacerdos virtute clauium possit quemlibet pœni-  
tentem absoluerè? ibid.  
Art. II. Virtute clauium Sacerdos propriè dicatur culpam remittere, &  
gratiam conferre? 13  
I. Diffic. An Sacerdos virtute clauium possit pœnam temporalem pro pec-  
catis debitam remittere? 14  
II. Diffic. An Sacerdos virtute clauium possit pœnitentem compellere ad  
pœnitentiam acceptandam? ibid.  
III. Diffic. An Sacerdos possit quameunque pœnitentiam, quam volue-  
rit pro suo arbitrio imponere? 15  
Dub. An Sacerdos debeat imponere aliquam pœnitentiã sub consilio? ibi.  
IIII. Diffic. An Sacerdos virtute clauium possit per quemlibet pœniten-  
tiam redimere, totam pœnam in purgatorio luendam? ibid.  
V. Diffic. An vnus Sacerdos possit pœnitentiam ab alio impositam rela-  
xare? 16

FLORES QUESTIONIS DE  
INDVLGENTIIS.

- Art. I. An Ecclesia habeat potestatem concedendi indulgentias? 16  
I. Diffic. Quid est indulgentia? 17  
II. Diffic. Quantum valeant indulgentiæ 17  
III. Diffic. An qui consequitur indulgentias pœnitentiam iniunctam ad-  
implere teneatur? 18  
IIII. Diffic. An quando conceditur indulgentia hac forma, concedimus  
annum pœnitentiæ iniuncte, intelligatur de pœna respondente in pur-  
gatorio, an de satisfactione respondente pœnæ in hac vita? 19  
V. Diffic.

# I N D E X.

- V. Diffic. Quidnam significat illa clausula, concedimus indulgentiam plenariam. ibid.
- VI. Diffic. An eadem indulgentia valeat magis vni, quam alteri. 20
- VII. Diffic. Quidnam significat illa clausula, à culpa, & poena. 21
- Art. II. Quibus meritis Thesaurus indulgentiam aggregantur. ibid.
- I. Diffic. An requiratur sufficiens causa ad dandas indulgentias. 22
- II. Diffic. Huiusmodi indulgentiæ valebuntne saltem aliquid. 23
- III. Diffic. An requiratur in recipiente indulgentias alia dispositio, à gratia. 29
- III. Diffic. An tempore quo quis elargitur eleemosynam pro indulgentia, sit necessarium. vt in gratia existat, an tempore quo plenariè absoluitur. ibid.
- V. Diffic. An eleemosyna pro bulla cruciatæ oblata, sit sufficiens causa comparandi omnes illas indulgentias. 25
- Art. III. Quis potest indulgentias concedere. 26
- I. Difficultas. Potestne Papa existentibus in M. indulgentias concedere. 27
- II. Diffic. An Papa possit sibi indulgentias concedere. ibid.
- Dubium. Quomodo illas consequi potest. 18
- III. Diffic. Possuntne exempti à iurisdictione Episcopali lucrari indulgentias ab Episcopo concessa. ibid.
- III. Diffic. Sitne actus imperfectionis indulgentias quærere. ibid.
- V. Diffic. Possuntne animabus in purgatorio existentibus indulgentiæ concedi. 29
- VI. Diffic. Sitne aliqua dispositio præter gratiam necessaria, vt indulgentias consequantur. ibid.
- VII. Diffic. An viuorum suffragia defunctis in purgatorio existentibus prosint. 30
- VIII. Diffic. Prosuntne suffragia pro vna anima beata, omnibus animabus in purgatorio existentibus. ibid.
- IX. Diffic. Prosuntne suffragia vniuersalia pro omnibus animabus oblata, ac si pro vna sola offerentur. ibid.
- X. Diffic. An suffragia ab existentibus in M. facta defunctis prosint. 31
- II. Diffic. An orationes æternaliter damnatis aliquo modo prosint. ib. d.

## F L O R E S D E E X C O M M U N I C A T I O N I .

### Quæstio vnica.

- Art. I. An Ecclesia habeat excommunicandi authoritatem. ibid.
- I. Diffic. An effectus excommunicationis ex iure diuino sequatur, ve solum sit effectus ex Ecclesiæ institutione. 32
- II. Diffic. An excommunicatio semper pro mortali tantum sit ponenda. 33

- III. Dif. An ignorantia iuris, aut facti ab excommunicatione excuset. 34
- III. Diffic. An ignorantes inuincibiliter excommunicatione iuris communis, & commitentes crimina per illas prohibita sint excommunicari. 25.
- V. Dif. An excommunicatio possit poni pro inobedientia præterita. ibid.
- Art. 3. De effectu excommunicationis. 36
- I. Difficultas. An sacramentum ab excommunicato receptum sit nulum. ibid.
- II. Diffic. Quomodo excommunicatus à participatione actiua sacramentorum excluditur. 37
- Dubium. Peccabitne excommunicatus nondum denunciatus mortaliter, cum aliis in diuinis, aut extra communicando. ibid.
- III. Diffic. De 2. effectu excommunicationis, sitne excommunicatus suffragiis Ecclesiæ priuatus. ibid.
- III. Diffic. Poteritne Sacerdos in memento Missæ pro excommunicato orare. 38
- V. Diffic. An qui contumaciam deposuit, estq; per contritionem iustificatus, & paratus obedire Ecclesiæ antequam absoluat, sit suffragiorum particeps. ibid.
- VI. Diffic. Eritne peccatum in omni euentu cum excommunicato communicare. 39
- Dubium. Si excommunicatus noluerit ab Ecclesia exire, tenebiturne Sacerdos missam non finitam relinquere. ibid.
- Dub. Potestne Doctor discipulo excommunicato respondere. 40
- VII. diffic. Quid si Prælati, vel prior, vel Guardianus &c. sit excommunicatus. ibid.
- Dubium. Quando igitur erit mortale cum illo communicare. 41
- VIII. Diffic. Eritne potius mors subeunda, quam cum tali excommunicato in diuinis communicandum. 42
- IX. Diffic. Excommunicatus maiori excommunicatione, communicando cum aliis peccabitne mortaliter. 43
- X. Diffic. Quando excommunicatio iniusta est, priuabitne suffragiorum communione. 44
- I. Dub. Quid, si inter DD. si inter controuersia, sitne sententia iusta, an non. 45
- Dubium. II. Quid, si excommunicatio sit iniusta, non ordine iuris, sed ex parte excommunicati. ibid.
- II. Diffic. Qui nam sit excommunicationis minoris effectus. 46
- Art. III. De his qui possunt excommunicare, & in foro exteriori ab excommunicatione absolueri. ibid.
- I. Diffic. Qui excommunicare possunt. 47
- II. Diffic. Qui possunt ab excommunicatione absolueri. 48
- III. Diffic. Quænam sunt Papales excommunicationes. 50

III. Diff. Potestne aliquis inuitus ab excommunicatione absolui.	ibid.
V. Diffic. Excommunicatus absens poteritne absolui.	51
VI. Diffic. Excommunicatus pluribus excommunicationibus poteritne ab vna absolui, & non ab alia.	ibid.
VII. Diffic. Poteritne aliquis pluribus excommunicationibus absolui, per vnā absolutionem.	ibid.
VIII. Diffic. An excommunicatus in alieno Episcopatu, possit à proprio Episcopo absolui.	ibid.
IX. Diffic. Estne aliqua solennitas in absolutione ab excommunicatione necessario seruanda.	ibid.
Art. V. Circa explicationem canonis, si quis suadente, &c.	52
I. Diffic. Qui possunt priuilegio canonis gaudere.	ibid.
Dubium. Fruuntur ne Eremitæ hoc priuilegio.	53
II. Diffic. Qui clerici hoc priuilegio priuantur.	ibid.
III. Diffic. Quando aliquis erit clerici percussor, ita, vt in sententia canonis incidat.	54
III. Diffic. Quibus casibus clericum percutiens non erit excommunicatus.	56
V. Diffic. Quis poterit ab excommunicatione huius canonis absoluerē.	57
Art. 5. De interdicto.	ibid.
I. Diffic. Expeditne aliquando interdicti censuram imponere.	ibid.
II. Diffic. Quorūplex est interdicti effectus.	ibid.
III. Diffic. Violare interdictum estne peccatum mortale.	58
III. Diffic. Quis poterit interdictum relaxare.	59
Art. vlt. de cessatione à Diuinis.	ibid.
<b>FLORES QVÆSTIONIS DE CORREPTIONE FRATERNA.</b>	
Art. An correptio fraterna obliget transgressores ad mortale.	ibid.
Dubium. Continentur ne hoc præceptum Matth. 18. vbi dicitur, si peccauerit in te &c.	60
Dubium. Estne grauius peccatum transgressio huius præcepti, quam transgressio præcepti de eleemosyna corporali.	ibid.
I. Diffic. An correptio fraterna obliget quocunq; tempore etiam si scandalum, siue mortis periculum timeatur.	ibid.
II. Diffic. Tenetur ne quilibet alium corripere, cuiuscunq; status, & dignitatis sit.	62
III. Diffic. An Prælatus ratione obligationis præfatæ teneatur inquirere secretos peccatores, vt illos secreto fraternaliter corrigat.	63
III. Diffic. An ordo correptionis fraternæ sit sub præcepto.	ibid.
V. Diffic. Poteritne clericus criminofum vita, vel abscissione membrorum plectendum iudici denunciare, quin irregularitatis pœnam incurrat.	65
	VI. Diffic.

- VI. Diffic. Quando crimen est occultum suntne testes inducendi, vt in iudicio contra reum testificari possint. ibid.
- VII. Diffic. Quando per viam denunciationis proceditur, poterit Præ- latus publicè delinquentem punire. 66
- Art. II. De accusatione, siue sub præcepto delinquentem aliquando in iudicio accusare. 67
- I. Diffic. Tenebiturne accusator prius admonere delinquentem. 68
- II. Diffic. Quando accusator peccat. ibid.
- Art. III. De inquisitione, an fiat licitè de crimine occulto, nulla præce- dente infamia. ibid.
- III. Diffic. Estne seruanda prima huius articuli conclusio, in criminibus regularium. 69
- III. Diffic. Infamatus de vno crimine vt de furto, potestne de aliis cri- minibus interrogari, de quibus nulla est infamia notatus. ibid.
- V. Diffic. Si crimen est notorium, & ignoratur reus, poterit de illo, quo nulla est notatus infamia, iudex inquirere. 70
- VI. Diffic. Quænam sunt crimina, quæ subditi, quando fit generalis in- quisitio, denunciare tenentur & iudices punire possunt. ibid.
- VII. Diffic. Reus siue testis legitimè à iudice interrogatus teneturne respondere veritatem? 71
- VIII. Diffic. Testis non accersitus à iudice, tenebitur se ad testimonium dicendum offerre. ibid.
- IX. Diffic. Tenetur ne testis, quando à iudice vocatur, etiam cum peri- culo proprii capitis testari. 72
- X. Diffic. Tenebiturne filius contra patrem testis esse. ibid.
- II. Diffic. Tenebiturne aliquis manifestare crimen in iudicio, quod iura- mento celandum promissit. ibid.
- FLORES QVÆSTIONIS DEVOTO.** 33
- Art. I. De his, quæ ad essentiã voti pertinent. ibid.
- I. Diffic. An præter intentionem siue propositum faciendi aliquid pro- missio ad votum desideretur. ibid.
- II. Diffic. Simplex assertio sine verbis promissoriis obligabitne aliquem in conscientia. ibid.
- III. Diffic. Votum sine plena deliberatione factum obligatne vouen- tem. ibid.
- III. Diffic. Ad voti obligationem desideraturne propositum adimplen- di promissum. 74
- V. Diffic. Solum vouendi propositum sine explicita, aut tacita promissio- ne, obligatne, et si votum factum fuisset. 76
- VI. Diffic. An possit votum de re illicita fieri. ibid.
- VII. Diffic. An votum de re indifferenti obliget. ibid.
- VIII. Diffic. votum de re inevitabili, vt de nunquam peccando veniali- ter valebit. 77

- IX. Diffic. An de rebus necessarijs ad vitam æternam consequendam qualia sunt præcepta Decalogi, possit fieri votum. ibid.
- X. Dif. Licetne absque peccato opposita consiliorum promittere. 78
- XI. Diffic. Votum casu sum de aliquo supererogationis opere propter malam finem eritne validum. 79
- XII. Diffic. Votum de re licita maius, & perfectius bonum impediens, obligatne in conscientia. 80
- XIII. Diffic. An Christiani in Baptismo emittant votum seruandi præcepta Diuina, & Ecclesiastica. 81
- XIII. Diffic. Peccauitne Iephthé, quâdo voluit immolare Deo, quidquid sibi reuerenti cum victoria, primâ è foribus domus occurreret. 82
- Art. 11. Obligatne omne votum ad sui obseruantiam. ibid.
- I. Diffic. Fractio vôtù est p. m. ex genere quemadmodum furtum & homicidium ibid.
- II. Diffic. An fractio voti possit aliquando esse veniale peccatum. ibid.
- III. Diffic. An simplex promissio facta homini in cōsuetudine obliget. 83
- I. II. Diffic. Promissio homini facta per solum actum interiozem, obligatne in conscientia promittentem. 83
- V. Diffic. An promittens religionem in particulari, vt B. Patris Francisci, si in duobus, aut tribus Continentibus finitimis non admittatur, ad aliam prouinciam, vel Regnum vbi fortassis admitteretur, adire teneatur: perinde religionem in genere promittens non admissus in vna, alias per totum orbem quærere teneatur. 85
- VI. Diffic. Suntne hæc vota æquivalentia, promitto me ingressurum religionem, aut promitto me futurum religiosum, seu monachum. 86
- VII. Diffic. Qui promittit votum religionis simpliciter, poteritne absque peccato intra annum professionis retrogredi. ibid.
- VIII. Diffic. Qui factâ professione propter deprauatos mores, quia est incorrigibilis à religione expellitur, tenebitur vota essentialia, & præcepta religionis seruare. 87
- IX. Diffic. Emittens simplex votum religionis, dum non recipitur, tenebitur seruare continentiam. ibid.
- X. Dif. Emittens votum simplex religionis, & ob culpam suâ illud non implens, quia Matrimonium contraxit, poteritne debitum petere. 88
- Dubium. Virgo quæ simpliciter virginitatem promittit, illa amissa, eritne deinceps ad seruandam continentiam obligata. ibid.
- XI. Diffic. Votum nunquam nubendi, æquipolleatne castitatis voto. ibid.
- Dubium. Meretrix, quæ metu lenonis promittit non nubere, tenebiturne votum obseruare. ibid.
- XI. Diffic. Qui vouit, & tempus adimplendi votum non præfixit, aut sub conditione promittit, quando votum adimplere tenebitur. 89
- XIII. Diffic. Religiosi habentes patres in extrema necessitate positos poteruntne religionem relinquere, vt illos sustentare valeant. 89

- 1. Dubium. Hæres teneturne defuncti votum adimplere? 90
- II Dub. Potestne pater filium ad votum personale obligare? 91
- III. Dub. An monachus assumptus ad Episcopatum ad votum pauper-  
tatis, & ad cætera suæ regulæ præcepta teneatur? ibid.
- 14. Diffic. An qui emisit votum simplex religionis, voto nondum com-  
pleto ad Episcopatum assumi possit? 92
- 15. Difficu. Subditus teneturne semper obedire Prælato, quoties aliquid  
virtute obedientiæ præcepit? ibid.
- 4. Dubium. Potestne capitulum generale statutum obligans ad maiore  
perfectionem, quam in regula contineatur concedere. 93
- 16. Diffic. Præceptum Prælati obligatne semper ad mortale peccatum  
transgressores? ibid.
- 17. Diffic. Qui promisit intrare religionem strictiorem, peccatne iutra  
do latiore? 94
- Dubium. An teneatur ad votum, qui vouet rem licitam hac lege si Deus  
illum à certo crimine liberauerit, ibid.
- 18. Dif. An votum metu amissum in conscientia vouentē obliget. ibid.
- Art. III. Expeditne aliquid vouere. ibid.
- Dub. Quando aliquis timet se fracturū votum, tunc vouerene licet. 96
- Art. 4. An votum sit latria siue religionis actus. ibid.
- Art. V. An sit magis meritorium aliquid voto, quàm sine voto facere,  
magisque laudabile sit. ibid.
- 1. Dub. Quid si ex voto inuitus, & magna cum tristitia operatur. ibid.
- 2. Dubium. Peccatne quem pœnitet votum emisisse. ibid.
- Art. 6. An votum per susceptionem sacri ordinis, & ceteræ regulæ pro-  
fessionem, solenne efficiatur. 97
- 2. Diffic. Voti solennitas in quo consistit. ibid.
- 3. Diffic. Votum solenne, & simplex differuntne essentiali specie. 98
- 3. Diffic. Qui recepit aliquem ordinem sacrum, emittitne solenne con-  
tinentiæ votum. 99
- Dub. Quid, si recipiens sacros ordines caruit intentione seruandi con-  
tinentiam, poteritne hic matrimonium contrahere? ibid.
- 4. Dif. Estne votum solenne continentiæ sacri ordinis sufficiens ad dis-  
soluendum matrimonium ratum quemadmodum solenne religionis  
votum? ibid.
- Art. 7. De his qui possunt vouere. 100
- 1. Dif. An qui sunt alterius potestati subiecti, vouere possint. ibid.
- 2. Diffi. An religiosus emittens votum sine sui Prælati facultate illud ad-  
implere teneatur. ibid.
- 3. Dif. Prælato aliquid in generali, vel speciali prohibente, qui vouet cõ-  
tra illius prohibitionē tenetur suum votum Prælato significare, an erit  
iã irritum per solam prohibitionem generalem, aut particularem. 101
- 4. Diffic. Poteritne subditus sine vlla causa à Prælato petere voti irrita-  
tionem.

- tionem? 102
- V. Dif. Si subditus opus supererogationis ex facultate Prælat. emittat, Prælat. poterit postea irritare illud. ibid.
6. Dif. Poterit generalis, aut Prouincialis irritare votum emissum ex facultate inferioris Prælati Guardiani, s. aut Prioris. ibid.
7. Dif. Abbatisa poteritne vota monialium de opere supererogationis emissa irritare. 103
8. Dif. Subditus, cuius votum fuit ab vno Prælato irritatum, illo cessante, eritne à successore iterum irritandum. ibid.
9. Dif. Poteritne vir omnia vota vxoris, tam realia, quam personalia irritare. ibid.
10. Dubium. Vir poteritne irritare votum vxoris, quod sua facultate emisit. 104
11. Dubium. Poteritne vxor irritare votum à viro emissum, non petendi debitum. ibid.
111. Dubium. Poteritne vir longam peregrinationem vouere, qua vxor iure petendi debitum defrauderetur, aut familia detrimentum patiatur. 105
- X. Dif. Si vterque coniugum mutuo consensu votum continentie emitat poterit tunc vir vxoris votum irritare. ibid.
11. Dif. Possuntne pueri obligare se ad religionis ingressum. ibid.
- XII. Dif. Votum pueri ante 14. annum, & puellæ ante 12. si ratione vtatur, valebitne. 106
111. Dub. Poteritne mater votum puellæ impuberis irritare. ibid.
- V. Dubium. Quid, si ante pubertatem voueat aliquis religionem, aut peregrinationem, aut aliud, quodcunque personale votum, eius executionem ad annos pubertatis referendo. ibid.
- VI. Dubium. Poteritne pater, aut tutor qui datur post pubertatem irritare personalia vota impuberum. 107
- VII. Dubium. Pater, postea quam filius excessit 14 annum, & puella 12. poterit vota ante hanc ætatem ab illis emissa facere irrita. ibid.
- VIII. Dubium. Quid, de votis realibus, & mixtis. 108
- XIII. Ecclesia votum solenne religionis impuberum poteritne irritare. ibid.
- IX. Dubium. Tales tenebuntur saltem seruare continentiam. ibid.
- Art. VIII. An in voto possit fieri dispensatio. 109
1. Dif. An Papa in voto dispensare possit. ibid.
11. Dif. An in voto solenni continentie possit fieri dispensatio. 110
1. Dub. Mortua vxore, & cessante causa, ille, cum quo ex legitima causa dispensatum fuit, tenebitur ad religionem redire. ibid.
111. Dif. An ad dispensationem, vel commutationem voti Prælati auctoritas requiratur. ibid.
111. Dif. Poteritne votum in melius auctoritate propria vouentis, & non Prælati commutari. 111
11. Dubium. Quis poterit dispensare cum illo qui promisit religionem

# I N D E X.

- frictiorem vt latiore intrare possit. ibid.  
**V. Dif.** Quando erit cum aliquo in voto dispensandum. ibid.  
**VI. Dif.** Quando Prælati commutare debent. 112  
**VII. Diffic.** Qua ratione confessores debent vota virtute bullarum commutare. 113  
**VIII. Diffic.** Qui vouit non petere dispensationem, aut voti commutationem, poteritne illam exigere. 114  
**IX. Dif.** Quis in votis dispensare, aut illa irritare poterit. ibid.  
**X. Dif.** Potestne Episcopus dispensare in voto pœnali peregrinationis in terram sanctam, aut religionis, siue castitatis. 115  
**I. Dubium.** Promittens ieiunare in vigilia Natiuitatis immaculæ semperque Virginis Mariæ, si illo die non ieiunet tenebiturne alio die ieiunare. 116  
**II. Dubium.** Vota Scholasticorum Salmanticensium possuntne per Episcopum aut Archiepiscopum illius Diœcesis, vel per Cancellarium dispensari. ibid.  
**III. Dub.** Vota Nouitiorum cuius auctoritate sunt commutanda. ibid.  
**Praxis dispensandi & commutandi vota.** ibid.

## FLORES TOTIVS DISPUTATIONIS

de restitutione, & de singulis contractibus.

### Quæstio I. de Dominio.

- Art. I.** Quidnam est dominium. ibid.  
**I. Dif.** Quo iure inceptit dominiorum diuisio. 118.  
**II. Diffic.** In rebus quæ vsu consumuntur potestne vsus à dominio separari. 119  
**III. Dif.** Quis potest alicuius rei habere dominium. ibid.  
**III. Dif.** An primogenitus habeat dominium bonorum vinculatorum. 121  
**Art. II.** Quarum rerum homo dominium habere potest. ibid.  
**Art. III.** Quibus modis transferri potest dominium. 122  
**I. Dif.** Possuntne filij illegitimi bona paterna retinere. 123  
**II. Dif.** Potestne Pater filium illegitimum hæredem, per fideicommissum instituere, ita vt in conscientia filius talia bona retinere possit. ibid.  
**3. Dif.** Si filius aut filia clerici Matrimonium contraxerit, & filios ex tali Matrimonio habeat, poterit nepotibus hæreditatem relinquere. 124  
**4. D. f.** Teneturne pater filios illegitimos alere. ibid.  
**Art. Vlt.** An per contractum minus solennem in foro conscientiæ dominium transferatur. ibid.  
**Dubiu.** Si testamentum vnum, vel nullum habeat testem, sed tantum sit chitographo defuncti signatum, tenebiturne hæres in conscientia legatum soluere. 125

### Quæstio II. de Restitutione.

- Art. I.** Cui facienda est restitutio ibid.  
**I. Diffic.** Oportetne semper vero Domino, à quo res ablata est, restituerem 126

# I N D E X.

- nam fieri. Ibid.
2. Dif. Quid si dominus rei sit illa abufurus, eritne eidem restituenda. Ibid.
3. Dif. Estne fempcr restitutio faciēda poffefforia à quo res ablata est. 127
1. Dub. Quando dubito, fitne res quam habeo furtim ablata, aut non, cui faciēda est restitutio. 128
2. Dub. Habeo rem, quam scio furto captam, timeo ne ex restitutione mihi detrimentum oriatnr, tenebor vero domino an latroni à quo accepi restituere. Ibid.
3. Dubium. Quid si res, quam abstuli à latrone, non domino, sed latroni à me restituatur, eritne postea iterum restitutioni vero domino faciēda obnoxius. Ibid.
4. Dif. Qñ dominus est incertus, & ignotus cui est restitutio faciēda. 129
4. Dub. Quando bona incerta, erunt pauperibus eroganda, & in pias causas distribuenda. Ibid.
5. Dif. Quæ per Symoniam sunt acquisita cui sunt restituenda. 130
6. Dif. Si pauper teneatur ad restitutionem bonorum incertorum, poteritne sibi facere restitutionem. Ibid.
7. Dif. Qui teneatur bona incerta restituere, aut non vult, aut male restituit, diuitibus illa tribuendo, à quo poterit cogi vt restituat. Ibid.
8. Dif. Si dominus rei longe distat, cui erit restituendum. Ibid.
9. Dif. Quid si creditor longè distans, vt sibi mittatur, velit, cuius expensis erit debitum transmittendum. 131
5. Dubium. Quid facere iniustus possessor tunc tenebitur. 132
6. Dub. Quid si creditor in alium locum se contulit. Ibid.
110. Dif. Quid de debitore illo qui fuit in mora soluendi. Ibid.
11. Dif. Si debitor mittat creditori absenti rem debitam, & casu fortuito vel nuntij malitia pereat, eritne à restitutione liber. Ibid.
12. Diffi. Si debitor suis expensis mittere teneatur, & expensæ summam rei mittendæ excedant, debetne tunc mittere. 133
13. Dif. Pœnarum, quæ à lege imponuntur, cui est restitutio faciēda. Ibid.
- Art. 2. Quando est restitutio faciēda. 134
1. Dif. Suntne aliquæ causæ, ob quas restitutio differri possit. Ibid.
2. Dif. Qui furatus est aliquid, teneaturne statim sub pœna noui peccati restituere. 135
3. Dif. Si quis per totam vitam non restituat, augebiturne fempcr peccatum illud. Ibid.
2. Dub. Quando ille, qui non restituit, nouum peccatum committit. Ibid.
4. Dif. Qui per totam vitam non restituit, neque propositam restituendi, nisi in articulo mortis habuit, condemnabiturne. Ibid.
5. Dif. Eritne absoluendus in aliquo casu, ante mortē non restituens. 136
4. Dif. Qui faciet confessor, si infirmus dixerit se non teneri, ad restituendum statim, cum tanta bonorum iactura. Ibid.
6. Difficu. Qui habet magnam pecuniæ quantitatem, & non vult illam si-

- mul, cum possit, sed successiue restituere, eritne absoluendus. 137
7. Dif. Si nunquam sit restitutionem facturum ille talis, nisi paulatim & successiue restituat, eritne absoluendus. ibid.
3. Dubium. Tenebiturne semper, pœnitens confessori in hac ma. obedire. ibid.
8. Dif. Confessor potest debitorum, qui multoties restituere promisit, & non restituit, quoties promiserit absolvere. ibid.
4. Du. Ille cui remittitur debitum, & non habuit animum restituendi, erit absoluendus. 138
9. Dif. Qui non potest sine mutatione status restitutionem facere, tenebiturne statim restituere. ibid.
5. Dubium, quare periculum status aliquando obligationem restituendi tollit. 140
10. Dif. Tenebiturne debitor seipsum vendere, ut restituat. 141
11. Dif. Tenebitur mendicare: ut statim restituat. ibid.
12. Dif. Tenebiturne aliquis ad restituendum manibus laborare. ibid.
13. Dif. Tenebiturne aliquis seruire ad restituendum. ibid.
14. Dif. Poterintne debitores in foro conscientie uti beneficio quarundam legum ciuiliu, & aliquid sibi ad vitæ sustentationem seruire. 142
- Art. 3. Quo ordine est facienda restitutio. ibid.
1. Dubium An obligatio ex delicto sit præferenda obligationi ex contractu licito. 143
1. Dif. Estne obligatio onerosa liberali obligationi præferenda. 144
- Art. 1111. An qui est obnoxius restitutioni tantum semper, quantum abstulit restituere teneatur. 145
1. Dif. Petrus erat Ioanni soluturus centum mensuras tritici, & distulit solutionem per duos annos, valebatque carius, aut vilius tempore, quo triticum suscepit, tenebiturne triticum, vel tritici pretium soluere. 146
11. Dif. An Dominus satisfacere teneatur iniuriam, vel damnum à proprio mancipio alteri illatum. 147
- QVÆSTIO, QVIS TENEATUR**  
ad restitutionem. ibid.
- Art. 1. An possessor bonæ fidei restituere æquiualens rei alienæ teneatur postea quam illam consumpsit. ibid.
1. Dif. Qui damnificauit præter intentionem, tenebiturne restituere damnum. 148
11. Dif. Quando plures concurrunt ad damnificandum, vno soluente totum, reliqui pro rata tenebuntur pecuniam illi restituere. 149
1. Dubium. Quid si ex damnificatione iniusta nullum lucrum emanauit, tenebiturne tunc in solidum restituenti pro rata satisfacere. ibid.
11. Dif. Quando plures ad restitutionem in solidum obligantur, poterit verus Dominus, cui facienda est restitutio, suam partem quibusdam remittere, & totum debitum ab aliis exigere. 150

# I N D E X.

- III. Dif.** An participantes in aliquo damno damnificato in solidum  
 satisfacere teneantur. ibid.
- II. Dubium** An iubens damnum fieri, ad restitutionem teneatur. ibid.
- II. Dubium** Exequutor damni tenebitur ad illius restitutionem. 151
- III. Dubium.** Qui consentit, vt iniqua & iniusta actio fiat, tenetur ad  
 restitutionem. 152
- V. Dif.** Qui per adulationem inducit alium ad furtum, vel ad aliquam in-  
 iustitiam perpetranda tenebitur ad restitutionem. 153
- VI. Dif.** Receptor latronum, vel alicuius malefactoris defensor tenetur  
 ad restitutionem. ibid.
- VII. Dif.** An concurrens cum latrone ad restitutionem teneatur. 154
- V. Dub.** Singuli eorum ita vinea expoliantes, peccantne mortaliter. ibid.
- VIII. Dif.** An liceat ad vitandum maius malum, consulere, minus hac in-  
 tentione: vt obstinatus a maiori malo abstineat. 155
- IX. Dif.** Quid vero tenus potest furtum, siue damnum alienum impedi-  
 re, & non impedit, tenebitur ad restitutionem. ibid.
- X. Dif.** Non impediens maleficium quod ex officio impedire tenebatur,  
 eritne obnoxius restitutioni. 156
- Art. II.** Quando aliquis a restitutione liberatur. ibid.
- I. Dif.** Qui in extrema necessitate positus aliena rapuit, ad pinguiore for-  
 tunam veniens, eritne restitutioni obnoxius. ibid.
- II. Dif.** An si debitor a creditore remissionem impetret, a restitutione de-  
 biti liberetur. 158
- I. Dubium.** Quando remissio non valebit, neque potest per creditorem  
 fieri, nisi omnino restitutio fiat. ibi.
- III. Dif.** An cedens bonis ad restitutionem, quando ad pinguiorem for-  
 tunam venerit, teneatur. 159
- III. Dif.** Liberaturne debitor timore infamiae, aut alterius detrimenti a  
 restitutionis onere. ibid.
- II. Dubium.** Quid, si adultera nouit filium sibi fidem adhibiturum, & he-  
 reditati renunciaturum. 160
- III. Dubium.** Tenebiturne filius in foro conscientiae matri reuelanti cre-  
 dere & credendo hereditati renunciare ibid.
- V. Dif.** Tenebiturne adulter praeter adulterum ad restitutionem. 161
- VI. Dif.** An solutio facta creditori creditoris, liberet debitorem in consci-  
 entia a restitutione. ibid.
- VII. Dif.** Re interempta, & consumpta sine culpa debitoris, erit liber ab  
 aequivalentis restitutione ibid.
- III. Dub.** Quid si res apud verum dominum esset quoque peritura 162
- 8. Dif.** An qui possidet aliquid auctoritate legis, vel ex iudicis sententia a  
 restitutione liberetur.
- 5. Dub.** Debitor propter rei assignationem liberaturne a restitutione. 163

5. Diffic. Liberaturne debitor à restitutione per ingressum religionis, & professionem. ibid.
6. Dubium. Quid si Prælati nolit dare facultatem dimittendi debitum, poteritne illo invito dimittere. 164
10. Diffic. Differtur ne obligatio restituendi, quando creditor est excommunicatus. ibid.
11. Diff. Meretrix, quæ propter meretriciū accepit tenetur ne restituere. ibid.
7. Dub. Recipitne præciū meretrix titulo vèditionis an donationis. 165
8. Dubium. Meretrix occulta, quæ non est in lupanari, tenetur ne restituere præciū. ibid.
9. Dubium. Meretrix, quæ accepit ab amante minore viginti quinque annorum sub potestate tutoris constituto, & filio familias, tenebitur ne restituere. 166
10. Dubium. Donatio facta meretrici per dolum, vel fraudem ipsius, est ne danti necessario restituenda. ibid.
12. Diffic. An iudex pecuniam per concussionem acquisitam restituere teneatur. ibid.
13. Diffic. Qui accipit pecuniam: vt falsum testimonium dicat, vel vt veritatem taceat, quam rogatus à iudice manifestare tenebatur eritne restitutioni obnoxius. 168
14. Diffic. Accipiens pecuniam pro beneficio, vel sacris ordinibus conferendis per symoniam realem, tenebitur ne ad illius restitutionem ante iudicis condemnationem. ibid.
11. Dub. Pecunia Symoniaca cui ante cōdemnationē erit restituēda. 169
12. Dubium. Quid si Papa dispense cum Symoniaco vt beneficium teneat. ibid.
15. Diffic. Symoniacus mentalis tenetur ne ad restitutionem. 170
16. Diffic. Liberaturne aliquis per bullam compositionis Cruciatæ à restitutione. ibid.
17. Diff. An per cōpensationē debiti debitor à restitutione liberetur. 171
13. Dub. Quæ sunt conditiones in cōpensatione seruandæ. 172
14. Dubium. Si iudex excommunicet omnes, qui ex tali domo aliquid acceperunt, comprehenduntur ne compensantes. 173
18. Diffic. An qui ex culpa leui, siue leuissima, alteri damnum intulit, in conscientia ad restitutionem teneatur. ibid.
- Quæstio de restitutione faciēda propter negligentiam Ecclesiasticorum.
- Art. I. An clericus omittēs horas canonicas ad fructuum restitutionem teneatur. 174
10. Diff. An clerici nō residētes fructus beneficiorū restituere teneantur. 175
1. Dub. Quando habenti beneficium curatum abesse erit licitum. 176
2. Diff. An clericus habēs plura beneficia cōpatibilia, siue incōpatibilia ad alterius fructus restituēdos, tanquā iniustus possessor, obligetur. 177
2. Dubium. Quotuplex est causa, ob quam ex iure, seclusa dispensatione Papali, plura licet habere beneficia. 178

7. dubium. Quando ex dispensatione iuris hoc idem licebit. ibid.
8. diffic. Retinens beneficium curatum propter fructus recipiendos, non animo residendi, sed dimittendi post tempus tenebitur ad fructuum receptorum restitutionem. 179
4. dub. Definitio huius textus in beneficiis non curatis habet ne locum. ibi.
5. dub. Eritne expectanda iudicis sententia, an statim facienda fructuum restitutio. ibid.
6. dub. Quid si postquam accepit beneficium curatum animo recipiendi ordines, intentionem mutet, tenebitur ad fructuum restitutionem. 180
4. dif. An Episcopus, siue patronus eligens indignum, vel dignum, prætermissio digniori, ad beneficium, ad restitutionem aliquam teneatur. ibi.
5. diffic. Qua ætate poterit quis beneficium obtinere. 181
6. dif. An habens beneficium, & mundum recipiens sacros ordines ad fructuum restitutionem teneatur. ibid.
7. dub. Vacante beneficio, fructus cui erunt restituendi. 182
7. dif. An impediens aliquem à consequutione beneficii ad aliquem restitutionem teneatur. ibid.
8. dif. Qui simulata sanctitate, vel ficta paupertate bona aliqua acquisivit, tenebitur illa restituere. 184
9. dif. An clerici, vel episcopi, qui luxuriose consumunt ecclesie redditus, ad restitutionem pauperibus faciendam teneantur, ac si non essent veri reddituum domini. 185
10. dif. Extrahens alium à religione, vel ne ingrediatur impediens, tenebitur ne monasterio aliquid restituere. ibid.
11. Dif. Ladens aliquem in bonis animæ tenebitur ad restitutionem. 186
- Quæstio de restitutione famæ. 187
- Art. 1. Tenebitur aliquis cum detrimento vite proximo famam restituere. ib.
1. Dif. Qui negat in iudicio verum crimen de quo accusatur, tenebitur ne ad restitutionem famæ accusantis, eo quod sit notatus calumnia, in probationibus deficiens. 188
1. Dubium. Quomodo igitur restitutionem faciet. 189
2. Dub. Qui famam alterius læsit tenetur ne post quodcumque tempus ad restitutionem. ibid.
3. Dub. Estne locus compensationi in restitutione famæ, ibid.
2. Diffic. Potest defamatus detractori restitutionem dimittere, aut recompensare pro pecunia. ibid.
4. dub. An sit mortale diffamatum in vno loco iudicis autoritate, in alio infamare. 190
5. dub. Restituens famam, tenebitur ne eum iuramento, se falsum dixisse testari. 191
6. dub. Qui non potest famam restituere, tenebitur loco famæ pecuniam dare. ibid.

Quæstio de restitutione ex bello iniusto.

Art. An sit licitum Christianis bellum gerere. ibi.

# I N D E X.

2. Dubium. Ut bellum sit iustum, quot desiderantur? ibid.
3. Diffic. Tenentur ne gerentes bellum ad restitutionem, quando bellum ex defectu tantum authoritatis est iniustum? 193
2. Diffic. Qui plura intulit damna in bello, quam fuerit valor rei occupatae, eritne restitutioni obnoxius? ibid.
3. Dif. Estne militi Christiano licitum pro redemptione alterius Christiani iusto in bello capti exigere, & recipere pecuniam? 193
4. Dif. Tenentur ne iustum bellum gerens statim, vt satisfactio offertur à bello abstinere? 194
5. Diffic. Licetne hostem iniuste bellantem interficere, quando deposita contumacia se subiicit? ibid.
6. Diffic. Possuntne monasteria, & Ecclesiae, clericorumque domus expoliari quando militibus oppidum expoliandum traditur? 195
7. Diffi. An gerens bellum iustum quoscunque subditos, etiam innocentes partis aduersae expoliare possit? ibid.
8. Di. An princeps qui iuste se defendit, possit pactum cum gerent ebellum iniustum facere, ne damnum illarum suis subditis restituere teneatur. ibid.
9. Diffi. An qui ex negligentia subditos ab aduersarijs non defendit, ad restitutionem damni illati teneatur? 196
10. Diffic. Tenentur ne milites causam belli, iustane sit, an non examinare, an sola principis obedientia, illos compellentis, excusat? ibid.
11. Diffic. Tenentur ne omnes milites iniuste bellantes praedam ciuitatis in solidum, restituere, an quod vnusquisque tantum abstulit? 197
12. Diffic. Tenentur ne milites restituere, quae ab hostibus, aut ex alienis vineis, aut agris accipiunt? ibid.
- Quaestio de restitutione vectigalium. ibidem.
- Art. I. An Vectigalia, quae hodie Regi, & magnatibus in Hispania soluntur, licita sint? 198
1. Dif. An Princeps immoderata vectigalia exigere possit? 200
2. Diffic. De fraudans vectigalia iusta tenentur ne ad restitutionem? ibid.
1. Dubium. Tenebitur ne soluturus vectigalia, tributorum exactores querere ad soluendum? ibid.
3. Diffic. Domini temporales pedagia exigentes pro tutandis vijs, si fuerint negligentes, tenentur ne viatoribus spolia à latronibus capta restituere? 201
4. Diffic. Quando Domini sunt negligentes eruntne viatores obligati ad soluenda pedagia? ibid.
5. Diffic. Quae personae extipiuntur à solutione gabellarum? ibid.
2. Dubium. Suntne clerici iure diuino an humano à tali solutione immunes? ibid.
7. Dif. Suntne alij praeter Ecclesiasticos à solutione tributorum liberi? 202
3. Dub. Qui lege prohibente sub poena confiscationis merces ab vno re gno aliud vendendas defert, tenentur ne merces confiscationis restituere
2. Diffi.

# I N D E X

- Restituere* 203  
 4. Dub. Custos, qui merces impedire tenebatur, si corruptus pecunia, vel ex malitia, aut negligentia, non impediat tenebitur quæstori conducenti reditus poenales ad restitutionem. *ibid.*  
     *Quæstio de restitutione propter venationem.* 204  
 Art. Vtrum qui venatur bestias, vel aues in alieno prædio, teneatur ad restitutionem. *ibid.*  
 1. Diffic. An capientes columbas alieni columbarij ad illarum restitutionem teneatur. *ibid.*  
     *Quæstio de cædentibus ligna, & pascentibus oves in alienis agris.*  
 Art. An cædentes ligna ex alieno nemore, vel pascentes ibidem oves ad restitutionem teneantur. *ibid.*  
     *Quæstio de restitutione iniustitiæ in iudicio commissæ.* 207  
 Art. Iudex proferens sententiam contra conscientiam, & iudicans secundum allegata, & probata, teneaturne innocenti satisfacere. 208  
 1. Diffic. Quando iudex propter iniquam sententiam ad restitutionem tenebitur. *ibid.*  
 1. Dub. Tenenturne iudices accepta per concussionem restituere. 209  
 2. Diffic. Quando accusator ad restitutionem tenetur. *ibid.*  
 3. Diffic. Quando accusatus ad restitutionem tenebitur. 210  
 2. Dub. Accusatus aliquo crimine poteritne ante vel post cõdemnationem carcerem fugere, vincula dirumpere, & fores absq; peccato infringere, & se à ministris iustitiæ sine aliqua iniustitia defendere. *ibid.*  
 3. Dub. Licetne etiam cuiunque alteri opem reo fugienti ferre. 211  
 4. Diffic. Quando testes restitutioni sunt obnoxij. 212  
 4. Dub. Quid si præter intentionem, & ex obliuione falsum testimoniũ in iudicio deponat. *ibid.*  
 5. Diffic. Quando aduocati ratione iniustitiæ ad restitutionem tenentur. *ibid.*  
 5. Dub. Aduocatus qui defendit causam iniustam ex ignorantia, tenebiturne ad restitutionem. *ibid.*  
 6. Dub. Quo tempore litis poterunt aduocati, causæ iustitiam, vel iniustitiam intelligere. 213  
 5. Diffic. Quando tabellio erit restitutioni obnoxius. *ibid.*  
     *Quæstio de restitutione legis poenalis.*  
 Art. An leges poenales ad restitutionem obligent, antequam reus per iudicis sententiam condemnetur. *ibid.*  
 1. Diffic. Lex humana ciuilibis, vel canonica poteritne reum ad poenam obligare ante condemnationem? 215

## F L O R E S Q V Æ S T I O N I S C O N -

### T R A C T V S M V T V I.

- Art. 1. An liceat mutuanti exigere aliquid vitra sortem, siue accipere vitra pecuniam mutuo datam. *ibid.*  
 Art. 2. De usura mentali, An sit semper illicitum mutuare pecuniam ex-

- spectando aliquid ultra sortem, ita ut si non expectaretur, nullo modo mutuum daretur. 218
1. Diffic. Quando usurarius mentalis recipit aliquid ultra sortem tene-  
rur ad restitutionem. 219
  - Appendices ex definitione usurae collectae. ibid.
  2. Diff. Poteritne fidelis ab infideli, aut Iudæo iuste usuras exigere. 221
  3. Diffic. An in mutuo aliquid ultra sortem ratione lucri cessantis, aut  
damni emergentis exigere liceat. ibid.
  1. Dub. An quando licet petere damnum lucri cessantis, liceat petere to-  
tum lucrum cessans. 222
  4. Diffic. An liceat ultra sortem, siue pecuniam mutuo datam ratione  
poenae conventionalis aliquid exigere. 223
  5. Diffic. An liceat pecuniam mutuare, & pro assecuratione aliquid ul-  
tra sortem recipere. 224
  6. Diffic. An maritus possit ratione dilatationis dotis aliquid ultra sor-  
tem recipere. 225
  7. Diffic. Poteritne vxor viro mortuo, ab eius hæredibus ratione dila-  
tationis dotis exigere aliquid ultra dotem. 226
  2. Dub. Si mortua vxore liberi remaneant, poteritne ratione dilatationis  
dotis, aliquid exigere ultra dotem. ibid.
  3. Dub. An mortuo viro possit vxor exigere fructus ex pacto dotali per  
virum facto. 227
  - Art. II. De usura ratione emptionis, & venditionis, quæ naturam mutui  
sapit. ibid.
  1. Diff. Sitne usurarius, qui merces maiori pretio pecunia credita, quam  
mutuata vendit. ibid.
  2. Diffic. An mercator seruaturus merces in aliud tempus, possit illas ca-  
rius vendere, quam tempore solutionis res valitura speratur. 229
  1. Dub. Licebitne quando venditur frumentum indeterminato pretio stete-  
re, ut eo pretio, quo carius valebit in toto mense Maii solvatur. 230
  3. Diffic. Emptor qui anticipata solutionem minus iusto pretio emit,  
teneturne ad restitutionem. ibid.
  4. Diffic. Licet emptori vilius emere obligationes, & debita post aliud  
tempus soluenda. ibid.
  5. Diffic. Licebitne alicui mutuare pecuniam palliata venditione sub for-  
ma sequenti. 231
  6. Diffic. An emens moatras sit verè usurarius. 232
  7. Diffic. An qui emit rem vilius pecunia anticipata aliqua publica au-  
ctione, sit usurarius. 233
  8. Diff. Eritne usura accipere fructus rei emptæ ante pretij solutionem. ibid.
  2. Dub. Quid si venditor recipit pretium, & non tradidit rem. 234
  3. Dub. Quid si non totum sed partem pretij recipit. ibid.
  9. Diffic. An emptio cum pacto de retrovendendo, fructibus in sortem  
non computatis, sit usura. ibid.

# I N D E X.

2. Dub. Quibus conditionibus huiusmodi contractus fieri debet, ut usuræ speciem non habeat. 235
- Ar. 3. de usura commissa ratione pignoris An possit habens fundum sub pignore, in aliquo casu fructus pignoris ultra sortem recipere. 236
- Ar. 4. De usura ratione locationis, & conductionis. An liceat locare alteri iumenta, aut boues sub sequenti forma. ibid.
- Ar. 5. An usurarius pecuniæ fœnoris dominium acquirat. 237
1. Dif. Habebitne usurarius dominium eorum, quæ pecunia usuraria emit. ibid.
2. Dif. Qui vendat aliquid usurario, vel ab illo emunt, tenenturne usurarij creditoribus facere restitutionem. 238
3. Dif. An hæredes usurarij ad restitutionem teneantur. ibid.
4. Dif. Tenenturne hæredes in solidum omnes usuras restituere an quilibet pro rata. ibid.
- Quæstio de Donationibus. ibid.
- Ar. 1. Quidnam est donatio, & quotuplex. 239
1. Dif. Donatio absoluta ultra quãtitatē à lege statutam estne valida. ibi.
2. Dif. An donatio facta per metum valeat. ibid.
3. Dif. An donatio facta solo interiori voluntatis actu, sit in conscientia valida. 240
4. Dif. An donatio facta meretrici ab amante sit valida. ibid.
5. Dif. Valetne donatio sub conditione facta, cõditione non existēte. ibi.
6. Dif. An valeat donatio causalis, causa non subsequuta, & modalis, modo non subsequuto. 241
7. Dif. An valeat donatio modalis alicui facta, ut faciat quod ratione iustitiæ, vel charitatis facere tenebatur. 242
8. Dif. An qui accepit donum ob turpem causam, & qui promissit, causa turpi subsequuta, promissum adimplere teneatur. 243
9. Dif. An qui promissit rem certam, quam ante traditionem aliquo modo alienavit, æquivalens restituere teneatur. ibid.
10. Dif. Licetne pecuniam accipere pro iniuriæ remissione, ibid.
- Quæstio de præscriptionibus. 244
- Ar. 1. Quidnam est Præscriptio. ibid.
1. Dub. Quot modis præscriptio interrumpitur. 246
2. Dub. Estne idem præscriptionum tempus ibid.
- Ar. 2. An finita præscriptione legitima, si dominus rei inveniatur, præscribens iure præscriptionis possit illã in foro conscientiæ retinere. ibid.
1. Dif. Possessor malæ fidei finita præscriptione, crimine in conscientia tutus. 247
2. Dif. Poteritne aliquis præscribere rem alienam, habens dubiam conscientiam. 248
- Dub. An quando defunctus habuit malam fidem, si se rem furtivam detinere, hæres illius præscribere possit. 249
- Quæstio de iudi restitutione. ibid.

I N D E X.

- Art. Vnicus An qui lucratur pecuniam contra legis prohibitionem, ante iudicis sententiam ad restitutionem teneatur. ibid.
- Primum Dub. In quibus casibus aliquis ad restitutionem pecuniæ ludo acquiræ tenetur. 250
2. Dubium. Quid si alter ludentium, sit peritissimus. 251
3. Dubium. Quid si ambo antea se nouerant. 252
4. Dubium. Qui inducit aliquem ad ludendum timore mortis, vel amissione alicuius boni temporalis, siue rubore aliquo, si lucreretur, tenebitur collusori restituere. ibid.
5. Dub. Quid si ira inductus aliquid fuerit lucratus. ibid.
6. Dubium. Qui ludit pecunia credita tenebitur ad pecuniæ in ludo amissæ restitutionem. 253
7. Dubium. Quid si aliqui contendant inter se, sitne aliquod factum, vel faciendum, aut quod hoc, aut illud eueniat, sub certa pecuniæ quantitate. 254
8. Dubium. Quando lucrum ex ludo est restituendum, cui est facienda restitutio. ibid.
9. Dub. Poteritne quis propria autoritate accipere rem collusoris titulo recompensationis, & à petitione pecuniæ in iudicio abstrahere. ibi.
- Quæstio de Cambiis. ibid.
- Ar. 1. Quid, & quotuplex est cambium. ibid.
- Ar. 2. An cambium per officium sit licitum. 255
- Ar. 3. An cambium per minurum sit licitum, in quo ratione permutatæ pecuniæ aliquid ultra sortem exigitur. 255
- Ar. 4. De cambio per literas. ibid.
1. Diffic. An in cambio per literas aliquid ratione expectatæ solutionis ex parte dantis pecunias campfiori in alium locum transferendas, & ratione breuioris solutionis ex parte campforis exigi possit. 257
2. Dif. An in cambio per literas, quando pecunia à campfore datur, liceat plus ratione loci exigere. 258
3. Dif. Licetne campfiori aliquid ultra sortem exigere, quia numerat statim pecuniam, cuius solutionem differre poterat. ibid.
- Art. 5. An liceat permutare pecuniam vnius regni, vbi est penuria illius, pro pecunia alterius regni vbi est maxima abundantia, non seruata equali pecuniarum quantitate 259
1. Dubium. Licebitne mercatori existenti in Flandria dicere: accipe hic 90. & in Hispania 100. redde. ibid.
2. Dub. Licebitne etiam campfiori accipienti Metinæ, non solum propter rationem dictam reddere aliquid minus in Flandria, pro labore & expensis in transmittenda pecunia. ibid.
3. Dubium. Estne licitum sub forma sequenti cambire. 260
4. Dubium. An forma cambiendi sequens sit licita. ibid.
1. Difficil. Estne determinatum precium istorum cambiorum, an variari poterit. 261

# I N D E X.

2. Diffic. Estne licita sequens cambiendi forma? 263
3. Dif. Licetne campforibus recambire, quando ad terminum prefixum non respondetur? ibid.
4. Diffic. Licetne campfori permutanti pecunias vnus regionis pro pecunijs alterius ratione distantioris loci, vel prolixionis temporis, catinas permutare? 263
5. Dif. Licetne campfori pecunias suas ad diuersas nundinas eiusdem regionis cambire? ibid.
6. Dif. Estne licitum pecuniam vendere? 264
7. Dif. An montes pietatis, qui extra Hispaniã sunt in vsu licite fiant? ibi.
- Quæstio de contractu societatis. ibid.
- Art. 1. An quando vnus ponit pecuniam, alter industriam, & laborem possit ponens pecuniam deducere in pactum, vt principale nullum subbeat periculum? ibid.
2. Dif. Eritne societas hac lege contracta, accipere mille ducatos, & ex illis quingenti non sint damno expositi reliqui vero sint damno & lucro subiecti? ibid.
2. Dif. Licetne cum triplici contractu inire societatem? 266
1. Dubium. Licetne societatem cum illo contrahere qui non est negotiaturus? ibid.
3. Dif. Contractus societatis eritne sub sequenti forma licitus? ibid.
4. Dif. Quomodo licet contrahere societatem pecorũ, & armentorũ? 267
3. Dif. Possitne maritus vxoris dotem negotiationi societatis ad lucrum, & non ad damnum exponere? ibid.
6. Dif. An possit fieri in testamento legatum sub sequenti forma? ibid.
7. Dif. An contractus societatis sub forma sequenti sit licitus. 268
8. Diffic. Qñ lucrum inter socios diuidi debet, vt iustitia seruetur. ibid.
2. Dubium. Quid si vnus pecuniam tantum, alter vero pecuniam, & industriam simul apponat. 269
3. Dubium. Quid si sint tres, & vnus exponat pecuniam, alter laborem tantum, & tertius industriam. ibid.
9. Dif. Quomodo damni diuisio erit facienda. ibid.
4. Dubium. Quid si vendidi tibi pecunia credita merces valentes 100 hac lege, vt illas reuenderes, & lucrum esset commune? 270
- Quæstio de Censibus. ibid.
- Art. 1. Quidnam est census, & quotuplex. ibid.
- Art. 2. An amens census sit vsurarius. ibid.
- Art. 3. Sitne licitum iura Regia, siue aliorum magnatum emere. 271
- Art. 4. Censuræ redimibilis, vel cum pacto de retrouendẽdo est ne licitus. ib.
1. Dubium. An census vitalicius intra decennium, vel aliud tempus limitatum sit licitum. 272
2. Dubium. Pretium census vitalicij eritne ratione ætatis profus vira censuræ ementis minuendum, ibid.

- Art. 5. An census personalis sit licitus. ibid.
- Art. 6. An Conditiones, quæ in Extrauaganti Martini 5. ponuntur, sint  
necessariò in emptione, & venditione censuum seruandæ. 273
1. Dif. Eritne census redimibilis licitus cum hac conditione, vt quando  
cunque redimatur eodem precio, quo fuit venditus redimendus sit 275
2. Dif. An pactum in quibusdam censibus appositum, sit licitum. ibid.
1. Dubiũ. Est ne licitus contractus census cum sequenti conditione? 276
- Quæstio de contractu emptionis, & venditionis. ibid.
- Art. Vnicus. An liceat rem carius iusto precio vendere. ibid.
1. Dubium Quid si res illa valeat 10. & ementi 15. valeat, quia re illa ma  
xime indigebat, & si illam haberet quinque lucraretur. 277
1. Diffi. Qua ratione iustum precium cognoscetur. ibid.
2. Dubium. Cum leges humanæ secundum varietatem temporum vari  
entur, obligabitne semper in conscientia lex, precium alicuius mercis  
decernens. ibid.
3. Dubium. Quid si mensura panni in hac Republica iusto precio venda  
tur duodecim dragmis, & mercator computatis expensis carius emit.  
poteritne tanti vendere, quanti emit. 278
4. Dubium. Contingit, vt per spatium vnus diei in nundinis precia va  
rientur, licitene hoc sit. ibid.
5. Dubium. Licebitne sub hac conditione pacisci, scilicet, accipe merces  
eo precio, quo valebũt medijs nundinis, quando speratur precium ca  
rius futurum. 279
6. Dubium. Licebitne voce præconis vilius emere, quam mercatoris of  
ficina. ibid.
7. Dubium. Si res valens 100. vendatur 50. vel 40. voce præconis, eritne  
iustum precium. ibid.
2. Dif. Quid de monopolijs dicendum? ibid.
8. Dubium. Quid si res empta sine industria, aut expensis emptoris, &  
sine mutatione loci, sed sola tēporis mutatiõe facta est præciosior. 280
3. Dif. An emens, & decipiens venditorem citra dimidium iusti precij fa  
ciat fructus rei emptæ suos. ibid.
- Dif 4. An quando deceptio est intra dimidium iusti precij, in conscien  
tia sit residuum iusti precij restituendum. 281
8. Dif. Potestne Princeps vendere privilegia, & immunitates, atque offi  
cia publica, 282
6. Diffi. An venditor vicium rei venditæ manifestare teneatur. 283
7. Diffi. Quando aliquis scit merces eiusdem generis quæ plurimum va  
lent, cum suis cito venturas, teneturne illud dicere ibid.
- Quæstio de Oeconomis, & deposito. 284
- Art. Vnicus. Possuntne depositarij rem restitutioni obnoxia admittere, ib.  
Dif. Depositarius poterit ne vii deposito. ibi.
- Dif. Si contingat apud oeconomum Reipublicæ, vel alterius priuati  
umentum humiditate granarij pinguescere, & multiplicari tenebi  
tur ne

# I N D E X.

- turne quod multiplicatur restituere. ibid.
3. Diffic. Quando œconomus Reipublicæ, vel alicuius domini particularis vendit invito domino frumentum, potestne tunc dominus frumenti precium, siue frumentum petere. ibid.
- Quæstio de contractu locati, & conducti. 285
- Art. Vnicus. An qui conduxit agrum alienum tempore sterilitatis, annuam pensionem soluere teneatur. ibid.
1. Dub. Quanta debet esse sterilitas à solutione pensionis liberans. ibi.
2. Dub. Quodnam erit locationis, & cõductionis iustum precium. 286
- Quæstio de contractu permutationis. ibid.
- Quæstio de restitutione honoris, & honorum temporalium. ibid.
- Art. Vnicus. An lædens aliquem per contumeliam, aut conuitium, solû ad petendam veniã, vel ad aliquam aliam restitutionẽ teneatur. ibid.
1. Dub. Quale erit boni viri arbitrium. 287
1. Dif. Lædens alium in bonis corporis teneturne ad restitutionẽ. 288
2. Dubium. Quid si propter læsionem à Petro factam falso Ioanni impositam in eorãmoda multa Ioannes patiatur. ibid.
3. Dubium. Quid si læsit alium præter intentionem. ibid.
4. Dubium. Tenebiturne aliquis etiam damnã ratione cicatricis illatum soluere. ibid.
5. Dubium. Occidens hominem tenebiturne seipsum iudici offerre, vt pro occiso suspendatur. 289.
6. Dubium. Hæredes malefactoris tenenturne ad restitutionem. ibid.
7. Dubium. Teneturne dominus satisfacere iniuriam à proprio mancipio irrogatam. ibid.
2. Diffic. An qui vitiauit virginem, in quocunq; euentu illam dotare teneatur. ibid.

## F L O R E S Q U Æ S T I O N I S D E R E.

### S V R R E C T I O N E.

- Art. 1. An sit mortuorum resurrectio futura. 290
1. Dif. An possit generalis resurrectio naturali ratione demonstrari. ibid.
2. Diffic. Concurreretne naturalis causa, vt Sol, terra, &c. ad hominum resurrectionem, sicut ad procreationem. 291
3. Diffic. Eritne resurrectio naturalis. 292
- Art. 2. Quænam sunt resurrectionis causæ. ibid.
- Art. 3. Quando futura erit vniuersalis resurrectio. 293
1. Diffic. Potestne dies ille ab Angelis, aut hominibus cognosci. ibid.
2. Diffic. Estne resurrectio in instanti, vel in tempore futura. 294
3. Diffic. Fietne in instanti noctis, an diei resurrectio. ibid.
- Art. 4. Qui in die iudicij reperti fuerint viui morienturne. ibid.
1. Dubium. Suntne iusti simul cum reliquis resurrecturi, an post eorum, resurrectionem morientur, & statim resurgent. ibid.
2. D.

2. Dubium. Corpora eorum, qui reperti fuerint viui in die iudicij, sunt  
ne in cineres conuertenda. 295
1. Diffic. Eritne resurrectio omnium in valle Iosaphat, vbi futurum est  
iudicium. ibid.
- Art. 5. An singulorum omnium cogitationes, & opera, quæ in vita ege-  
runt, siue bona, siue mala, sint illic propalanda. ibid.
- Art. 6. An resurget idem corpus numero, quod homo, dum vixit ha-  
buit. 296
1. Diffic. An in homine totum, quod in eo de veritate naturæ humanæ  
præfuit, resurget. ibid.
1. Dubiu. Dices, cum homo continuo nutriatur, & quædã partes eua-  
nescant quænam illarum resurgent. 297
2. Dub. Restituentur ne reprobis omnia membra, quibus in vita fuerunt  
orbati. 298
1. Diffic. An omnes in iuuenili ætate resurrecturi sint. ibid.
3. Diffic. Resurgentne omnes in eadem corporis statura. ibid.
4. Diffic. An omnes in virili ætate resurgent. ibid.
5. Diffic. Eritne potentia nutriendi, & generandi in beatis. 299
3. Dub. Nunquid resurgent cum quatuor humoribus corpora. ibid.

FLORES QVÆSTIONIS DE RECEPTACVLIS

ANIMARVM POST HANC VITAM,

& de suffragijs, deque sancto-  
rum orationibus.

- Art. 1. Sintne quatuor tantum receptacula, in quibus morientium ani-  
mæ recipiuntur. ibid.
1. Dubium. Vbi nam sunt hæc receptacula. 300
2. Dubiu. Quomodo se habent hæc receptacula respectu inferni damna-  
torum. ibid.
3. Dubium. Estne modo locus, qui sinus Abrahamæ dicatur, vbi electi ab  
omni culpa, & pœna purgati, vt olim recipiantur. 301
1. Diffic. An electorum animæ statim, vt sunt purgatæ post mortem in  
cœlum deducantur. ibid.
2. Diffic. Possuntne animæ ad hanc vitam redire, 302.
- Art. 1. Profuntne defunctis viuorum suffragia. ibid.
1. Diffic. An viuorum suffragia non solum animabus purgatorij, verũ-  
etiam beatis, & damnatis, & in limbo existentibus profiat. ibid.
1. Diffic. Quot nam sunt suffragiorum genera. 303.
3. Diffic. Defunctus, qui restitutionem hæredibus faciendam reliquit  
si hæredes non restituant, detinebitur ob hanc causam in purgato-  
rio. 304
1. Diffic. An missa olim dicta, & nemini applicata, defunctis applicari  
possit. v. g. celebravit Rector decies missam, & valorem illius nemi-  
n applicuit, potestne postea illum alijs applicare. ibid.

Dubium.

# I N D E X.

- Dubium. Potestne aliquis Sacerdos missam, quam tenetur Rector, aut Prior, siue Guardianus offerre, &c. illo in consulto celebrare. ibid.
- Art. 3. Suffragia pro vno defuncto oblata, possuntne omnibus prodesse. ibid.
1. Diffic. An suffragia generalia prosint cuilibet animæ, ac si pro vna sola offerrentur. ibid.
2. Diffic. An suffragia existentium in mortali defunctis prosint. 305
1. Dubium. Quando testamentarij sunt negligentes in executione eleemosynarum, & missarum, quæ in testamento legantur, prosuntne defunctis ante executionem. ibid.
- Art. 3. Sintne Sancti à nobis orandi. ibid.
1. Dubium. Animæ in purgatorio existentes agnoscunt, quæ apud nos in hac vita geruntur. 306
2. Dubium. Possuntne animæ separatæ intelligere rerum quidditates, vel vt dicit Scotus, species intelligibiles acquirere. ibid.

## F L O R E S Q V Æ S T I O N I S D E

vniuersali iudicio.

ibidem.

- Art. 1. Suntne alij Sancti cum Christo in die iudicij iudices futuri, tanquam assessores. ibid.
- Art. 11. An Christus Iesus in forma gloriosa, & immortalis sit homines iudicaturus. 307
1. Diffic. Videbuntne damnati Christi Iesu diuinitatem. 302
2. Diffic. An iudicium sit vocaliter, an mentaliter tantum futurum. ibi
3. Diffic. Separatio electorum à reprobis, estne localiter, an metaphorice intelligenda. ibid.
4. Diffic. Finieturne iudicium per iudicis sententiam, Ite maledicti, &c. 309
5. Diffic. Mundus eritne per ignem purgandus. ibid.
- Art. vlt. An mundus sit innouandus. 310

## F L O R E S Q V Æ S T I O N I S D E

B E A T I T U D I N E.

311

- Art. 1. An beatitudo consistat in clara Dei visione. ibid.
1. Dubium. Poteritne anima videre Deum visione increata, qua Deus seipsum videt. 312
1. Diffic. An formalis beatitudo sit intellectus operatio. ibid.
2. Diffic. Respectu huius operationis, quæ est formaliter beatitudo, habent se potentia passive tantum, an etiam active. 313
3. Diffic. An beatitudo sit potius intellectus, quam voluntatis operatio. ibid.
4. Diffic. Estne fruitio voluntatis amor. 319
5. Diffic. An fruitio etiam brutis conueniat. 320
6. Diffic. An fruitio sit tantum in vltimi finis assecutione. ibid.
7. Diffic. An peccans mortaliter aliqua creatura fruatur. 321

Dubium.

2. **Dubium.** Peccans mortaliter qua creatura fruatur actus peccati, in obiecto, vel supposito, id est, seipso. ibid.
3. **Diffic.** An fruamur non solum sine iam obtento, verum etiam sperato. 3 12
- Art. 2.** Haberne homo naturalem appetitum beatitudinis in particulari, scilicet videndi Deum. ibid.
1. **Diffic.** An cognita beatitudine homo necessariò habeat hunc actum volo beatitudinem. 3 3
2. **Diffic.** An damnati naturalis beatitudinis appetitum habeant. ibid.
3. **Diffic.** An habeant damnati actum elicatum beatitudinis. 3 24
4. **Diffic.** Actus, quem homo beatitudinis in communi habet, estne liber, an naturalis. ibid.
5. **Diffic.** An homo ex puris naturalibus Deum videre possit. 3 25
6. **Diffic.** An essentia Dei ab intellectu creato per aliquam speciem, aut similitudinem videatur. 2 26
7. **Dubium.** Essentia diuina potest inherere creato intellectui, quando eidem vnitur. 3 27
7. **Diffic.** An intellectus creatus ad videndū Deum aliquo lumine creato supernaturali indigeat, vt notitiam beatificam producere possit. ibid.
- Art. 3.** Potestne intellectus creatus comprehendere Deum. 3 28
1. **Diffic.** Virum sit omnium æqualis beatitudo. 3 29
2. **Diffic.** Si Angelus, & anima rationalis habent æquales gradus luminis, & charitatis, habebuntne beatitudinem formalem, visionem, scilicet, vel amorem æqualem. ibid.
3. **Diffic.** An de facto, quilibet beatus videat in verbo omnia, quæ formaliter, & eminenter in diuina essentia continentur. 3 30
4. **Diffic.** An voluntas in patria naturaliter fruatur sine clare visio, & non libere, ita vt sit ad amandum, vt ignis ad calefaciendum determinata. 3 32
- Art. 4.** An sint animæ dotes tres tantum, visio, scilicet, comprehensio, & fuitio. 3 36
- Art. 5.** An sint quatuor tantum corporis dotes. ibid.
1. **Diffic.** Suntne futura corpora beatorum post finale iudicium impassibilia. ibid.
1. **Dubium.** Eruntne impassibilia intentionali actione. ibid.
2. **Diffic.** An corpora beatorum sint futura subtilia. 3 3
3. **Diffic.** Suntne corpora gloriosa futura agilia. 3 38
4. **Dubium.** Vnde nam hæc agilitas orietur. ibid.
5. **Diffic.** Corpora beatorum mouebuntne alio motu, quam proprio suo. ibid.
6. **Diffic.** Poteruntne in instanti moueri. 3 38
6. **Diffic.** Habebuntne corpora beatorum claritatis dotem. ibid.

## I N D E X.

- III. dub. Vnde nam hæc lux oriatur. ibid.
4. dub. Corpora beatorum habebunt colorem, eruntne peruia. ibid.
7. diffic. Oculus gloriosus poteritne videre naturaliter corporis glorio-  
si fulgorem. 34
- Art. 6. An Aureola sit in patria accidentale præmium. ibid.
1. diffic. Suntne tantū tres Aureolæ virginittatis, scilicet, martyrij, & do-  
ctoratus. 341
- Quæstio de miseria damnatorum.
- Art. Vnicus An ignis torquens damnatos sit corporeus. ibid.
1. Dif. Animæ separatæ & spiritus maligni patiunturne ab igne corpo-  
reo gehennali. 342
1. Dubium. Quomodo ignis ille post iudicij diē corpora torquebit. 343
2. Dubium. Ignis in corporibus damnatorum generab tne calorem. ibid.
3. Dubium. Damnati cruciabunturne pœna ignis tantum. ibid.
4. Dubium. Est ne grauior pœna damni, an sensus. ibid.
5. Dub. Poteruntne damnati studiosos, & laudabiles habere intellectus,  
aut voluntatis operationes. 344
6. Dubium videntne beati pœnas damnatorum, & damnati beatorum  
gloriam. 345
- Vltimum dubium. Post diem iudicij augeturne beatorum gloria, &  
damnatorum pœna. ibid.

F I N I S.

Hic liber est utilis studiosis omnibus The-  
ologiæ.

*Walterus vander Steghen S. Theo. Li-  
centiatus Canonicus Antuuerpiensis.*